


ACCIA  
Planta.









26. جت

5-7





1<sup>o</sup> della comp: della comp: de 17-10968

# M. ACCII Plauti

COMOEDIAE XX. DILIGENTE  
cura, & singulari studio  
~~curata~~ emendati-  
us nunc quàm antè unquam  
ab ullo, editæ:

Adiectis etiam eiusdem ad singulas Co-  
mœdias Argumentis & Anno-  
tationibus.

Accesserūt iam Indicationes quoq; multorum quæ ad  
lectionem fabularum Plauti nōnihil momenti affer-

DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. J.º C. 12. N. 7.º

*Original  
del  
del Alfo*

BASILEAE, PER  
~~BERNARDUM~~ Bernhar-  
dum Brand.



17-10-18

9690711

M. A. C. G. I.

PLACCI

LOMOEDIAE X. D. I. G. E. M.

~~scribble~~

~~scribble~~

~~scribble~~

III

II

I

~~scribble~~



~~scribble~~

~~scribble~~

~~scribble~~





PROOEMIUM ~~PLAUTINI~~  
 de fabulis Plautinis, ad Illustriss. pueros Præfæc.  
 Othonem & Fridericum fratres, Ernesti FF.  
 Principes Brunsvic. & Lu-  
 neburg.



Nni iam sunt X X, cum nactus fui e-  
 xemplum Plautinum scriptum, sane ue-  
 tus, sed non exaratum tamen uel cru-  
 dito seculo, uel ab homine docto. Id  
 repertam fuit in patria mea, inter li-  
 bros clarissimæ, & uirtute ac sapientia  
 præstantis uiri, Viti Verleri Fræmi: unde exemplum pro-  
 pinquus ipsius, amicitie sanctissimæ, & familiaritatis  
 usu mihi coniunctus, & in hoc meo, qui opti-  
 atque doctissimus, qui tum forte nobiscum esset, uoluntate  
 dedit, & ipse dominus libri postea ut necesse benignè  
 permisit. Ego uero, qui & puer audiuissem Lupsæ Vatum  
 Verlerum explicantem Comædias Plautinas, & postea  
 adolescens studium lectionis harum retinuissem, confir-  
 mato iudicio intellexi, sine cognitione huius auctoris, præ-  
 scripsit istius generis scriptis alijs amissis & perditis, pro-  
 prietatem & naturam linguæ Latinæ percipi non posse.  
 Hanc autem teneri, præclara ueritas, & digna in qua  
 omnibus uiribus elaboretur, alibi disseruimus: & nunc,  
 quasi ita esse uicerimus, sic positum hoc & certum nobis  
 esto. Quantum uerò momenti ad comprehendendam &  
 perspicendam ueritatem sermonis Latini habere Plauti-  
 nas fabulas animaduerti, tanto dolore sæpenumero me af-  
 fecit, infelicitas studiorum bonorum hac etiam in parte,  
 cum cernerem optimum autorem tam fœdè lacerum &  
 truncum circumferri, atq; eundem medicatione indies ma-  
 gis affligi atq; ledi. Si enim ullum cuiusquam opus misera-  
 biliter deprauatum, & corruptum sceleratè fuit, hoc pro-  
 fectò



festo fuit opt. & praestantiss. Plautinarum comcediarum.  
 Correctiones autem comprobauerunt, prouerbum uetus  
 & ipsae, multorum medicorum curationibus egrotos ple-  
 runq; perdi. Cum igitur illum librum ueterem primū  
 uidiſſem, incredibili gaudio affectus fui, quod sperarem  
 beneficio huius, tam turpiter contaminatas, & mendis sca-  
 tentes fabulas Plautinas repurgari, atq; integritati suae re-  
 ſtitui poſſe. Cum autem intueri illum attentius, & rem  
 gerere accuratius ceppiſſem, non quidem, ut aiunt, ἀνορε-  
 νος ὁ βροχιδός, sed multo certè minus quàm speraueram-  
 mus, in illo libro opis & copiae reperimus. Primum enim  
 statim deprehendimus, librarium fuſſe imperitum lite-  
 rarum Latinarum, unum: ut apparet, ex illorum genere,  
 qui in cœnobijs aut alias quasuis occupationes seſe dare  
 quōdam conſueuiſſent, quàm incumbere studio bonarum  
 litterarum atq; artium. rectè ne an ſecus, nunc non que-  
 ram. Sed neq; librum ἀπὸ ἐπιτομῆς, unde hic deſcriptus fu-  
 it, integrum & emendatum ubiq; fuſſe, facile potuit ani-  
 maduerti. Quid uerò hoc mirum? cum Varro, qui & ui-  
 xit ijs temporibus, quibus eruditio litterarum & doctri-  
 na floruit, & proximè abſuit ab ætate Plauti, alicubi de  
 analogia querens, quod non probaret quedam de Trucu-  
 lento, in ijs librarij mendum accuſet? posteriores autem  
 ſepe de fide exemplorum queſti, & uetustiſſ. quorumq;  
 testimonijs contra uulgatas lectiones uſi fuerunt. nam illa  
 ſemper corrumpit imperitia quorundam, ut ait Priscianus,  
 mutantium ſcripturas. Sed noſtra diligentia & induſtria  
 etiam quadā, per multa de noſtro illo ueteri libro in Plau-  
 tinis comcedijs reſtituta ſibi fuerunt, tam in uerbis quam  
 numeris uerſuum, de quorum integritate nihil etiam du-  
 bij iam nobis relinquitur. Ac poſſem annumerare non δε-  
 νάδας, neq; ἐνακοτριάδας, ſed planè χιλιάδας, ſi oſtenta  
 re operā noſtram uellemus: ſed pauperis eſt numerare pe-

cus. Non pauca autem confido nos, si non emendasse, at  
 non edidisse deterius, neque peruersius, quam priores.  
 Quæ uerò corrupta & falsa esse planè cernerem, ea indi-  
 care studui: indignum ratus, lectorè securo animo errare  
 perpeti. Nam primùm laudandus, qui erranti comiter  
 monstrat uiam. Secundo uerò loco gratiam meretur is,  
 qui, si non possit uiam rectam demonstrare, indicet illam  
 ueram non esse, ne pergat errare uiator, & de uia dili-  
 gentius querat ac perconstetur. Sed quid ego præstite-  
 rim longo sanè tempore, & assiduo studio & diuturno la-  
 bore meo, alij statuent atque iudicabunt. Quæ uulnera  
 inflicta Plauto fuerunt, ea sunt in conspectu omnium. Hoc  
 quædam minus sanabilia, quo ueluti cicatrice in opinio-  
 ne curationis obducta non apparent omnibus, *negotia  
 loci uero uia*, ut medici loquuntur. Ego tamen si mihi &  
 ocij plus & profundior quies contigisset, neque tam ua-  
 riè distractum fuisset temporibus & casibus studium me-  
 um, fortasse cum alijs in musicis quasi certaminib. tum in  
 hoc spacio edere aliquid præclarioris operis potuisssem.  
 Nunc in hac aduersatione fortunæ, in tanta penuria ad-  
 iumentorum omnium, hac etiam communi quadam ca-  
 lamine sæculi nostri, id quod nos perfecimus, neq; pror-  
 sus nihili pendi neque sperni debeat. Atque de illis præci-  
 puis, perturbatione rerum publicarũ & nostrarum diffi-  
 cultate, nihil nunc quidem dicemus. Adiuuenti uerò quid  
 fuit? præter nostrum ueterem codicem, non rarò fru-  
 strantem & spem & uestigationem meam, & destituen-  
 tem conatus. Nam interpretes noui usq; ad eò nihil subsi-  
 dij auxiliij ue nobis tulerunt, ut aliquantum etiam nocue-  
 rint, audacissimè mutantes & uertentes atq; torquentes  
 omnia, suaq; commenta ad ueterum codicum fidem refe-  
 rentes. Veteres autem Grammatici, profuere illi quidè non  
 nihil: sed et ipsi mēdosè editi, et nonnunquā in inquirendo  
 indili-



indiligentiores, sæpè multumq; sefellerrunt opinionem nostram. Quid, quòd ueterum summorum uirorum multiplex in Plautinis comœdijs enucleandis studium effecisse uidetur, celeriter ut exempla non consentirent, sed scriptura plerisq; in locis diuersa proferretur? Memorantur enim Plautinæ quæstiones conscriptæ à Varrone. Itemq; Scauri ac Sisennæ & aliorum commentationes in fabulis Plautinas. Sed apud quem non etiam Grammaticorum ueterum, quorum qualiacūq; scripta ad nos peruenerūt, auctoritatem diminuerent tales explicationes? quas ex alijs sæpè incogitantius descriptas apparet: cor esse generis masculini, quod sic docuisse Cæselium Vindicem Gellius reprehendit: fidele pro fideliter, ut Captiuus, fac fidele. cum ibi planè legatur, Fac fidelis sis fideli. Eliserunt autem ueteres, ut nemo serè ignorat, uitantes sibilum huius elementi. Item, in his & similibus, Deū uirtutem, & milia sex nummū, poni accusatiuū singularem pro genitiuo plurali, cum manifestum sit illa esse uocatiua. Item, genium esse parsimoniam. Item, qui serius honores adhauserunt, cū appareat perperam insertam aspirationem, & uerum esse admauerunt. Sed in his recensendis non occupabimur, præsertim cum non esse nefas de illorū Grammaticorum traditis querere amplius, ex istis paucis intelligi posse uideatur. Atque ita demonstratum esse confido, quantulūcūq; sit, quod nos in Plautinis fabulis integritati suæ restituendis perfecimus, id studiosis lingue Latine gratum acceptumq; esse debere. Nos quidem ita sumus animati, ut aliorum studio nostras operas planè obscurari expetamus. Sed dicat aliquis: Ergo hic autor, ut ais, ad lingue Latine cognitionem necessarius est? Quo uerò argumento? Cum & aliorū egregia scripta extant, & Plautina etas sermone Latino non satis polito usa esse uideatur. De his sanè, si quis

rem penitus exquirere uelit, plurimum uerborum facien-  
 dum, & oratione proluxa opus esset. Sed nos breuiter ali-  
 quid de utroq; discernemus. Primum extare, cōseruata qui-  
 dem, ut mihi persuadco, diuinitus, egregia scripta auto-  
 rum lingue Latine fatcor & scio. Sed nos de puritate &  
 simplicitate sermonis nunc loquimur, quæ de quodam ue-  
 luti filo orationis popularis ac cotidianæ perspicitur at-  
 que colligitur tantum, propter cūm res ratione & cura  
 inexquisitas, tum elocutionem inelaboratam & popula-  
 rem, uel ut ita uocem, uulgarem atque uernaculam. In quo  
 genere solo proprietates & natura inest, atq; cernitur, tan-  
 quam fundamenta quædam nondum extracta domo. Sic  
 enim communiter loquuntur, ut et uerbis significantibus,  
 res de quibus illa fiunt, et figuris orationis exprimentibus  
 sententiam animi, uti uelint, sine ambagibus, & quadā ue-  
 luti pompa. Idq; faciunt alij quidem alijs melius, ut in op-  
 pidis quàm pagis, in bene institutis familijs quàm secus.  
 Ideoq; Cicero plurimū putat contulisse Gracchis eloquen-  
 tiam matris Cornelia, quæ esset soror Africani. Nam &  
 hæc est domestica disciplina, ut animum, ita etiā os finge-  
 re paruulorum. Qui hæc igitur fundamenta nō iecerint,  
 & fortuito cœperint, quasi super arena exaggerare & e-  
 ducere molem quandam orationis, horum opus labet, &  
 uitiosum sit necesse est. Sed Terentium esse in medio, ali-  
 quis inquit, qui puram orationem quodam in prologo  
 etiam ostendet. Hic quidem poeta & legatur & edisca-  
 tur, & nunquam de manibus deponatur. Cur autem, si  
 uel paris, uel maioris etiam commoditatis aliunde copia  
 offeratur, illam studiosus bonarum artium negligat &  
 amittat? Atque utinam quàm plurima huiusmodi scri-  
 pta ad nos ab antiquitate peruenissent, ut esset quasi of-  
 ficina musica instructor. Atque Terentius, quo care-  
 re non posset hoc studium, est tamen mirifica quadam  
 atten-



attentione & cura nimis artificiosus: & dum hoc unum agit, ut comœdia morata sit, nescio quo pacto simplicitatem sermonis non tuetur: & dum studet uti populi oratione, utitur erudita. Omnes autem qui de Terentio scripserunt, hanc laudē illi tribuisse scimus, ut præstare hunc alijs arte & affectibus exprimendis perhiberent. Contrā in Plauto illa ueluti popularitas orationis, & uulgaritas iocorum à quibusdā etiam improbata fuit. Noti enim sunt uersus Horatiani:

At nostri proauī Plautinos & numeros, &  
 Laudauere sales, nimum patienter utrunq;  
 Ne dicam stultē mirati. Si modò ego & uos  
 Scimus inurbano lepidum seponere dictum,  
 Legitimumq; sonum digito callenus & aure.

Imò illi meritò & rectē atq; sapienter Plautum laudarunt & admirati fuerunt: tuq; ad Græcitatē omnia, quasi regulam, poemata gentis tuæ exigens, immeritò & perperam atq; incogitanter culpas. Varrò reliquit hoc scriptū: In argumentis Cæcilius poscit palmam, in *libro* Terentius, in sermonibus Plautus. Qui est sermo? Qui in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium, ut Cicero ait, uersatur, persequitur etiam conuiuia. Hec nimirum est populi oratio. De qua Cicero, etsi putat præcepta dari posse, quod attentauit Pontanus, nulla tamen fatetur esse. Hic igitur sermo, id est communis locutionis facultas, & conseruata forma consuetæ & omnino urbanæ orationis in Plauto repræhenditur ab Horatio, quia non redoleat peregrinam culturam & expolitionem. Quo nomine a nobis plurimi hunc fieri, & diligentissimè legi oportere. Quod enim nobis & patria & tempus non concedit, ut domi à matribus, nutricibus, pedagogis, imbuiamur cognitione linguæ huius: id præstabit lectio talium librorum, quales reliquit opt. & eximios in hoc quidem

genere Plautus. quos tamen non modò bonitas ipsorum, sed aliorum similitum amissio & penuria nobis commendat. Nam de antiquitate multis in partibus postea mutata, cum quidem litterarum eruditioni & doctrinæ proposita sit ad imitandum Ciceroniana ætas, qua eloquentiam perfectam & absolutam fuisse constat: de illa igitur antiquitate quod à quibusdã dicitur, nihil est. Hac enim, ut in numeris antiquis, quicq; cupidis, expetuntur, ab ijs qui diuitias congerunt, ita studiosis lingue Latine nihil debet esse antiquius. Non ut temerè & fortuitò proferre, & quasi necessarijs usibus impendere, sed potius tempori, loco, rebus referuare uelint. Hoc quale sit, dici neq; breuiter, neque omnino planè potest: sed & in ipsis istis scriptis à doctis demonstrari solet, & à non stuperis per se etiam cogitatione comprehendi. Nam mediocris prudentia in hac parte omne facile & incommodum uitauerit, & uitium ac horrorem, sicut uidetur, antiquitatis detergere, & ruditatè expolire possit. De his igitur iam satis. Cũ autem hoc totum de quo loquor, puerile sit studium, uideo à pijs & seueris non immeritò quæri, Sit ne uerè dum ut talium scriptorum lectione & cognitione, non inquinentur ac contaminentur, aut saltem profanescent mentes teneræ & ingenia simplicia ac proba, cuiusmodi in pueris, qui ad spem uirtutis & sapientiæ educuntur, esse uolumus & optamus. Nam omnes occasiones impuritatis ab hac ætate remouendæ, ut secundum poetam, Nil diætu scædum factũ ue ea limina tangat, Intra quæ puer est. Et quæ alia in hanc sententiam uerè & grauiter dici consueuerunt. Hoc sanè est, ut uerum fatear, difficile. Ac ueteres quidem tam nostræ religionis quàm externorum quidam uiri docti & sapientes, quo pacto legi deberent poetarum fabule, accuratè docuerunt. nõ solum enim iracundia habitat in auribus, secundum Herodotum, uerum etiam



etiam profectò impietas, leuitas, libido. Quæ enim audiuntur facta aut dicta nefariè, flagitiose, turpiter, ea mentem sauciant, tam iudicium sepe numero corrumpentes, quàm deprauantes uoluntatem. Quid igitur atmet circumspicere & querere medicinam potius uulneris, quàm cauere ne plaga infligatur? Omnino res est impedita & magna. Sed quid faciemus? Aut ubi reperiemus bonum, cui non sit adiunctum malum? Omnia in tota uita plena sunt periculis, neque quicquam horum est expers in ulla etate conditione genereq; hominum. Vt si quis hæc uitare uelit, hanc lucem relinquere, & terris excedere debeat. Puerili autem etati in primis hoc impendet, morum sanctitatis & innocentie atque pudoris. Quem si simpliciter, & quasi ex professo laudant poemata, multo erat satius penitus illa aboleri, & ut *ωσπίσπυα βιβλία* concremari, quàm omnino inspicere, nedum proponi studijs puerilibus. Atque fuerunt quedam semper, & nunc sunt talia, quæ exterminanda de scolis existimamus. Nam quod ille ait defendens lasciuiam carminum suorum,

Vita uerecunda est, Musa iocosa mea:

Et alter pronunciare audet, tum demum salè & lepòrem habere uersus,

Si sint molliculi, & parum pudici.

Horum igitur uterq; planè desipit, neq; assensionem inuenire à nobis debet. Nam tu, qui ais tuam esse uitam pudicam, quare sine causa in flagitio perhiberi te mendacem cupis? qui commemoras ipse tua illa præclara facinora diurna & nocturna, uoluptatis obscenæ? Idem negas iudicium animi librum esse. Imò ille est certè, si non propositi atque consilij, at uoluntatis & cupiditatum, quas in turpitudine prodi quid attinet? Ille uerò alter quam causam offert sententiæ suæ? an quia τὸ ὁμοίον ὡρὸς

ἢ ὀυροῦ, ideo impudicis scilicet & dissolutis illi uersus  
 belli ac lepidi uidentur. Quid enim per se laudabile in tur-  
 pitudine esse potest? Falsum hoc est, non esse in uerbis ob-  
 scœnitatē, ut quidam ostendere conati fuerunt. Obscœni-  
 tate uerò risum & oblectationem quærere, etiam nocens,  
 & ueritati ac uirtuti contrarium. Præclare autem & hoc  
 Persæ seruarunt, ut pleraq; omnia, ne quid factu fordam  
 suo nomine unquam eloquerentur, οὐδὲν, inquit Herodo-  
 tus, αὐτοῖς ποιεῖν ἢ λέγειν, τὰ αὐτὰ δὲ λέγειν ἐστὶν. His  
 igitur nequaquam assentimur, commendatoribus obscœ-  
 nitatis: multo autem minus illi scurræ, qui obscœnè loquen-  
 tes ait Romana simplicitate loqui. Et talia scripta pror-  
 sus excludemus è scholis puerilibus, & ab illis tanquam à  
 peste bonæ mentis, abducemus oculos, aures, animos tene-  
 ros. Atque si qua scripta tota sunt huiusmodi, tota exigan-  
 tur ac reijciantur: sin minus, & in illis est alicubi aliquid  
 quasi purulentum & γαγγραινώδες, illud recidatur, ut re-  
 liqua depulso ueneno, tuto attingi possint. Idq; & in alijs  
 libris & in Plauto factum esse apparet, & nunc etiam fa-  
 ciendum esse censeo. Præstaret enim uel inruditissimum  
 esse aliquem, quàm per eruditionem imbui spurcitia & im-  
 puritate, uel etiam impietate, scelere, furore. Sed ad nos  
 quidem quæ prorsus essent uitiosa scripta ueterum, nulla  
 uel pauciss. peruenierunt. In alijs non est maius periculum,  
 quàm in cotidiano usu uitæ. Non potest enim fieri ut om-  
 nes occasiones uitiorum auferantur. Sed has rapiunt ocu-  
 li, aures, manus, undiq; secundum instam prauitatem a-  
 nimi uniuscuiusque. V: enim Tiresias in Tragedia inquit,  
 οὐ τῆ φύσεως τὸ πρῶτον ἐστὶν εἰς τὰ κακὰ αἰετὶ: sic eti-  
 am in animis origo est malorum omnium. I: q; improbi  
 ac nequam homines prouerbio memorantur, ἡνὲν ἐφ' αὐ-  
 τοῖς ἐλκεῖν ὡσπερ ναυτίας ψίφιν. Atq; hi ut ea quæ παρ-  
 ἄνευ à medicis nominantur, uitiosos humores attrahunt,  
 quæq;



quæq; similes illos sibi, nam & χαλαργαῖα hæc & φλυγῆ  
 τὰς ψυχὰς sunt: ita alij alia admittunt probra, & peccata ac  
 cersunt. Qui non bonæ frugi est, & ut græci nominant,  
 ἀνὸς λογος, luxus libidinis, uoluptatum illecebris capitur,  
 Theodora autem & Diagora naturæ, contentum Dei  
 & hominum asciscunt: ferocia ingenia, crudelitatis exem-  
 pla probant: excelsa & superba, fastu instantur, & contu-  
 meliosa redduntur. Non illa quidem de libris tantum, sed  
 profectò de picturis ac sermonibus quoq; deq; ijs quæ in  
 aliam partem fiunt atq; dicuntur. Quin etiam pleriq; ui-  
 tiorum insectationes & reprehensiones, ad uitia in se sta-  
 bilienda assumunt. Audiui de quodam, qui affirmaret se  
 quandam causam non aliter quàm de aduersariorum di-  
 sputationibus cognouisse. Eodem uerò modo, non pauci  
 ex ijs præceptis quibus contra uitia animi instrui possent,  
 uitiorum doctrinã sibi faciunt. Hæc est occulta quædam  
 uis naturæ, ut omnia impellat ad sui similitum appetitio-  
 nem, atque ita

γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάστιγι, πικρὸν δὲ ἐπὶ πικρὸν ὄρεσσε

Secundum Empedoclem.

Atq; hoc est perpetuum certamen in bonis, & hæc as-  
 sidua lucta cum uitijs, & cura atq; contentio perueniendi  
 eò laudis, quò se quisq; incitari, & ad id perficiendum, ad  
 quod sibi diuinitus adiumenta collata esse sentit: ne quid  
 inuita, ut dicitur, Minerva experiatur. Hæc sunt mani-  
 festiora, quàm ut demonstratione magnopere indigeant,  
 causas quidem sapientia humana non uidet. Vno uerbulo  
 libidinosus, auarus, malitiosus, ab blandiente morbo suo,  
 mirifice commouetur, & alimoniã mali apprehedit. Hoc  
 alteri aut nõ nocet, aut prodest etiã. Cuius prauitatis re-  
 spectu, ea quæ uel ipsa perniciofa non sunt, uel etiam fru-  
 ctum afferre bonis possunt, prætermittenda aut explo-  
 denda non sunt, ὅτι γὰρ φύσις, ὅτι ἐκ νόμου ἀγαθὸς ὁ δόξω

ἀποβαλεῖν ἐὼς ἐξ ὧν ἐστὶ κοῖτις αὐτῆς τὴν γυναικα, ut inquit  
 Aristoteles. Si enim hoc fieri oporteat, nullam uirginē aut  
 matronā exornatā in publicū prodire propter libidino-  
 sos, non signari aurum & argentū propter auaros, deniq;  
 non rationē collatam fuisse hominib. propter malitiosos,  
 rectū esse uideatur. Imò cœli ipsius pulcerr. species occa-  
 sionē atrociss. sceleri ἐὼς ἀποβαλεῖν γυναικας præbuisse credatur,  
 in qua admirati homines solē, lunā, sidera, & horū motus,  
 & in hoc incredibilem ordinem atq; constantiam, & admi-  
 rabiles quasdā effectiōnes. pro deis illa colere ac uenerari,  
 & simulacra effingere, & sãna consecrare cœperunt. Vo-  
 luit etiam hoc Ouidius docere in illa epistola scripta Au-  
 gusto Cesari, nihil esse quod non prodesse, & lædere idem  
 possit. Atq; ibi ueriss. sententiã elegãti uersu pronūciauit,

Omnia peruersas possunt corrumpere mentes.

Quapropter de poetis quidem quasi uirus quoddam in-  
 stillandum non est pueritiæ. Atque illa quæ ueluti saucia-  
 re mentes & simplicitatem animi uitare possent, ne reci-  
 tanda quidem coram illis, nedum explicatiōne agitanda  
 sunt. Quod nos mouit, ut quædam in Plauto, quorum e-  
 mendatio fuisset in promptu, inducere maluerimus, quàm  
 in talibus ostentare eruditionem nostram. Ab ijs autem  
 quæ minas grauitè, quæ scurriliter, quæ improbè dicun-  
 tur, quibus cotidianæ uitæ & temporum uitia ac peccata  
 notantur, nemo afficietur ullo detrimento, nisi qui erue-  
 re ultrò, seseque damno ipse afficere uoluerit. Vbi qui-  
 dem, quod ad pueritiam attinet, cui cupimus ad pro-  
 prietatem linguæ Latinæ percipiendam proponi hunc au-  
 torem, permultum situm erit in magistris & explicato-  
 ribus: qui si erunt prudentes & uiri boni, non modò à  
 sensibus & cogitationibus puerorum omnem iniuriam  
 propulsabunt cōmoditate interpretatiōnis, sed illis etiam  
 maximam utilitatem salutarium præceptorum concilia-  
 bunt.



bunt. Nam si qui sunt, qui se in ijs locis quibus mentio fit  
 flagitij alicuius, iactitant atque uolunt, ut porcus in ce-  
 no, quid cum his nobis rei aut negotij sit? qui ab institu-  
 tione puerili, & de scolis tanquam pestis mala & lues mo-  
 rum extorres agendi sunt. Ego quidem, fatebor enim ue-  
 rum, non semel cogitavi animo meo, an opera hæc pro-  
 pter euentus dubiam fortunã placere posset Deo, & non  
 aliena esse professione Christiana uideretur. Ac non pau-  
 ca contra hoc in mentem mihi uenerunt. Sed ratio tamen  
 uicit, neque impium hoc studium, neq; rem indignã esse cu-  
 pido pietatis & uirtutis. Quod si aliter uideretur, et con-  
 traria sententiã probaretur nobis, abijceremus potius hæc  
 studia *θυμοφθορα* & imbuentia animos flagitorum aut  
 scelerum quasi fœtore: & non aueremus prioris uitæ de-  
 licta, neque peccata uetera nouis indies accumularemus.  
 Sed mihi cogitanti in mentem uenit, duo esse quæ tradi  
 hominibus uelit Deus, cognitionem sui, & eruditionem  
 uitæ. Quorum alterum diuinum totum, & humanam in-  
 telligentiam superans, ipsius proprium est opus, in quo  
 ingenij acrimonia ac uis & gnauitas, nihil loci habet: &  
 quibus illa cõrigit, ij gloriari uerè possunt, se adeptos esse  
 id quod homini euenire atque tribui possit optimum &  
 maximum: sed hæc est disciplina instaurans naturam no-  
 stram, & cor atque intelligentiam reparans, denique no-  
 uum creans atque gignens hominem. quam rem philoso-  
 phia penitus ignorat, & omnis sapientia, omnisq; doctri-  
 na in terris comprehendere nequit, de quo in presentia  
 nihil dicendum est. Alterũ uerò, diuinum quidem donum  
 & ipsum, collatum tamen & attributum mentibus homi-  
 num, sui quasi possessores illos habet, & non modò quale  
 sit intelligi captu humani ingenij, sed uiribus etiam huius  
 elaborari potest. Inseuit enim Deus animis nostris iudi-  
 cian boni & mali, & cupiditatem ac appetitionem illius,

huius

huius odium atq; fugam. In bonis autem hoc ponit uel so-  
lum, uel certe præcipuum ac maximum & singulare offi-  
cium, decus, laudem, non falsæ & inanis gloriæ, sed uir-  
tutis atq; dignitatis. Ad hæc igitur propria atque peculia-  
ria bona, insitui Deus humanum genus uult ac iubet, ut  
hæc diuina ueluti stirps excolta suos fructus ferat, consi-  
liorum & actionum ueritate & pulcritudine præstan-  
tium, & Republicæ & priuatiæ cum constituuntur, tum  
conseruantur. Hæc est hominis excellentia, & natura il-  
lius, ut ita loquar, exaggeratio. His sublatis, multis bestiis  
humanum genus inferius reperietur. Atq; horum ludus &  
palestra quædam sunt litteræ & studia bonarum artium,  
quibus animi pueriles præparantur & finguntur ad hu-  
manitatem & uirtutem, & quasi ad cõspectum bonorum  
suorum deducuntur, conuersa acie mentis ad contempla-  
tionem horum, ut quid in se insit quod ad hominum soci-  
tatem & utilitatem generis sui profèrri possit, quisq; no-  
rit ac sciat. Nam & hoc uctus uerbum subiicit atq; iubet,  
quo præcipitur quisq; sese ut nosse studeat, bona quoq; &  
hæc quidem in primis sua ut norit. Ad hæc uero, in-  
quit aliquis, Plauti leuissima scripta momenti quippiam  
allatura esse uideantur? Hoc scilicet hic dicit, nihil confer-  
re regiæ domui cementa & calcem, neque paruis quoque  
rebus magna iuuari. Non ego enim nunc hoc disputabo,  
quòd multi, & de quo Horatius: sic enim ille scribens  
Augusto,

Os tenerum pueri balbumq; poeta figurat,  
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem,  
Mox etiam peccus præceptis format amicis,  
Asperitatis & inuidiæ corrector, & iræ.  
Rectè facta refert. orientia tempora notis  
Instruit exemplis, inopem solatur & ægrum.

Sed hæc non petenda esse dicam de Plauto. Non huic  
decori



decori custodiam, non discrimina personarum, non studium morum, non iocorum elegantiam & urbanitatem nunc tribuam. adimam etiã iudicium, quod exactius esse in uina Terentiana fabula Erasmus pronunciat, quã in Plautinis omnibus. Non enim de his iam agimus. Quid est igitur quòd autorem hunc commẽdare puerilibus studiis debere uideatur? paruum quiddam, & admodum exile, quod de illius lectione ostendimus posse eis contingere, simplicis & proprii sermonis copiola quedam. Hoc ego aio esse id quo instructi illi, egregia honestatis & recti ac ueri munera exequi aliquando possint. Hoc fortasse mirum alicui ex magnorum & honoratorum numero uideatur, tantillam curam puerilis ætatis, illa incrementa & excitare & perficere posse. Atq; erit, ut opinor, qui uerum esse neget. Mihi autem non modò sic nunc esse hoc uerum libet, ut ait Terentius, sed ratio etiam uincit ac concludit. Nam constat, ad uirtutem & laudem uitæ omnem, more & assuefactione perducere homines. Ea enim quæ actione tota continentur, agendo etiam obtineri & comparari solent. Quid autem sine ueritate & constantia pulcrum atq; præclarum? Imò quid absq; his non turpe atq; uituperandum fuerit? Est & hoc manifestum, qui certa & exquisita & bona oratione utatur, in eo sententiam & cogitationem non esse uagam, neq; futilem & leuem: illa uerò, ut dixi, certa, exquisita, bona oratio, proprietate & simplicitate & puro quasi fonte sermonis neglecto atq; præterito, acquiri ne unquam poterit? Nemo hoc dicet, au spicabitur. Relinquitur igitur hoc quod cupimus probare, ad uirtutem & sapientiam, hoc studium sermonis proprii & certi, quamuis paruum atq; minutum, tantum tamen conferre, quantum maximis & præclarissimis quibusq; effectiõibus, ea sine quibus ille uel incoatæ, uel absolute nõquam fuissent. Nam quales ij sint etiam in excel-

lencia



lentia ingenij & doctrinae abundantia, qui ista parua atq;  
 spreuerunt, aut assumere nequuerunt, qui uolet conside-  
 ret atq; uideat, oculos intendens in omnem aetatem & po-  
 pulum. Semper enim reperiet, cum aut errore & stulticia  
 hominum, aut perturbatione & calamitate temporum, il-  
 la tenuit as & paruitas studij huius neglecta exclusae fu-  
 isset, & rempublicam labefactatam, & domesticam disci-  
 plinam peruersam esse, obortis uarijs & multiplicib; nec  
 non absurdis & inconsonantibus opinionibus, cum non ma-  
 gis diserta esset elocutio, cumq; quasi confusis sonis, non  
 intelligeretur ab uno id quod alter memoraret. Atq; ita  
 etiam hoc tum usu uenit, ut quemadmodum Cicero in ex-  
 ordijs quibusdam huius erroris & neglectiois queritur,  
 nihil sit loci pudori, probitati, uirtuti rectis studijs, bonis  
 artibus, utq; tandem omnia pessumeant & confundan-  
 tur. Atque fit saepe, ut in quadam ueluti ueterno igno-  
 rantiae, cum uera pro falsis homines amplectantur, dubia  
 pro certis, fluxa pro firmis, obscura pro manifestis, tum  
 quasi sopitum malum non sentiat: ubi uero commoueri  
 coepit, ibi tanquam Camarinae cuiusdam foeditas exagita-  
 tur, & uitia illa conspicua fiunt, atque erumpentia plerū  
 que, & quasi curationi repugnantia in corpore humori-  
 bus malis referto, tumultuantur. Ita fit, ut respublice tum  
 grauissimè concutiantur, cum innotescunt & aperiuntur  
 errores ac peccata seculi atque hominum. Quapropter  
 si expetenda uirtus est, & fugiendum uitium, non con-  
 temnantur neque parui fiant ea, quorum est quamuis exi-  
 guorum ea tamen uis, ut uirtutibus patefaciant, & quae  
 cum negliguntur aut denegantur, neq; obtinentur, uitam  
 ueluti sentes uitiorum obducere soleant. Quorum exem-  
 pla euidentia suppeditant nostra etiam tempora, quibus  
 cum diuinitus prolatis & indicati fuissent errores multi-  
 plices, ea indignatio hominum fuit, ut non illis neque suae  
 uel



nel improbitati uel infelicitati succenserent, sed in reprehensionem & salutaria precepta sese inferrent atque inueherentur. facile enim passi fuere & pertulere omnia homines, quousque abfuit auersatio, uel affuit potius obsecundatio, & ut Plautus ait, obsequela. & est secundum Platonem, *σοφουσι τωσδε ιδω το αν αντι τ ερωσ*. Reslante autem uento, & exagitante iudicia opiniononesq; & sententias hominum, cam scimus exortā miseriam, cum qua conflatamur iam dudam, cuius utinam uata *εγοσ* complectatur *ουμωσος α γαλας*. Sed euentum permittamus Deo: causa certē perturbationis uel commotæ uel auctæ, est inhumanitas & imperitia ac barbaria. De qua re neque dicemus, neque queremur in presentia quidem amplius. Me autem credo uel potius certō scio, si aliud quicquam est quod credam aut certō sciam, ut noster inquit Sotia, credo ego, me & pio & non experte utilitatis studio, hanc operam nauasse institutioni puerili, quam Plautinarum fabularum castigationi impendi. ~~deinde & ad rerum humanarum compositionem atque prosperitatem accommodet, adductis sententijs & lingua hac in parte ad certam quandam rationem, in obseruatione & notatione proprietatis sermonis, de principijs simplicis & puri ac cotidiani usus illius. Ut enim meum quantulumcunque profectum in litterarum studio, ita omnium incepta & conatus & diligentiam cupio & opto inferuire nomini Christi, & dirigi ad celebrationem illius, & illustrationem doctrine Euangelicæ. Id autem quod nos prestitimus, æstimandum alijs relinquo. Meos autem labores, & uigilias, & qualemcunq; industriam impensam huic studio ac operi, uobis dicendam putauit, Illustriss. principis, Franciscæ Otho, & Frideriche, illustrissimi & multiplici uirtutis laude celebris principis~~  
 Ernesti

## EPISTOLA

32

Ernesti Brunsvic. ac Luneburgensium Ducis, filij quos ille ita curavit atq; curat nostris litteris institui, ut de uestro profectu singularem uoluptatem capiat, & gaudeat hanc etiam curam suam ab alijs animaduerti atq; perspicere: id quod ex eo facile intelligi potest, cum alie sint multe & euidentes significationes, quod uoluerit specimen edi à uobis studij uestri, publicatis uersibus uestris & pietate plenis, neque expertibus eruditionis. Ego uerò mihi etiam, quod fortasse miremini, partem quandam uendicare possum institutionis uestre, qui opt. & doctiss. uirum preceptorem uestrum Vilhelmum, aliquando mea quantulacung; doctrina instruxi, quem uobis obtigisse, & uos iam letari credo, & futurum scio hoc magni aliquando ut beneficij in uos diuinitus collati loco ducatis. Nam si maximo diligentie summæ studio quæreretur, non facile eruditior atq; doctior, non autem ullus omnino magis idoneus aut fidelior magister reperiri potuisset. Sed de hoc minus laudandi causa dicam, ne uobis scribens, ad ipsum hunc laudare uidear. Vobis autem ita hunc libellum fabularum Plautinarum mitto, ut hac in parte uoluntatem & cupiditatem meam, incitandi currentes quoq; ut dicitur, ad amorem & cultum litterarumstrarum, hanc igitur ut studeam communicari cum uestris fratribus & ipsis illustriss. Principibus, nec non toto Musico coetu, quem apud uos cõgregat & tuctur atq; custodit Vilhelmus meus. Quid autem huius cura & attentio in has uobis explicando, et in his demonstrando ea quæ tanti facienda esse, et illa bona quasi conferere, de quibus integritas quædam uirtutis ac laudis postea enascatur atq; existat, nos censemus: in his igitur quid in enarratione huius libelli, prudentia et eruditio Vilhelmi uestri, immò nostri, utilitatis allatura uobis sit, res declarabit. Meam autem hanc existimationem de uobis, & prædicationem etiam studiorum nostrorum



stororum, peto ut gratam uobis esse patiamini, & hanc quasi compellationem, uel erga uos cupiditatis, uel in Vilhelmum amoris causa, boni æquiq; faciatis. Quod si qua fortè in parte aut re uestra honestiss. studia à meà tentate adiuuari posse uideantur, in eo peto ut uobis persuadeatis, nihil me neq; prompti atq; parati animi, neq; singularis studij, neq; maximæ diligentia, ut uobis gratificer, prætermisurum esse. Christo Iesu seruatori nostro uitã, fortunã, studiaq; uestra cõmendo: qui uos uniuersos, Illustrissimam Illustriss. parentis sobolem, protegat ac conseruet, ad gloriam nominis sui, & incrementa ecclesiæ Christi, & Reipublicæ salutem. Lipsiæ,

III. Id. Quintilis.

c DE CAR-

**D**E Plauto fabularum istarū autore pauca dicam, in primis ut constet quo tempore uixerit, hūc incidere in etatem Catonis: quo et ipso cēsoꝛe mortuum esse, scripsit Cicero, ante se Cos. CLX. annis, hoc est ab V. C. circiter D. P. Claudio, L. Portio Cos. Cuius etatis, in quam Næuius quoque includitur, participes fuere ultra citraq; Ennius, Cecilius, Pacuuius, Terentius. Pacuuium quidem ac Cecilium malè locutos, Cicero ait. Ennium & Næuium probat. Sed nostro studio relictus est Plautus & Terentius tantum. De his igitur petenda forma latinæ locutionis, & sternendum quasi solum, super quo oratio bona & diserta, uerbis & sententijs aptè constructa colloceatur. Non enim compositio, neq; ueluti ædificatio qualis esse debeat illius, hinc cognosci aut disci potest. Etiam munditiæ et nitore, & ut ita dicam, innocentie ac integritati sermonis antiquitas officit, cum quia omnium rerum est sua elaboratio & perpolitio, quæ perfectio existimanda: tum quòd studium elegantie ut in uita, sic sermone quoque illa nō usurpauit. Quapropter posteriores in sermone priorum nonnulla mutarunt emendantes, formam certè componendo, & quasi coagmentando atque reconcinando reddiderunt & pulciorem & meliorem. Hec iam illa est certa et constans, atq; omnium eruditionis atq; bonarum artium cupidorum imitationi sola proposita, Ciceronis, et eorum qui etate illa uixerunt: sed Ciceronis, ut principis & autoris latinæ linguæ. de quo alibi disseruimus copiosius, cum contra reprehensores huius studij disputaremus. Hec autem qui perspexerit, in Plautinis & Terentianis scriptis ita uersabitur, ut quasi materiam orationis bonæ, & si fas nobis est dicere, eloquentiæ Latinæ ac illis sumat, neque in delectu uel uerborum



uel figurarum sermonis allucinabitur. Sed de hoc iam dudum satis. De comico autem carmine etsi alij scripsere, quæ & magnifico & probo, tamen nostro quoque studio existimo adhuc loci aliquid relictum esse. Cum res illa quidem eiusmodi sit, ut penitus comprehendere & omnium etiam diligentia quasi enucleari his temporibus nequaquam posse uideatur. Quo autem est difficilior labor, eo assiduitatis plusculum in uestigando adhiberi conuenit. Nihil autem tam est abstrusum, de quo non aliquid, si sæpius & studiosè exquiratur, erui posse sperandum sit. τὸ γὰρ βέλτερον, inquit Sophocles, ἀλωτὸν, ἐν ποσὺν ἢ τὰ μέλαμενον. Minus autem certè turpe est, in eo à quo quamplurimos magnitudo & obscuritas deterruerit, quantumuis modicos, quam illorum uestigijs insistentem nullos progressus fecisse. Si tamen est adeò digna res, ubi quis neros intendat suos, ut ait Terentius. Quod quidem ita esse nobis persuasum est, & senserunt omnes qui aliquam famam eruditionis literarum & doctrinæ consecuti fuerunt. Cum quidem non solum bestię demulceantur numero sono, sed solitudines etiam atque siluæ quasi afficiantur, ita respondent carminibus. Qui musarum reliquias in cura bonarum artium non amplectetur, uel etiam contemnet, eum nos quidem nimis aut fastidiosum aut barbarum quoque esse iudicabimus. Etsi fatemur in hac parte superuacaneum, et in quodam inconcesso amore Musarum insanum studium impendi non oportere, ne sequentes, uolucres illas, hoc remigio destituti, ut de Pyreneo fabule tradunt, in exitium nos præcipitemus. Sed ad rem accedamus: pauca quidem quasi præfati de horum scriptorum genere. Comicus poeta fuit Plautus. Comœdia autem est poema ἀγῶματι λόγῳ, hoc est expositio numerosa, id est, carmine comprehensa, & in actionem implicita, seu collata in personas, argumenti ficti, de rebus, casibus, negotijs sumtis è uita

cōmuni, & quasi cotidianis euentis. Hoc carminis genus de Tragœdia fluxit, ut Horatius docuit, qui Thespim dicit inuenisse ignotum genus Tragicæ Musæ: atq; addit,

Successit uetus his comœdia non sine multa Laude.

Initia autem fuisse admodum parua et rudia, cū hilares, post labores exactos, diebus festis concinerent aliquid, & alij, & idem Horatius in epistola ad Augustum perhibet, ubi dicit, ab innoxijs iocis libertatem hanc ad intolerabilem licentiã prouectam fuisse. Qui primus autem Comœdiam scripserit, non constat. In libro qui Aristoteli inscribitur de Poetica, inter alia & hæc leguntur: Siculos sibi uendicare inuentum comœdiæ, fuisse enim Epicharmum ante Chonmidem & Magnetem: & uti nominis quoq; testimonio. Esse enim certè comœdiam non ἀπὸ τῆς νόμου, sed ἀπὸ τῶν νόμων, id est, non de hilaritate & exultatione, sed de pagis appellatam. Sed ab Atheniensibus pagos non νόμους, uerum ἄγους uocari. Similiter & quosdam Peloponnesiacos ait suum facere inuentum Tragœdiam, quòd fabulæ ἀγῶνται dicantur, cum tamē Atheniensibus in usu non sit uerbum ἀγῶν, sed πῶνται. Ibidem & hoc scriptum est. Ab eo demū tempore comœdiæ autores celebrari, quo formam illa & speciem quandam nacta fuerit, cum principio obscura esset, & autores ipsius latèret. Sed comœdia quæ priscis temporibus in usu fuit, qua nomina tum hi aut improbos aut inimicos suos perstringebant, principum etiam uirorum uitam & mores reprehendentes, hæc igitur antiqua dicta est. De cuius licentiã νόμων δὲ δει uulgò dixere eos, qui probris incesserēt. Huius autor uetustiss. nominatur Sannyrio. Sed excellentes fuere, temporibus belli Peloponnesiaci,

Eupolis atq; Cratinus, Aristophanesq; poetae,  
Hæc postea fuit mutata, cum dolerent, ut inquit Horatius, cruento dento lacesiti. Tum nomen obtinuit Mediæ, quæ  
distimu-



disimulato nomine uitia tantū exagitaret. Quinetiā lex,  
 Pœnāq; lata malo, quæ nollet carmine quenquā Describi.  
 Atq; serunt Eupolin in mari submersum, ab ijs quos male  
 dictis lesisset. Tum igitur Tragœdiarum ferè argumenta  
 detulerunt in scenam, retexta ad ridiculum modum. deq;  
 hoc genere chorus paulatim defluxit. In quo præ cæteris  
 clarus fuit Plato comicus. Hæc secuta est Noua comœdia,  
 in qua primas tenuit Menander, potiente rerum Alexan-  
 dro magno. atq; hæc chorum omnino nō habet, sed orna-  
 tu uario & multiplici personarum insignis est. Atq; hæc  
 indicanda breuiter & strictim putauī, de initijs ac pro-  
 gressionibus Comœdiæ apud Græcos. Apud Latinos au-  
 tem, Scenicos ludos institutos fuisse C. uel ut alibi, T. Sul-  
 pitio Batico (uel ut alibi, Peticio, alibi Potito) C. Licinio  
 Stolone Cos. annotauit Valerius: & paulatim ludicrâ ar-  
 tem ad satyrarum modos perrexisse, à quibus primus om-  
 nium poeta Liuius ad fabularum argumenta spectantium  
 oculos et animos transtulerit. Cicero autem scripsit, Liui-  
 um primum omnium fabulâ dedisse, annis ferè CCCXX.  
 post Romam conditam. fuere autem celebrati primum lu-  
 di Romani patrum & equitum, qui & magni, ludicrum  
 autem equi & pugiles, ut Liuius memorat, libro primo,  
 qui & ludorum plebeiorem mentionē fecit lib. XXVIII.  
 Idem Liuius quo tempore et qua de caussa instituti & lu-  
 di scenici dicti sint, copiosè eadem quæ Valerius, retulit li-  
 bro VII. Quod tempus est urbis circiter CCCXC. Idem  
 tamen lib. XXXVI. scripsit, ob dedicationem ædis ma-  
 tris magnæ primos ludos scenicos factos, Valerium Antia-  
 tem esse autorem, Megalesta appellatos, quod tempus di-  
 stat à priore annis plurib. CLXV. Cicero Liuiū fabulans  
 docuisse, ut retulimus, scripsit in Bruto, & prima Tuscul.  
 Claudio & Tuditano Cos. anno A. V. C. CCCCX. Hoc  
 Gellius retulit in annum D. X. ideoq; fuere qui apud Ci-

ceronem numeros mutandos censerent. Quod nobis fieri oportere non uidetur, cum ipse Cicero indicet, alios hæc aliter exposuisse, & res sint inexplicabiliter cōfusæ. Sed postquam componere fabulas argumētosas poetæ Latini cœperunt, sequentes et uertentes Græcorū scripta, in hoc genere magna licentia usi fuerunt. Cum autem essent Latinorum propria quædam poemata, ut Atellanorum, uidentur libertatem illam in græcis & latinis argumentis poetæ Latini, non tam fuga laboris & cupiditate edendi sua, ut Horatius putat, quam necessitate quadã custodisse, ne aures ciuiū peregrinitate offenderētur. Ita factū pu- to, ut neq; intra trimetros constiterint, neq; græcorū ex- quisitionē et quasi normā, ad quā numeros illi exegerant hiseruarint. Sed nunc deinceps de ratione horū, & carmi- num comicorū structura, quæ nostra diligentia obserua- uit, quæq; postulare uidetur lectio fabularum latinarum, breuiter quidem disceremus: ita tamē, ut fortasse nondū ab alijs demonstrata, indicemus. Metra præcipua sunt nouē, Iambicum, Trochaicū, Dactylicū, Anapæsticū, Choriambicum, Antispæsticum, Ionicum à Maiore, Ionicum à mi- nore, Peonicum. E quorum numero nunc eximemus Iam- bicum & Trochaicum, de quibus quæ uidebuntur, dicemus. Iambicum metrū à principe pede nomen habet: qui à con- uicijs appellatus fuit, ut placet Aristoteli. cumq; sit maxi- mē conueniens sermonibus (nam fortuitò etiam loquen- tes, iambs crebros proferimus)

Hunc socci cepere pedem, grandesq; cothurni,  
 Alternis aptum sermonibus, & populares  
 Vincentem strepitus, & aptum rebus agendis,  
 ut ait Horatius. Hoc carmē cum purum est & integrum,  
 omnibus in locis iambs habet: ut apud Catullum,  
 Phaselus ille quem uidetis hospites  
 Ait fuisse nauium celerissimus.



Et Horatium,

Beatus ille qui procul negotijs.

Quo aut grauius paulo in tarditate procederet Iambus,

Spondeos stabiles in iura paterna recepit

Commodus et patiens, non ut de sede secunda

Cederet aut quarta socialiter.

Sed neque Tragici hoc, in primis Latini, seruarunt, et comici omnibus in locis collocarunt pedes sine discrimine, quinque: Dactylum, Anapestum, Tribrachyn, Spodeum, Iambum.

Syllaba longa breui subiecta uocatur Iambus.

Deos, cliens, ferox, quæ si ambæ breues sint, Pyrrichius is pes uocatur: lege, here, graue.

Spondeus habet duas longas: exlex, concors, amens.

Tribrachys tribus breuibus constat: domine, canere, misera.

Anapestus, duabus primis breuibus, postrema longa: Silices, rabies, patiens.

Dactylus, prima longa, sequentibus duabus breuibus: littera, scribere, Musica.

In Latinis Comicis rari Iambi sunt, etiam in trimetris, qui sunt Senarij. In integro tamen Iambico, uult esse ultimus pes hic, aut propter ultimæ indifferentiæ Pyrrichius, quasi de finis numeros ac uersum. Sicut in dactylico, quintus dactylus. Horum loco cum Spodeus ponitur, ij uersus tum *σπὸδᾶσι φόρες* et *σπὸδᾶσιν οἰ* dicuntur, ut,

Armatumq; auro circumspicit Oriona.

Apollinarem conueni meum. scazon,

Claudicare enim hi uersus putantur, et *σκάφορες* nominantur, et *χωλιαβοί*. Comici aut, ut dixi, numeros ideo minus distinxerunt, ut similitudo sermonis communis custodiretur. Itaq; Cicero in Oratore sic ait. At comicorum senarij propter similitudinē sermonis, sic sepe sunt abiecti, ut nō

nunquam uix in his numerus et uersus intelligi possit. Hæc confusio cum est maxima, tum carmina uocantur ἀπεμφοίνοντα, id est immanifesta, & ἀνάρμοστα,

Exclisit, reuocat, redeam: non si me obsecret.

Qui uersus, si producas penultimam, erit dactylicus σπονδαίωυ.

Tres unam percunt adolescentes mulierem:

Totus dactylicus, præter ultimum Iambum.

Hoc genus et ad octonarios perducitur à comicis, qui sunt Τετραμέτροι. à Latinis etiam quadrati uocantur. Habet apud eosdem & πένταμετρον, ita ut ad Senariū additus amphibrachys, id est syllaba breuis longa, breuis; aut bachiuss, id est, syllaba breuis longa longa, (ultima enim syllaba omnis uersus est indifferens) hos numeros perficiat.

Nā si remittant quippiā Philumenā, hic est Τετραμέτρος. Addantur illæ tres syllabæ, dolores, & erit iam Τετραμέτρος πένταμετρον. Nā in hoc genere alij pedes, quam iussu præ memorati, nō nominantur. Sed neq; seruantur hoc, ut ante πένταμετρον semper esset Iambus: neq; nō pro syllaba longa catalectica sæpe duas breues posuerunt,

Edepollenones, meo animo, nouisti Lusce lepide.

Ante πένταμετρον τρίβραχυς est:

Tacuisse mauellem, hau male meditate male dicaces.

Ante πένταμετρον est spondeus:

Bene ego istam eduxi meæ domi, & pudicæ.

Si huius miseret.

Ante πένταμετρον est dactylus:

Nunquam me orares quin darem. nunc illum te orare melius est.

Lius est, in unam syllabam concrescunt.

Hi uersus appellantur Hipponactei, ab autore, & latine septenarij: tum enim, Priscianus ait, Varronem scripsisse, fieri septenarium, cum ad senarium Iambicum trisyllabus pes addatur, hoc modo,

Quid



Quid immerentibus noceres? quid inuides amicis?  
Talia sunt Aristophanea in Pluto, quorum primum hoc,  
ὡ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότην ταυτῶν θυμῳ φάγοις.

Trochacium carmen est Iambicum commutatum.

Trocheus à uolubilitate et ratione nomen habet, contra-  
rius pes Iambo, cōstans lōga et breui, scribe, Musa, uerba.

Hoc Iambum nō admittit, quemadmodum neq; in Iambi-  
cum trocheus ingreditur. Etsi reperitur etiam in Græcis  
τροχαϊκὸν ἰαμβικὸν κατὰ λυσίου, in cuius quarto

loco ponitur Iambus, ut in Nebulis,  
ὡ θεῶμενοι καί τρωπὸς γ' ὑμᾶς ἐλσὺ θέρω, Idq; σὺ πελί-  
δειορ ἀσὺ γὰρ uocarunt.

Sed multo maiore licentia latini usi fuerunt, et passim, ut  
uidetur, inseruerunt lambos. Docent autem ita fieri hoc  
carmen, si ad senarium Iambicum addamus creticon, qui  
ἀμφιμακρος, id est, syllaba longa breuis longa: ut aurifex,  
hoc modo, — Dij boni,

Boni quid porto, sed ubi inueniam Pamphilum?  
Et, — Letus est,

Nescio quid, nihil est, nondum hæc resciiuit mala.  
Ita hos numeros composuisse Archilochum perhibent,  
atq; ab eo μέτρον ἀρχιλόχειο dictum. Sed hoc non serua-  
runt comici, præsertim latini, ut secundam syllabam bre-  
uem semper facerēt, quod præceptum de cretico subijcit,  
cum in hoc uersu ubiq; reperiat, dactylus, anapestus,  
spondeus, trocheus, τριβραχυσ.

Apage, non placet me hoc noctis esse: cænauī modò.

Quid si ego illum tractim tangam ut dormiat? ser-  
uaueris.

Exossatum os esse oportet, quem probè percusseris.

Facinus, nequiter ferire malam malè discit manus.

Illic homo me interpolabit, meumq; os finget denuò.

In fine esse ante κατὰ λυσίου debet trocheus, ut carminis

ratio appareat, sed reperitur ἔ τριβραχυς, ut,

Quid id exquiris tu, qui pugnis os exossas hominibus.  
Et Aristoph.

ὦ σοφώτατοι θεοὶ, ἀσῶρα τὸν νοῦν προσέχεται.

Sepe autem multumq; usi fuere hoc carmine archilochio comici, & illo plurimas sermocinationes composuerunt. De alijs generibus quid dicam, aut quomodo in latinis comedijs indicem, non habeo. Et si Sisenna, referente Rufino, anapæsticum metrum in Aululariæ quadam scena esse dixit, sed concisum ita, ut non intelligatur. In his igitur nos frustra torquere, præsertim tam sædè corruptis exemplis, et in metricæ nequaquã exacta cognitione, nihil necesse, uel potius curiositatis hoc fuerit, ocio non admodum liberaliter abutentis. Cõfusa quidem, id est, συγχυμένη μέτρα plurima sese offerunt passim tam in Plauto, quàm Terentio. in quib. Iambus & trocheus, & alij pedes ingredientiæ hæc metra, collocantur promiscuè. Quod autem ἀνακλήσεις et βραχυνακλήσεις & ὑπερνακλήσεις at tinet, de eo magis suspicari possumus, quàm certi aliquid demonstrare. Qui tamen cogitatione non illiberali his de rebus sese occupare uoluerint, ij primũ ad exemplum aliquod rationem numerorũ in uersibus conferent, & ita informabunt animo qualemcunq; notionẽ horũ. Ponatur igitur hoc Numeros esse aptos quosdam et determinatos, & consentaneos sonos uocis humanæ. Hi cum in uoce natura insint, in oratione quoq; inesse oportet. Sed cũ abest cura cõpõsitionis, et ars quædã ueluti structuræ, facillè illi et dissipantur & delitescunt. Atq; hoc est quod Aristoteles poemata, suapte spõte extitisse, & fortuitò prodijisse ait, ipse αὐτοσχέδια ἔσματα uocat. Hæc concinnitas quædã in omnib. linguis reperitur, ad quam aurũ obseruatione adhibita, uersus extitit, elaboratus studio & arte ingeniosorum & doctorum hominum, & processu temporum ita suo



suo quisq; in genere perfectus, ut nihil fieri elegantius neq; pulcrius, aut magis sonorū posset. Potestq; de nostris uernaculis cantilenis etiā aliquo modo hoc cognosci, ut, et si forte hoc ineptum uideatur, sed in docere fideliter cupiente nihil ineptum, ut si cōferamus hęc nostratia ad illa erudita, non ne in his similiter desinentibus quę nostrum uulgus rhythmos appellat, aliqd iambicis senarijs simile agnoscitur? & in modis chorearum, quasi anapesticum est & Pæonicum melos. Sed et in soluta oratione diligentia nunc multorū, accuratē uerba cōponens, *εὐθμυς* qui sunt numeri, efficit. Certō autē & planē ostendere omnia, id esse eiusmodi puto ut fieri nequeat, quemadmodum & in alijs quę usu perdita fuerunt, instauratio & restitutio absoluta desperāda est. Citius enim mihi aliquis illud Hesiodicum plaustrum lignorum centum construxerit, quā scenam hoc tempore explicuerit, omnib. partibus et numeris suis, ut dicitur, absolutam. Hoc tamen dubiū non est, in linguę cuiusq; usu cōmuni, harum rerum rationem cōsistere, quo labefactato aut amisso, illa quoq; uacillet atq; confundatur, uel potius non magis appareat, necesse est. Est autē in omni genere carminum uarietas numerorū depositionis, ut uocant: ea est uersus conclusio, talis quędam. Versus dicitur ἀκατάληκτος, qui est plenus & integer, & pedes suos habet totos. ut,

Poeta cum primūm animum ad scribendum appulit.  
Versus est Iambicus trimeter, qui & Senarius, ἀκατάληκτος. Sic est ἀκατάληκτος Theocriteus hic primus in fistula,

οὐδενὸς ἀνάτετρα, μακροπολέμοιο ἢ ματῆς.

Et postea σνάζωρ,

μαίης ἀντίπατροιο θεοῦ τένης ἰθυτῆρα.

Et mox κατὰ λυτικὸς εἰς συλλαβῶν,

οὐχὶ κερὰς αμ ὄρωται θρέψαι τειρεπάτωρ.

Et

Et *ωνόμετρος* deinde, uel *καταληκτικός* εἰς δύο συλλαβίας,

*ὄνομα ὄλον γίγνωδες τὰς μέτρος πόθου.*

Atq; ita usq; ad *δίαιμετρα* *καταληκτικὴ* εἰς *συνλαβέν*, *καλλιόπα* ἔν *νηλίσση*. Nam in hoc genere *μονόμετρος* ἀναστάλακτος fieret unus pes. Metimur enim omnia genera carminum pedibus duplicatis, præter dactylicum. Idq; ἔν *Rufinus* testimonio *Herodoti* comprobauit, ueteres factitasse. nam dactylica oracula reddita fuisse ait *τόνῳ ἐξαμέτρῳ*. *Gygis* aut facinoris meminisse *Archilochum* in *Iambico* uersu *τριμέτρῳ*, qui huiusmodi quidā ibi ascribitur,

*ὄ μοι γι γύγω τῶ πολυχρόσου μέλει.*

Est ergo ἔν *elegiacus* dactylicus, quem, ut scimus, tribus dactylicis pedibus, additi *anapesti* duo, absoluunt,

*ὄ τῆ ἢ μοῖρα παθεῖρ ἢ τι δέδοικα παθεῖρ.*

Lis est cum forma magna pudicitie.

Ita *penthemimeris* utraq; coniuncta, ἔν ipsa facit *spondelum*, ut sic pedes quinque dactylici construuntur. Est autem *penthemimeris*, *τομὴ πενθμιμερῆς*, id est *quinaria*, cum syllaba in uerbo superest post pedes duos:

*Arma uirumq; cano.*

*Hephthemimeris*, *τομὴ ἑφθμιμερῆς*, cum fit hoc post tres pedes,

*Mnesthea* *Sergestumq;* uocat.

Sed in alijs uersuum generibus metra duplicatis pedibus procedūt, ut in *Iambico* est hoc *μονόμετρον ἀνακαληκτικόν*, id est, habet duos pedes integros,

*Pessima* mane.

*Optume*, odio es.

*Διμέτρον* hoc,

*Verebar* quorsum euaderet.

*τριμέτρον*: *Obsequium* amicos, ueritas odium parit.

*τετράμετρον* hoc: *Quid* faciā nunc? si tres uiri me in carcerem compegerint.

Atque hæcenus producti *Iambici* uersus exempla adduxisse



xiffe satis fuerit, et si grammatici *πενταμέτρῳ* quoq; formam adijciunt. Illum autem tetrametrū reperisse Boiscum, quendam Cyzicēnū, *ἑωίγραμματα* indicat, tetrametri ἀκταλήκτου, *ἑκκαταληκτινῶς*, quod legitur in commentario Rufini de metris Terent.

*βοίσκος ὡ' πὸ νυξινῶ, πάντος γραφένος ποιήματος,  
τὸν ὄντα πῶν σὺρῶν σίχου φόβῳ τίσυσι δῶρον.*

Boiscus ille Cyzicenus scriptor omnis carminis  
Versus pedum octo repperit, Phæboq; dedicauit.

Verūm ad *ἑκκαταλήκτους* reuertamur. Est igitur *καταληκτικός*, cum deest quo minus uersus compleatur, syllaba una:

Date, mox ego huc reuertar:

Iambicus *ἀμιτρος καταληκτινός*. Sit enim reuertero, nā & hac forma usi uerbo fuerunt, erit iam ἀκταλήκτος.

Si mihi perget quæ uult dicere, ea quæ nō uult audiet.  
Trochaicus Archilochius, id est *τετραμέτρος* seu quadratus *καταληκτινός*. Sit enim, audientur, erit Trochaicus *τετραμέτρος* omnibus numeris absolutus.

Hypercatalecticus uersus est, in quo syllaba una abun-  
dat. huius exemplum de dactylicis adducunt,

Alloquitur Venus. O' qui res hominumq; Deorumq;  
Iactemur doceas, ignari hominumq; locorumq;.

Verūm diligentiores in dactylico genere *ὑπερκαταλήκτινῳ*  
et *βραχυκαταλήκτινῳ*, nominari oportere negant, sed *κατὰ  
λήκτινῳ* eis *συνλλαβῶν*, aut *eis δύο*. Ex Plauto Priscianus *ἀμιτρος*  
Iambicum *ἑκκαταληκτινῶν* esse hunc uoluit, Hospitio publicitus accipiar. de quo nos dubitare, neque hanc distinctionem seruasse, ante indicauius.

*βραχυκαταληκτινός* dicitur, cum toto pede deficitur  
uersus integritas. Vt si *μονόμετρος* sit, Eheu mihi, *βραχυκαταλήκτις*  
erit, Eheu. Priscianus *ἀμιτρος* hūc retulit, Ita peregrē adueniens: de quo supra. Et iam facti sumus, hac neq; obseruari, neq; exquiri potuisse à nobis, & haud scio

an à nullo possint omnium qui nunc uiuunt, in tam tenui scientia Musices antiquæ, et hac deprauatione exemplorum.

Sciendum autem, Comicos Latinos, prologos & primas ferè scenas, pertexuisse Senarijs Iambicis, qui sunt τρεῖς μέτροι ἀνατὰ λυκτοί. Plautus tamen & in Amphitruone & alibi, in primis statim scenis numeros mutauit. A trimetris aut ad longiores peruenerunt, ut τετραμέτρος,

Mirabar hoc si sic abiret, & heri semper lenitas.

Nesfortè imprudens faciam quod nolit, sciens cauebo.

Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos deos? Nec non concidisse reperiuntur uersus, ut subijcerent longis breuiores. Nec non confudisse numeros, ut miserentur trochei & Iambi, de quibus iam satis dictum. Hoc aut silentio prætereundum non est, in Iambico et Trochaico creticum non esse: quamuis de Archilochij Trochaici structura ille præcipiens, Rufinus ut ferunt, hoc scripserit,

Creticon Archilochus supra caput addit Iambi.

Nam cretica ratio, qui est, ut diximus, ἀμφιμακρος, temporum quinque, ab hoc genere est alienior. Itaque quidam inculcantes in Iambicos & Trochaicos uersus hunc pedem, audiendi, mea quidem sententia, non sunt. Et si ut uerum fatear, hoc dixisse illi uidentur, in his uersibus reperi uerba in quibus cretius insit, ut, Edepol, & similia, de quibus postea. Non quod in uersu iam sit creticus, sed quod in illis esset uerbis, si totis syllabis planè proferrentur. Hæc sententia est, ut puto, Scaligeri, uiri cruditi, qui de uersibus Comicis edidit breuem libellum: itaque in eo requisimus nonnulla, quæ minus explicarentur nobis, & uiderentur secundum Platonem, τὸ πατρὸς Αἰσίδαου βῶνδῶς, αὐτὰ ἔτ' ἀμύνασθαι, ἕτε βῶνδῶσσι δυνατὰ αὐτοῖς. Ad numeros uersuum comicorum expediendos assumenda sunt ea quæ Græci πᾶθ' nominant λέξεως, quibus & dilatantur & contrahuntur dictiones. Idque nimirum tum loquentes commu-

niter



miter fecerunt, ut pluribus aut paucioribus syllabis uerba enunciarent, quàm nos descriptura, aut secundum rationem uersuum nobis notam. De qua re nunc etiam breuiter quaedam memorabimus.

Dilatantur uerba dissolutione, seu diuisione syllabarũ, quæ est *διαιρέσις*. Ut iam, *Διοσυμάχως*. Quod & Scaurũ Rufinus ait indicasse, qui diceret in Pseudolo, Nunc iam, esse tres syllabas, & Plautũ diuuisse iam in duas. Tale est indicatum in eadẽ fabula, *Μαλαί, τρεῖς ὑμᾶσθευ*. Sic et quis, qui, quæ, & casus horum diuiserunt:

Qui per uirtutem peritat, non interit.

Legendum, *Qui, Διοσυμάχως*. si est uera scriptura, de quo quæretur illo in loco. Sed exempla in Plauto iam multa indicauimus. Apud Horatium lib. II. Carm.

Ramis quo obliquo laborant.

Est enim uersus Iâbicus dimetur *ἰπὸς πᾶτα ἀλυντίνος*. Huc pertinet calim, pro clam, ut Festus ait. Et in diuersis uerbis hiatus uocalium. Quod tamen nõ fecisse Latinos, nisi poetas quosdã, Cicero in Oratore scripsit, qui ut uersum facerent, sæpe hiauerint. Ennium semel, Scipio inuicte. & se.

Hoc motu radiantis etesie in uada ponti.

Sed sunt & apud Maronem huius diuisionis exempla,

Et longum formose uale, uale, inquit, Iola.

Insule Ionio in magno.

Ter sunt conati imponere Pelio Oßam.

Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.

Apud Horatium, lib. I. Carm.

Oßibus & capiti inhumato.

Apud Lucretium, lib. V.

Pasim per cœli uoluunt se inania templa.

Et libro secundo,

Viua progeniẽ qui in oras luminis edant. Vbi tamen et *διαιρέσις* esse potest dictionis *Qui*. ut & in hoc uersu,

At cora

At contrà quæ amara atq; aspera cuiq; uidentur.

Et apud Horatium rursum lib. III. Carm.

Iam uirum expertæ malè ominatis parcite uerbis.

Et Sermon. lib. I. Satyra 9.

Si me amas, inquit, paulum hic ades.

Item cum retinetur littera m, αὐτὸν δὲ πῶς, tum collisio u-

fitata fieri non potest, ut

Insignita ferè tum militia militum octo.

Vt Horatius, Nil opus est te circumagi. Lucret. lib. III.

Namq; papauerum aura potest suspensa, leuis q;

Et libro I. Corporum in plumbo est.

Et rursus, Plus in se corporum esse.

Et mox, Corporum augebit numerum.

Et paulo post, Corporum atq; loci. Et rursum lib. III.

Sed dum abest quod auemus.

Et libro II. Cæteraq; cum ita sunt. Et hoc, Nam quod flu-

uidum est. Atq; etiam uocalium concursum & contractio-

nem interposita littera d, prohibuerunt. Sicut in redeo, red-

hibeo, redarguo, redoleo, reduncus. & in diuersis dictioni-

bus, mederga, tedhoc noctis. Ita longæ illæ manèt, si natu-

ra longæ sunt. De his exempla quedam Plautina promi-

scuè ponam, pauca illa quidem, sed de quibus similes loci

facile explicari posse uideantur.

Iam hi ambo & seruus & hera frustra sunt duo.

Iam hi am, est iambus, uel soluta dictione iam, uel re-

tenta littera m.

Quot pondo tedesse censēs nudum, non edepol scio.

Ille opere foris faciundo lassus noctu aduenit.

Quantquã inuita te carebo, animũ ego inducam tamẽ.

Te heri me uidisse, qui hac noctu in portum aduecti

sumus.

Blepharonem ut re diuina facta mecum prandeat.

Nimis bella es atq; amabilis, & si hoc esse meũ hodie.

Qui





DE CARMINIBVS

sonitu sterilia. Et, Nunc scio quid sit amor, Sco, κατ' ἐπι-  
 στυλαδοφῶν legendum, ut Diomedii placet. Sodes, si au-  
 des. Sultis, si uultis, κατ' ἐπιθροφῶν. Suam, sam: suum, sum.  
 suis, sis: cum, im. capse, ea ipsa: sapsa, se ipsa.

Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit.  
 Virgines nam sibi quisq; domi Romanus habet sas.

Quo res sapsa loco sese ostentatq; iubetq;

Tuus, tus. tua, ta. sue, se. aut συλλῆς ἐπεσουλλῶσας, si-  
 cut suauis. Est & crebra ἐπιθροφῶν, & postea contractio.  
 ut Amauerunt, decreuerat, commouerit: Amarunt, de-  
 cernerat, commorit. Et apud Lucretium, Irritat uirtutem  
 animi, pro irritauit. Sultis, pro uultis,

Pandite sultis genas & corde relinquite somnum.

Omnino autem quo minus corripere pronuntiatio, nō  
 obstitit ueteribus, u pro consonante: ut, Sine inuidia lau-  
 dem inuenias. Est enim sin inid. τριβῆχος. Audiui, audif.  
 Eliditur & litera m, Multiū ille & terris. Hanc collisionē  
 uocant. Etiā littera b, non obstitit interdum contractioni  
 syllabarum: ut, abi, ἐπεσουλλῶσας prolatum. συνοπῆς est  
 concisio, cum syllaba diminuitur uerbum. Nis, pro nobis.  
 scilicet, pro scias licet, capsis, pro cape si uis. Emem, pro  
 eundem. Certe manus, pro cedite. Actæ non alio rege pue-  
 rtiæ, pro pueritiæ.

Euasti: credo metues, doctusq; cauebis.

Vixet, cui uitam Deus & sua dextra dedisset.

Motus quoq; surpere debet.

Quæ me surpuerat mihi. Extritio aut proprie unius tan-  
 tum literæ est, ut illa ἐπιθροφῶν litteræ m, & literæ u, pro  
 consonante: & caldior, lanne, pro calidior, lamine. ist-  
 hic, priore breui. ab oles, pro ab illis. antiqui enim litte-  
 ran non geminabant, ut inquit Festus. qui & fenstram  
 dixere, quam posteriores τριουλλῶσας fenestram. Senx,  
 uel snex, pro senex. Edepol. Edpol. Virgines, Virgnes.  
 Semine



Semine oriundi. Sed magis uniuersum apud Lucretium,  
Semne & uniuersum. Sic & in euenat, extrita i litera ui-  
detur, ut apud Ennium, referente Nonio,

Senex sum, utinam mortē oppetam priusquā eueniat.

Quod in pauperia mea senex grauius gemam.

Quin etiam initiales syllabas quasi absorbentes minus ex-  
presserunt. Sed ad extritionem reuertamur. Delicuit igitur  
in Latina lingua saepe ac multum in pronuntiatione,  
littera s.

Sammis Spurcus homo uita illa dignus locoq̄.

Formido quid ago, da Venus consilium,

Pandite sultis genas.

Puncto temporis reddant.

Huc referenda illa quæ à Cicerone memorantur, multimo-  
dis, uas argenteis, palmet crinibus, tectis fractis: pro mul-  
tis modis, uasis argent. palmis & cr. tectis fr. Et ille συ-  
νοπαι, secundū quas tali, & ala extitit, de taxillis & axil-  
la. & necum factum, exitium, pro meorum factorum, &  
exitiorum: quæ in quibusdam usitate admodum fuerunt.  
Deum numū aureum, liberum. Quinetiam duorum uiro-  
rum iudiciū, aut trium uirorum capitalium, aut decem ui-  
rorum litibus iudicandis, ait se Cicero, dicere nunquam,  
quomodo ergo? nimirum συνηνυσμωσως, Duum uirū,  
& trium uirum, & decem uirum. Item fiet, sit. E' rep. pro  
ex. pomeridianas quadrigas, pro postmeridianas. His ad-  
dantur ἀπονοσωσι. Viden' Ain' satir' Men' Mibir de qui-  
bus abscissum est ne. Exin, deis, proin, amputato de. fa-  
mul, pro famulus. Lucret.

Ossa dedi terre proinde ac famul infimus esset.

Volup, Animal, Exemplar, de quibus recisum est e. illi,  
pro illic. lam de productione & correptione uocaliū mul-  
ta dici possent. Fuit, fieri: extenta priore syllaba. Inclitus,  
ut ait Cicero, prima breui. Secundum hæc fiunt mirificæ

d a collisio-

collisiones, elisiones, detritiones, & comprehensiones litterarum ac syllabarum, & pronuntiatione uera, quam sepe nos non possumus coniecturis nostris consequi, uersus procedunt: in quibus scriptura non raro, praesertim in dilatando, numeros non seruat. Sed nunc & eorum, de quibus multo minus diximus, quam dici potuisset, & tamen satis fuisse plana indicatio uidetur, Plautina exempla afferamus, & ita tandem hanc quasi commentatiunculam finiamus.

Similem rem ipse in legem iussit esse Iuppiter. Aut corripitur Esse, aut est *νατ' ἐπισωαλοίφην*, Simile, *Διοσύλαβον*.

Vt conquistores fierent histrionibus.

Histrionibus, *νατ' ἀσώιστοισι*. Nisi maluerit aliquis conquestores.

Qui ne quo placeret alter, fecisset minus.

Qui ne quo, spondeus. pronuntiatione mediam syllabam absorbente.

Qui cum Amphitruone abiuit hinc in exercitum.

Et mox,

Nunc hodie Amphitruo ueniet huc ab exercitu.

Hinc in exc. & huc ab exc spondei sunt pari ratione collisionis, in breuitate syllaba quasi euanescente.

In tabernaculo: id quidem hodie nunquam poterit dicere.

Simplicissimum est, ut legatur, tabernaculo.

Quid in tabernaculo fecisti? uictus sum, si dixeris.

Quid in ta, Trocheus. Vel ut annotauimus, Quid in, *νατ' ἀσώιστοισι* anapestus. & taberna, Spondeus.

Ridiculi causa, uel hunc rogato Sotiam.

Nam hanc ueram lectionem puto: uel hunc *μνοσυνδάβως* pronuntiandum.

Quin, si tu uoles, domi serui qui sunt castrabo uiros.

Dimi, *μνοσυνδάβως νατ' ἐπισωαλοίφην*.



Portitorum simillimæ sunt ianua lenoniæ,  
 Aut portitū *λατὰ σὺρρηπλὺν*, aut simillimæ, *λατ' ἐπισωα  
 λοιφλὺν* pronuntiandum.

Da meus ocellus, da mea rosa, da mi anime, da mea uo  
 luptas.

Aut sic, Da mus ocel. Aut sic, da ma rosa, et mea ucluptas.  
 o, breui absorto *διοςυδαβως*, uel ma uoluptas.

Lenonis hæ sunt edes, malè istis eueniat.

Pronuntiandum euenat *λατ' ἐυθλιφ* litteræ i.

Credam pudor si cuiquam lenoni fiet.

Pronuntiandum cuiquam *διοςυδαβως* *νατὰ σωαίρισιφ*  
*εσσωίφισιφ*.

Uoltis ne oliuas aut pulpamentum, aut capparim?

Oliuas *διοςυδαβως*, ut annotauimus: uel potius, Voltine,  
 extrita littera s. Quis autem scit utra potius pronuntiatio  
 auctori arriserit?

Fateor: abi deprome, age tu interea huic somnium.

Abi de, Spondeus: huic som, spondeus, *λατ' ἐπισωαλοιφ  
 φλὺν εσσωίφισιφ*.

Superstitiosus hic quidem est, uera prædicat.

Quidem est ue. Spondeus *νατ' ἐπισωαλοιφλὺν*: hæc colli-  
 sio creberrimè occurrit in comicis uersibus.

Qui periurum conuenire uult hominem, mitto in co-  
 mitium.

Nire uult, spondeus, elisa u, pro consonante.

Quo is homo insinuauit factò se ad te? per Dionysia.

Quo is ho, *τριβραχως* *νατὰ διαίρισιφ* syllaba quo.

Nam cum pater eius subægit: nunc mea mater irata  
 est mihi.

Nam cum pater, dactylus est, eius sub: aut dactylus lique-  
 scente, S. aut Trocheus, *νατ' ἐπισωαλοιφφρ*, ut eius, una  
 sit syllaba.

Huius quæ locuta est querere aiebas, filiam. Huius,

d 3 *νατ'*

λατ' ἐπισημαζομένη, una syllaba: sicut, aiebas, due.

Ego ad anum recurro rursum. Lampadio obsecro.  
Aut est, ego ad anum, anapestus pronuntiatione, e initia  
le colliquante: aut etiam prioris hoc cum uersus ultimæ di  
ctiōnis finali syllaba, ut sæpe fit, collidente.

Vide. et fortasse in his alicui nimis diu immorari, et  
non necessariam, uel etiam inutile operam consumere. Ve  
runtamen ego de re neq; prorsus negligenda et digna libe  
ralibus studijs, et à plerisq; tractata negligentius, dicen  
dum hoc loco aliquid putau: quod quidem eiusmodi esse  
cōfido, ut qui fortè uoluerint in his uersari accuratius, me  
diocrem occasione exercendi studiū suum habituri esse ui  
deantur. Etsi autem hæc sunt præcipua, per quæ poterūt  
numeri uersuum comicorum expediri et quasi exolui, ta  
men et alia quædam ad hanc curam assumenda sunt, et in  
primis syllabarum productio, quæ ἐντασις, ac correptio,  
quæ σφραγή nominatur. Fit autem ἐντασις, uocali interdū  
producto natura breui: ut fuit, et fieri, quod supra retuli  
mus. Interdum geminata consonante, ut relligio, reddu  
co, repperit. σφραγή autē, syllaba correpta: ut omitto, et  
reicio, et σφραγίσσει reicto, ut,

Tityre pascentes à flumine reice capellas.

Ita putatur ἐντασις, Vitam dederitis in undis. et,  
Trāseritis aquas. Etsi quibusdam natura flexionis postu  
lare uidetur, ut in huiusmodi uerbis, ri, syllaba produca  
tur, et illa corripitur λατὰ σφραγή. Hæc et superius  
indicatorū παύση, de Homero etiam nunc quædam indi  
cābimus, 12. σ.

ὕψι ἐμὴ λυτὰ τὸ γυμνάσιον παρὰ τὸν ποταμὸν.

Est enim δέμοναι, quasi δέμοναι, sicut abietibus, et ariete,  
et parietibus. et hoc Ennianum,

Capitibus nutantes pinus, reftasq; cupressos.

In quibus tamen σφραγίς sunt, pronuntiato i, pro conso  
nante, sicut hoc uersu. οδ. γ.

μόλι



πόλλ' ἐπιμήρι ἐβίμων. Est enim *μηρι ἐβι*, dactylus.  
 οὐδ' αὐτὲ με φίλι ἀβήνν: uel ut alibi, φίλαι ἀβήνν. Ἐ  
 ἔξχα γὰρ μηρι ἐφίλατο παλλὰς ἀβήνν, pronunciantium e-  
 nim quasi gemino λλ, ut φι longum fiat. Sicut λλ. β.

ἰλιον ἐκπρόσαρτ' οὐτέχιον ἀπονέειδαι.

Quasi ἀππ. Tale ἔ' illud ἀγεις, quasi ἀγεις esse uidetur.  
 Itά ἔ' φιλομείδης ἀφροδίτη, habet λσ syllabam produ-  
 ctam. Et hic uersus similiter pronunciationis productio-  
 ne sustentatur, λ. γ.

αἰδοῖος τέ μοι ἰσσι φίλι ἐκυγέ δεινός τε.

Nam ἔ' aspiratio breuis uocalis pronunciationem remo-  
 ratur, ἔ' ρεδαι, est quasi ρεδαι. sicut ἐδαισε δ' ἔδην.  
 Rursum λλ. ε.

λαὶ νύ κεν ἔτι πέλονας λυνίωρ ἰτάνε διος ὀδυασσός.

Esti poterat facere λαὶ νύν' ἔτι πλίονας, tamen illud ma-  
 luit, nimirum pronunciatione uersum expediente, quatu-  
 or breuib. syllabis unam longam ἔ' duas breues sonanti-  
 bus, sicut οδ. ζ.

λαὶ τότε φαιήνωρ ἐς πόλιρ ἰμον ἡδ' ἐρέειδαι.

Est enim πόλιρ ἰμον, dactylus non syllabis, sed ueteri pro-  
 nunciatione, quā nos exprimere lingua alicna non possu-  
 mus. Hoc loco in mentē mihi uenit uersus, quē Scaliger ad-  
 duxit ex Euripidis Oreste, in quo esset ἐπιστωκαλοφῆ,

αὐτρηγός, οἵπερ λαὶ μόνοι σῶσσι πόλιρ.

Sed nos ἔ' in editis ab Aldo exemplis ἔ' in explicatione  
 reperimus σῶσσι γῆρ. Hoc igitur relinquamus. λλ. υ.

μόρσιμον δέ οἱ ἔσ' ἀλέαδαι.

Vbi manifesta est συνηοπή, ἔ' illud μόρσιμον quasi μόρσι-  
 μον, Sicut ἔ' in hoc, λλ. ω,

ἰκτός μόν δὲ λῆξορ γέρορ φίλιε.

Est enim plane, γρορ φίλιε. Quemadmodū ἔ' οδ. η. μὲδ  
 ἔτω φίλορ δὲ παρῖ γένοιτο. ubi φίλορ est quasi φλορ. Idem  
 in hoc λλ. β. βωμῶδ' ὑπαίξας, σιωνάξισις est.

ιλ. autem ω. in hoc,

χωόμενος ὄτινι δὴ πω ἀδελφεὸν ἐπταμερὲς ἔπτωσ.  
σωίσεις. In hoc uerò, ιλ. θ.

ἵως μὲν κρηόπιπλος ἐνίδνατο πᾶσαρ ἐπ' αἶαρ.

Et hoc, ιλ. β.

πολυτάφυλτ' ἰσι αἶαρ.

Et hoc ιλ. γ.

ὄστ' ὠλεχρέωρ ἐπέδρασε γερυράς.

Et paulo anti,

ὄσ βακαμάδρας,

ἀρετῆς ἐτέτυκτο.

Et hoc ιλ. δ.

σὸρ δὴ τοι κλέος ἐστὶ ὄσορ ἐπιίδναται ἵως.

Et hoc οδ. ε.

κλῦθι ἀναξόσις ἐοσί.

Et hoc οδ. λ.

ἰαίρ' ἐσχεν δύο πᾶιδας, ἀμφιονά τε ζῆθόρ τε.

πᾶιδας ἀμφ. spondeus liquefcente littera σ, ut in superioribus uersibus omnibus cur sui hæc numerorum obstaret, nisi remoueretur pronuntiatione.

Nam si uersibus aliquis alienos pedes, qui sunt proceleusmaticus, & creticus seu ἀμφιμακρος, aut nescio quos alios inserit, cum constet heroici carminis proprios pedes esse, Dactylum ac spondeū. Iambici, Iambum, Spondeū et spondeo æquales. Trochaici, trocheum & spondeum & huic æquales, & alios alius generis. Illum igitur qui admiscet alienos, non audiendum putamus, corruptentem carminis modos, & numerorum rationem dissoluentem. Sed pronuntiatione hæc omnia quondam nullo cum negotio & sine omni insuauitate explicuit. Quare non assentior, neque Plutarcho, qui Homerū studiosum bonæ narrationis, compositionem neglexisse scribit, & primum statim uersum ἀμετρου extulisse,



ἐπιπρᾶξι θεῶν πολλὰ θεῶ ἀχιλῆος.

Non enim ille ita extulit ut Plutarchus, multo minus ut nos, secundum perscriptas litteras. Neq; Scaligero insufficienti ceticos in Iambicos modos. Qui Erasmi sententiam de syncopa in nomine Voluptas cum exagitat, mentione Teutonici soni, facit ut mihi uideatur, inclementer. Nam neque nostrae neq; ipsius gentis lingua exprimere elegantiam antiquitatis, et praestare pronuntiationis sinceritatem, neq; sine studio et cura singulari maxima in pronuntiatione uitia uitare possit. Neq; ipse animaduertit, dum reprehendit Erasmus quasi Teutonum crasso aere natum, sonantem aliquid plenius, se reprehensionem ipsum exponere, quasi minus cogitatae congruitatis in uerbis. quis enim, mea uolup. dixit? cum uolup, unde uolup, decurtatum, neutri formam habeat et sepe aduerbij significationem: ut, Volupe est, quod agas, si id procedit lepide ex sententia. Etsi ad hoc delabitur ut uoluptas, anapestica uelit esse dictio nem: id quidem melius, sed illa συνηνοια pronuntiationis rectius expediunt numeros, mea quidem sententia, et antiquitate teste, cuius unum etiam nunc exemplum adduce re uisum, Hesiodi, ἄστυρ χεῖμα ναυῶν, θέρει δὲ γυαλίον, δὲ λείπονται ἰδὲ λή, est enim θέρει et λη. Sed de hac re, cum tantum iam uerborum fecerim, plus quidem quam initio institueram me facturum esse, nunc desinam, et haec nostra iudicio aliorum submitto: et quod restat, observationem et curam harum rerum diligentium studio committo. Quantulamcumq; autem operam hanc industriae meae cupio omnes boni consulere, quod bonos et bonarum artium cupidos scio esse facturos. ij enim neq; ullam in literis exquisitorem nimis paruum et futilem ducunt, neq; hos conatus indicationis nostrae poterunt despicere: νεπὶ ἧ τῶν ἄλλων, οὐ φρον-  
τις ἰσσηνολιείδου.

15  
M. A. C. C. I. I.

PLAVTI COMICI AM-

phitruo.

ARGVMENTVM.

**I**N faciem uersus Amphitruonis Iuppiter,  
Dum bellum gereret cum Telebois hostibus,  
Alcmenam uxorem coepit usurariam.  
Mercurius formam Sosiae serui gerit  
Absentis: his Alcmena decipitur dolis.  
Postquam rediere ueri Amphitruo & Sosia,  
Vterq; deluntur dolis mirum in modum.  
Hinc iurgium, tumultus, uxori & uiro.  
Donec cum tonitru uoce missa ex aethere,  
Adulterum se Iuppiter confessus est.

A L I V D.

Amore captus Alcmenas Iuppiter,  
Mutauit sese in eius formam coniugis,  
Pro patria Amphitruo dum cernit cum hostibus.  
Habitum Mercurius ei subseruit Sosiae.  
Is aduentantis seruum & dominum frustra habet.  
Turbas uxori ciet Amphitruo: atq; inuicem  
Raptant pro moechis. Blepharo captus arbiter,  
Vter sit, non quit Amphitruo decernere.  
Omnem rem noscunt: geminos Alcmena enititur.

P R O L O G V S.

M E R C V R I V S.

**V**T uos in uostris uoltis mercimonijs  
Emundis, uendundisq; me letum lucris  
Afficere, atq; adiuuare in rebus omnibus:  
Et ut res, rationesq; uestrorum omnium  
Bene expedire uultis, peregreq; & domi,

Bonog



Bonoq; atq; amplo aucltare perpetuo lucro:  
 Quasq; inceperitis res, quasq; inceptabitis,  
 Et uti bonis uos, uestrosq; omnis nuntijs  
 Me afficere uultis: ea afferam, eaq; ut nuntiem,  
 Que maximè in rem uostram communem sient.  
 Nam uos quidem id iam scitis concessum & datum  
 Mihi esse ab dijs alijs, nuntijs præsim & lucro.  
 Hec ut me uultis approbare, annitier  
 Lucrum ut perenne uobis semper suppetat:  
 Ita huic facietis fabule silentium,  
 Itaq; æqui & iusti hic eritis omnes arbitri.  
 Nunc cuius iussu uenio, & quamobrem uenerim  
 Dicam: simulq; ipse eloquar nomen meum.  
 Iouis iussu uenio, nomen Mercurij est mihi.  
 Pater huc me misit ad uos oratum meus,  
 Tametsi pro imperio uobis quod dictum foret,  
 Scibat facturos, quippe qui intellexerat  
 Vereri uos se & metuere, ita ut æquum est Iouem:  
 Verum profectò hoc petere me precario  
 A uobis iussit leniter dictis bonis.  
 Etenim ille, cuius huc iussu uenio, Iuppiter,  
 Non minus quàm uostrum quiuis formidat malum,  
 Humana matre natus, humano patre,  
 Mirari non est æquum, sibi si prætimet.  
 Atq; ego quoq; etiam, qui Iouis sum filius,  
 Contagione meæ matris metuo malum,  
 Propterea pace aduenio, & pacem ad uos affero.  
 Iustam rem & facilem esse oratam à uobis uolo.  
 Nam iuste ab iustis iustus sum orator datus.  
 Nam iniusta à iustis impetrare non decet:  
 Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est:  
 Quippe illi iniqui ius ignorant, neq; tenent.  
 Nunc iam huc animum omnes ea que loquar aduertite.

Debetis

Debetis uelle quæ uelimus. meruimus  
 Et ego, & pater de uobis & republica.  
 Nam quid ego memorem, ut alios in tragædijs  
 Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriã,  
 Martem, Bellonã, commemorare quæ bonã  
 Vobis fecissent, quis benefactis meus pater  
 Deum regnator, architectus omnibus.  
 Sed mos illi nunquam fuit patri meo,  
 Ut exprobraret quod bonis faceret boni.  
 Gratium arbitratur esse id à uobis sibi,  
 Meritoq; uobis bonã se facere quæ facit.  
 Nunc quam rem oratum huc ueni, primum proloquar:  
 Post argumentum huius eloquar Tragædiæ.  
 Quid contraxistis frontem? quia Tragædiam  
 Dixi futuram hanc: deus sum: commutauero  
 Eandem hanc, si uultis: faciam ex Tragædiã,  
 Comædiã ut sit omnibus iisdem uersibus.  
 Virum sit, an non uultis? sed ego stultior,  
 Quasi nesciam uos uelle, qui Diuus siem.  
 Teneo quid animi uostri super hac re fiet.  
 Faciam ut Comista sit Tragicocomædiã.  
 Nam me perpetuo facere ut sit Comædiã,  
 Reges quo ueniant & dii, non par arbitror.  
 Quid igitur? quoniam hic seruos quoq; partes habet,  
 Faciam hanc proinde, ut dixi, Tragicocomædiã.  
 Nunc hoc me orare à uobis iussit Iuppiter,  
 Ut conquisitores singuli in subsellia  
 Eant, per totam caueam: spectatoribus,  
 Si cui fautores delegatos uiderint,  
 Ut his in cauea pignus capiantur togæ.  
 Siue etiam qui ambissent palmam histrionibus,  
 Seu quouiam artifici, seu per scriptas litteras,  
 Siue qui ipsi ambissent, seu per internuntium,



AMPHITRVO.

61

Sine adeo ædiles perfidiose cui dunt,  
 Similem rem ipse in legem iussit esse Iuppiter,  
 Quasi magistratum sibi alteri ue ambiuerit.  
 Virtute, dixit, uos uictores uiuere,  
 Non ambitione, neq; perfidia: qui minus  
 Eadem histrioni sit lex, quæ summo uiro  
 Virtute ambire oportet, non fauitoribus.  
 Sat habet fauitorum semper, qui recte facit.  
 Si illus fides est, quibus est ea res in manu.  
 Hoc quoq; etiã mihi in mandatis dedit,  
 Ut conquisitores fierent histrionibus,  
 Qui sibi mandaissent, delegati ut plauderent,  
 Qui ue quo placerent, alter fecisset minus,  
 Eius ornamenta & corium uti conciderent.  
 Mirari nolim uos, quapropter Iuppiter  
 Nunc histriones curet, ne miremini.  
 Ipse hanc acturust Iuppiter comœdiam.  
 Quid admirati estis: quasi uerò nouum  
 Nunc proferatur Iouem facere Histrioniam.  
 Etiam histriones anno cum in prosœnio hic  
 Iouem inuocarunt, uenit: auxilio eis fuit.  
 Præterea certò pròdit in Tragœdia.  
 Hanc fabulam inquam hic Iuppiter hodie ipse aget:  
 Et ego unã cum illo, nunc uos animum aduortite,  
 Dum huius argumentum eloquar Comœdiæ.  
 Hæc urbs, est Thebæ: in illis habitat ædibus  
 Amphitruo, natus Argis ex Argo patre,  
 Quicum Alcumena est nupta Electri filia.  
 Is nunc Amphitruo præfectust legionibus.  
 Nam cum Telebois bellum est Thebano populo.  
 Is priusquam hinc abiit, ipsemet in exercitum  
 Graudam Alcumenam uxorem fecit suam.  
 Nam ego uos nouisse credo iam ut sit pater meus:

Quam

Quam liber harum rerum multarum fiet:  
 Quantusq; amator fiet, quod complacitum est semel.  
 Is amare occcepit Alcumenam clam uirum,  
 Vsuramq; eius corporis cepit sibi,  
 Et grauidam fecit is eam compressu suo.  
 Nunc, de Alcumena ut rem teneatis rectius,  
 Vtrinq; est grauida, & ex uiro, & ex summo Ioue.  
 Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat,  
 Et hæc ob eam rem nox est facta longior,  
 Dum ille qua cum uult uoluptatem capit.  
 Sed ita assimilauit se quasi Amphitruo fiet.  
 Nunc ne hunc ornatum uos meum admiremini,  
 Quod ego huc processi sic cæui seruili schema.  
 Veterem atq; antiquam rem nouam ad uos proferam;  
 Propterea ornatus in nouum incesi modum.  
 Nam meus pater intus nunc est, eccum, Iuppiter  
 In Amphitruonis uertit sese imaginem.  
 Omnesq; eum esse censent serui, qui uident.  
 Ita uersipellem se facit quando lubet.  
 Ego serui sumsi Sostæ mihi imaginem,  
 Qui cum Amphitruone abiuit hinc in exercitum:  
 Ut præseruire amanti meo possem patri.  
 Atq; ut ne qui essem, familiares quærerent,  
 Versari crebrò hic quum uiderent me domi.  
 Nunc quum esse credent seruuum, & conseruum suum,  
 Haud quisquam quæret qui siem: aut quid uenerim.  
 Pater nunc intus suo animo morem gerit,  
 Cubat complexus, cuius cupiens maxime est.  
 Quæ illi ad legionem facta sunt, memorat pater  
 Meus Alcumenæ. at illa illum censet uirum  
 Suum esse, quæ cum mæcho est. ibi nunc meus pater  
 Memorat legiones hostium ut fugauerit:  
 Quo pacto sit donis donatus plurimis.



AMPHITRVO.

Ea dona, que illic Amphitruoni sunt data,  
 Abstulimus: facile meus pater quod uult facit.  
 Nunc hodie Amphitruo ueniet huc ab exercitu:  
 Et Sofia seruos, cuius ego hanc fero imaginem.  
 Nunc internoſe ut uos poſitis facilius,  
 Ego has habebō hic uſq; in petaso pinnulas.  
 Tum meo patri autem torulus inerit aureus  
 Sub petaso: id ſignum Amphitruoni non erit.  
 Ea ſigna nemo horruncc familiarium  
 Videre poterit: uerum uos uidebitis.  
 Sed Amphitruonis illic eſt ſeruus Sofia,  
 A' portu illic nunc cum laterna huc aduenit.  
 Abigam iam ego illunc aduenientem ab ædibus.  
 Adeſt: ferit, operæ precium hic ſpectantibus  
 Iouem atque Mercurium facere hiſtrioniam.

ACTUS PRIMUS.

SOSIA, MERCURIUS.



Vi me alter eſt audacior homo? aut SO.  
 qui me confidentior?  
 Iuuentutis mores qui ſciam: qui hoc  
 noctis ſolus ambulent?  
 Quid faciam nunc, ſi tres uiri me  
 in carcerem compegerint?  
 Inde quaſi è promptuaria cella depromar ad ſagrū.  
 Nec cauſſam liceat dicere mihi: neq; in hero quic-  
 quam auxiliij fiet.  
 Nec quiſquam ſit, quin me omnes eſſe dignum de-  
 putent, ita  
 Quaſi incudē me miſerum homines octo ualidi cæ-  
 dan, ita  
 Peregrē adueniens hoſpitiū publicitus accipiar.  
 Hec heri inmodēſtia coegit me, qui hoc

Noctis

Noctis à portu ingratas excitauit.

Non ne idem hoc luci me mittere potuit?

Opulento homini hoc magis seruitus dura est,

Hoc magis miser est diuitis seruos.

Noctesq; diesq; assiduò satis superq; est

Quo factò, aut dicto adest opus. quietus ne sis.

Ipse dominus diues operis, & laboris expers,

Quodcumq; homini accidit, libere posse retur,

Aequum esse putat, non reputat laboris quid sit,

Nec equum, an ne iniquum imperet, cogitabit.

Ergo in seruitute expetunt multa iniqua:

Habendum & ferendum hoc onus est cum labore.

ME. Satius est me queri illo modo seruitutem hodie,

Qui fuerim liber, eum nunc potuit pater

Seruitutis. hic qui uerna natus est, quiritur.

Sum uerò uerna uerbo. SO. nunc uerò mihi in mentem fuit,

Dis aduenientem gratias pro meritis agere atque alloqui.

Ne illi edepol, si merito meo referre studeant gratias,

Aliquem hominem allegent, qui mi aduenienti os occillet probe:

Quoniam bene quæ in me fecerunt, ingrata ea habui, atq; irrita.

ME. Facit ille, quod uulgo haud solent, ut quid se sit dignum sciat.

SO. Quod nunquam opinatus fui: neq; alius quisquam ciuium

Sibi euenturum id cõtigat, ut salui potiremur hostium

Victores: uictis hostibus legiones reueniunt domum.

Duello extincto maximo, atque internecatis hostib.

Qui multa Thebano populo acerba obiecerunt funera.



Id ui & uirtute militum uictum atq; expugnatum  
oppidum

Est, imperio atq; auspicio heri mei Amphitruonis  
maximè,

Præda atq; agro adoreaq; affecit populares suos,  
Regiq; Thebano Creoni regnum stabiliuit suum.

Me à portu præmisit domum, ut hæc nunciem uxo  
ri suæ:

Vt geserit rempublicam ductu, imperio, auspicio  
suo:

Ea nunc meditabor, quo modo illi dicam, quum illò  
aduenero.

Si dixerò mendacium, solens meo more fecero.

Nam cum illi pugnabant maximè, ego tum fugie-  
bam maximè.

Veruntamen quasi affuerim simulabo, atque audi-  
ta eloquar.

Sed quo modo, & uerbis quibus me deceat fabula  
rici,

Præus ipse mecum etiam uolo hic meditari. sic hoc  
proloquar.

Principiò ut illò aduenimus, ubi primùm terram te  
tigimus,

Continuò Amphitruo delegit uiros primorum prin-  
cipes.

Eos legat Telebois, iubet sententiam ut dicant suã.

Si sine ui & sine bello uelint rapta & raptores tra-  
dere,

Si quæ affortassent, redderent, se exercitum extem-  
plò domum

Reducturum, abituros Argos Argiuos, pacem at-  
que ocium

Dare illis: sin aliter sient animati, neque dent quæ  
petat,

e Sese

Sese igitur summa ui, uirisq; eorum oppidum expugnassere.

Hæc ubi Telebois ordine iterarunt quos præfecerat

Amphitruo, magnanimi uiri freti uirtute & uirib.  
Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant.  
Respondent, bello se & suos tutari posse: proinde uti

Properè de finibus suis exercitus deducerent.  
Hæc ubi legati pertulere, Amphitruo castris illicò  
Producit omnem exercitum. cōtrà Teleboæ ex oppido

Legiones educūt suas nimis pulcris armis præditas.

Postquam utring; exitum est maxima copia,

Dispartiti uiri, dispartiti ordines,

Nos nostras more nostro & modo instruximus

Legiones: item hostes contrà suas instruunt.

Deinde utriq; imperatores in medium exeunt.

Extra turbam ordinum colloquuntur simul.

Conuenit, uicti utri sint eo prælio,

Urbem, agrum, aras, focos, seq; dederent.

Postquã id actum est, tubæ utring; canunt: contrà

Consonat terra: clamorem utring; efferunt.

Imperator utring; hinc & illinc Ioui

Vota suscipere, hortari exercitum:

Pro se quisq;, id quod quisq; potest & ualet,

Edit: ferro ferit: tela frangunt: boat

Coelum fremitu uirum: ex spiritu & anhelitu  
Nebula constat: cadunt uulneris ui & uirium.

Deniq; ut uoluimus, nostra superat manus,

Hostes crebri cadunt: nostri contrà ingruunt.

Vicimus ui feroces.

Sed fugam in se tamen nemo conuertitur:



Nec recedit loco, quin statim rem gerat.  
 Animum amittunt, priusquam loco demigrent:  
 Quisq; uti steterat, iacet, obtinetq; ordinem.  
 Hoc ubi Amphitruo herus conspicatus est meus,  
 Illico equites iubet dextra inducere.  
 Equites parent citi: ab dextera maximo  
 Cum clamore inuolant, impetuq; alacri  
 Fedant, & proterunt hostium copias  
 iure iniustas.

ME. Nunquam etiam quicquam adhuc uerborū est pro-  
 locutus perperam.

Namque ego fui illic in re presenti, & meus, quum  
 pugnatum est, pater.

SO. Perduelles penetrant se in fugam, ibi nostris ani-  
 mus est additus.

Vortentibus Telebois telis complebantur corpora.  
 Ipsusq; Amphitruo regem Pterclam sua obrunca-  
 uit manu.

Hec illi est pugnata pugna usque à mane ad uespe-  
 rum,

Hoc adeo hoc commemini magis, quia illo die in-  
 pransus fui.

Sed praelium id tandem diremit nox interuentu  
 suo.

Postridie in castra ex urbe ad nos ueniunt flentes  
 principes:

Velatis manibus orāt, ignoscamus peccatum suum.  
 Deduntq; se diuina humanaq; omnia, urbem & li-  
 beros,

In ditionem atque in arbitratum, cuncti Thebano  
 poplo.

Post ob uirtutem hero Amphitruoni patera dona-  
 ta aurea est,

Qui Pterela potitare rex solitus est. hæc sic dicam  
heræ.

Nunc pergam heri imperiam exequi, & me domū  
capeffere.

ME. Attat illic huc iturus est: ibo ego illi obuiam.

Neq; ego hunc hominem hodie ad ædis has sinam  
unquam accedere,

Quando imago est huius in me, certum est homi-  
nem eludere.

Et enim uero quoniam formam cepi huius in me &  
statum,

Decet et facta moresq; huius habere me similes itē.

Itaq; me malū esse oportet, callidū, astutū admodū,  
Atq; hunc telo suo sibi malitia à foribus pellere.

Sed quid illuc est? cælum aspectat: obseruabo quam  
rem agat.

SO. Certè edepol scio, si aliud quicquam est quod cre-  
dam, aut certò sciam,

Credo ego hac noctu Nocturnum obdormiuisse e-  
brium.

Nam neq; se septentriones quóquam in cælo com-  
mouent,

Neq; se luna quóquã mutat, atq; uti exorta est semel.

Nec iugula, neq; uestperrugo, neq; uirgilia occidūt.

Ita statim stant signa, neq; nox quoquã cōcedit die.

ME. Perge nox ut occœpisti. gere patri morem meo,

Optumè optumo optumam operam das: datam pul-  
crè locas.

SO. Neq; ego hac nocte longiorem me uidisse censeo.

Nisi item unã, uerberatus quam pepēdi perpetem.

Eã quoq; edepol etiã multo hæc uicit longitudine.

Credo edepol equidem dormire solem, atq; appo-  
tum probè.



Mira sunt, nisi inuitauit sese in cœna plusculum.

ME. Ain uerò uerbero? deos esse tui similis putas? (ser,  
Ego pol te istis tuis pro dictis et male factis, furci-  
Accipiam, modo sis ueni huc. inuenies infortunium.

SO. Vbi sunt isti scortatores, qui soli inuiti cubant?  
Hæc nox scita est exercendo scorto conducto malè.

ME. Meus pater nunc, pro huius uerbis rectè & sapien-  
ter facit,

Qui complexus cū Alcumena cubat amans, animo  
obsequens.

SO. Ibo, ut herus quod imperauit, Alcumenæ nunciem.  
Sed quis est hic homo, quem ante ædis uideo? hoc  
noctis non placet.

ME. Nullus est hoc meticulosus æquè. SO. quum in men-  
tem uenit,

Illic hoc homo denuò uolt pallium detexere.

ME. Timet homo: deludam ego illum. SO. perij, dentes  
pruriunt.

Certè aduenientem me hîc hospitio pugne acceptu-  
rus est.

Credo misericors est, nunc propterea quòd me me-  
us herus

Fecit ut uigilarem, hic pugnis faciet hodie ut dor-  
miam.

Oppidò interij. obsecro herclè quantus & quàm  
ualidus est?

ME. Clarè aduersum fabulabor, hic auscultet que lo-  
quar.

Igitur magis modum in maiorem in sese concipiet  
metum.

Agite pugni, iam diu est quod uentri uicium nõ datis.

Iam pridem uidetur factum heri quòd homines qua-  
tuor

In soporem collocastis nudos. S O. formido malè,  
Ne ego hic nomen mecum commutem, & Quintus  
fiam è Sofia.

Quatuor uiros sopori se dedisse hic autumat,  
Metuo ne numerum augeam illum. M E. hem, nūc  
iam ergo sic uolo.

S O. Cingitur, certè expedit se. M E. non feret quin ua-  
pulet.

S O. Quis homo? M E. quisquis homo huc profectò ue-  
nerit, pugnos edet.

S O. Apage, nō placet me hoc noctis esse, coenauī modò.  
Prom tu istam coenam largire, si sapias, esuriētibus.

M E. Haud malum huic est pondus pugno. S O. perij, pu-  
gnos ponderat.

M E. Quid si ego illum tractim tangam ut dormiat? S O.  
seruaueris.

Nam continuas has tris noctes peruigilaui. M E.  
pessimū est

Facinus. nequiter ferire malam malè discit manus.

Alia forma oportet esse quem tu pugno legeris.

S O. Illic homo me interpolabit, meūq; os finget denuō.

M E. Exossatum os esse oportet, quem probè percusseris.

S O. Mirū nisi hic me quasi murænam exossare cogitat.  
Vltrò istic qui exossat homines, perij, si me aspexe-  
rit.

M E. Olet homo quidam malo suo. S O. hei, num' nam ego  
obolui?

M E. Atq; haud longè abesse oportet. S O. uerū longè  
hinc absuit,

Illic homo superstitio sust. M E. gestiunt pugni mi-  
hi.

S O. Si in me exerciturus, quaeso in parietem ut primū  
domes.



- ME. Vox mihi ad aures aduolauit. SO. ne ego homo infelix fui,  
 Qui non alas interuelli: uolucrum uocem gestito.
- ME. Illic homo à me sibi malā rem arcepsit iumēto suo.
- SO. Non equidem ullum habeo iumentum. ME. oneratus est pugnis probè.
- SO. Lassus sum herclè è nauī ut uectus huc sum. etiam nunc nauseo.  
 Vix incedo inanis, ne ire posse cū onere existimes.
- ME. Certè enim hic nescio quis loquitur. SO. saluus sum, non me uidet.  
 Nescio quem loqui autumat: mihi certò nomen Sosia est.
- ME. Hinc enim mihi dextera uox auris, ut uidetur, uerberat.
- SO. Metuo uocis, ne uice hodie hic uapulem, quæ hunc uerberat.
- ME. Optume eccū incedit ad me. SO. timeo: totus torpeo. Non edepol nunc ubi terrarū sim scio, si quis roget: Neq; miser me commouere possum præformidine. Illicet mandata heri perierunt unā & Sosia.  
 Verū certom est confidenter hominem cōtr à colloqui,  
 Qui possim uideri huic fortis, à me ut abstineat manum.
- ME. Quò ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?
- SO. Quid id exgris tu, q; pugnis os exoffas hominibus?
- ME. Seruus es ne, an liber? SO. utcunq; animo collibitum est meo.
- ME. Ain uerò? SO. Aio enim uero. ME. uerl' ero. SO. mentiris nunc iam.
- ME. At iam faciā ut uerum dicas dicere. SC. quid est opus? Possum

ME. Possum scire quò profectus, cuius sis, aut quid ueneris?

SO. Huc eo heri mei sum seruus, nūquid nunc es certior?

ME. Ego tibi istam hodie scelestam cōprimam linguam,  
SO. haud potes.

Bene pudiceq; asseruatur. ME. pergin, argut arier?

Quid apud hasce ædis negocij est tibi? SO. immò  
quid tibi est?

ME. Rex Creo uigiles nocturnos singulos semper locat.

SO. Bene facit, quia nos eramus peregrè, tutatu st domum.

At nunc abi sanè, aduenisse familiares dicitō.

ME. Nescio quàm tu familiaris sis: nisi actutū hinc abis,  
Familiaris accipiere saxo haud familiariter.

SO. Hic inquam habito ego, atque horum sum seruus.

ME. at scir quomodo

Faciam ego hodie te superbū, ni hinc abis? SO. quo  
nam modo?

ME. Auferere, non abibis, si ego sustem sumsero.

SO. Quin med huius esse familie familiarem prædico.

ME. Vide sis, quàm mox uapulare uis, nisi actutum hinc  
abis.

SO. Tur' domo prohibere peregrè me aduenientem po  
stulas?

ME. Heccine tua domust? SO. ita inquam. ME. quis  
herus est igitur tibi?

SO. Amphitruo, qui nunc præfectu st Thebanis legio-  
nibus,

Quicum nupta est Alcumona. ME. quid ais? quod  
nomen tibi est?

SO. Sostiam uocant Thebani, Dauo prognatum patre.

ME. Ne tu istic hodie malo tuo compositis mendacijs,  
Aduenisti, audacie columen consutis dolis.

Immò



- S O .** Immò equidem tunicis confutis huc aduenis , non dolis.
- M E .** At mentiris etiam . certò pedibus , non tunicis uenis .
- S O .** Ita profectò . **M E .** nunc profectò uapula ob mendacium .
- S O .** Non edepol uolo profectò . **M E .** at pol profectò ingratijs .  
Hoc quidè profectò certū est , non est arbitrarium .
- S O .** Tuam fidem obsecro . **M E .** tun' te audes Sofiam esse , dicere ,  
Qui ego sum ? **S O .** perij . **M E .** parum etiam præ ut futurum est prædicas .  
Quis nunc es ? **S O .** tuus , nam pugnis usu fecisti tuum ,  
Prò fidi Thebani ciues . **M E .** etiã clamas carnifex ?  
Eloquere , quid uenisti ? **S O .** ut esset quem tu pugnis cederes .
- M E .** Cuius es ? **S O .** Amphitruonis inquam Sofia . **M E .** ergo istoc magis ,  
Quia uaniloquus , uapulabis : ego sum , non tu , Sofia .
- S O .** Ita dij faciant ut tu potius sis , atque ego te ut uerberem .
- M E .** Etiam mutis ? **S O .** iam tacebo . **M E .** quis tibi herust ?  
**S O .** quem tu uoles .
- M E .** Quid igitur ? qui nunc uocare ? **S O .** nemo , nisi quem iusseris .
- M E .** Amphitruonis te esse aiebas Sofiam ? **S O .** peccaucram .  
Nam Amphitruonis sociennū me esse uolui dicere .
- M E .** Sciebam equidem nullum esse nobis , nisi me , seruum Sofiam .  
Fugit te ratio . **S O .** utinam istuc pugni fecissent tui .
- M E .** Ego sum Sofia ille , quem tu dudū esse aiebas mihi .

SO. Obsecro ut per pacem liceat te alloqui, ut ne ualeam.

ME. Immo inducie parumper fiant, si quid uis loqui.

SO. Nō loquar nisi pace facta, quādo pugnis plus uales.

ME. Dicitō quid uis, non nocebo. SO. tuæ fidei credo?

ME. meæ.

SO. Quid si fallēs? ME. tum Mercurius Sostiæ iratus fiet.

SO. Animum aduerte: nunc licet mihi liberè quiduis loqui.

Amphitruonis ego sum seruus Sostiæ. ME. etiam de nō?

SO. Pacem feci, foedus feci, uera dico. ME. uapula.

SO. Ut libet, quid tibi libet fac: quoniam pugnis plus uales.

Verum ut ut es factururus, hoc quidem herclè haud reticebo tamen.

ME. Tu me uiuus hodie nunquam facies, quin sim Sostiæ.

SO. Certè edepol tu me alienabis nunquam quin noster sim.

Nec nobis præter me alius quisquam est seruus Sostiæ.

Qui cum Amphitruone hinc unà iui hero meo in exercitum.

ME. Hic homo sanus non est. SO. quod mihi prædicat uitium, id tibi est.

Quid malum? non ego sum seruus Amphitruonis Sostiæ?

Nō ne hac noctu nostra nauis huc ex portu Persico venit, quæ me aduexit? non ne me huc herus misit meus?

Non ne ego nunc hic sto ante aedēs nostras? non mihi est laterna in manu?



Non loquor: non uigilo: nonne hic homo me pugnis contudit?

Fecit hercle: nam etiam miserum nunc male dolent mihi.

Quid igitur ego dubito? aut cur non introco in nostram domum?

ME. Quid domum uostram? SO. ita enim uero. ME. quin que dixisti modò,

Omnia emētus. equidē Sofia Amphitruonis sum. Nam noctu hac soluta est nauis nostra è portu Persico.

Et ubi Pterela rex regnauit, oppidum expugnauimus,

Et legiones Teleboarum ui pugnando cepimus.

Et ipsius Amphitruo obruncauit regem Pterelam in praelio.

SO. Ego met mihi non credo, quum illec autumare illis audio,

Hic quidem certè, que illic sunt res gestæ, memorat memoriter.

Sed quid ais? quid Amphitruoni à Telebois datum est?

ME. Pterela rex, qui potitare solitus est, patera aurea.

SO. Elocutus est, ubi patera nunc est? ME. in cistula Amphitruonis obsignata signo est. SO. signi dic quid est?

ME. Cū quadrigis sol exoriēs, quid me captas carnifex?

SO. Argumētis uincit, aliud nomen querendū est mihi. Nescio unde hæc hic spectauit. iam ego hunc decipiam probè.

Nam quod egomet solus feci, nec quisquam alius affuit

In tabernaculo, id quidem hodie nunquam poterit dicere.

Situ

- Si tu Sofia es, legiones quum pugnabant maximè.  
 Quid in tabernaculo fecisti: uictus sum, si dixeris.
- ME. Cadus erat uini: inde impleui hirneam. S O. ingres-  
 sult uian.
- ME. Eam ego ut matre fuerat natum uini eduxi meri.
- S O. Mira sunt, nisi latuit intus illic in illac hirnea.  
 Factum est illud, ut ego illic uini hirneam ebiberim  
 meri.
- ME. Quid nunc? uincor argumentis te non esse Sofiam?
- S O. Tu negas me esse. ME. quid ego ni negem, qui ego  
 met siem?
- S O. Per Iouem iuro me esse: neq; me falsum dicere.
- ME. At ego per Mercurium iuro. tibi Iouem nō credere.  
 Nam iniurato scio plus credet mihi, quàm iurato  
 tibi.
- S O. Quis ego sum saltem, si nō sum Sofia, te interrogo.
- ME. Vbi ego Sofia iam nolim esse, tu esto sanè Sofia:  
 Nunc quando ego sum, uapulabis, ni hinc abis igno-  
 bilis.
- S O. Certè edepol quum illum contemplo, et formã co-  
 gnosco meam,  
 Quemadmodum ego sæpè in speculum inspexi, ni-  
 mis similest mei.  
 Itidem habet petasum, ac uestitum, tam consimilest  
 atq; ego:  
 Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum uel labra,  
 Male, mentum, barba, collum: totus, quid uerbis  
 opust?  
 Si tergum cicatricosum: nihil hoc similest similius.  
 Sed quum cogito, equidem certò idem sum qui sem-  
 per fui.  
 Noui herū, noui ædis nostras, sanè sapio et sentio.  
 Nō ego illi obtæpero quod loquitur, pultabo foris  
 Quò.



ME. Quò agis te? S O. domum. ME. quadrigas si nunc  
 inscendas Iouis,

Atq; hinc fugias, ita uix poteris effugere infortu-  
 nium.

S O. Non ne heræ meæ nūciare, quod herus meus iussit,  
 licet?

ME. Tuæ si quid uis nunciare, hanc nostram adire non  
 sinam,

Nā si me irritassis, hodie lumbifragiū hinc auferes.

S O. Abeo potius, di immortales obsecro uestram fidem.  
 Vbi ego perij? ubi immutatus sum? ubi ego formam  
 perdidit

An egomet me illic reliqui si fortè oblitus fui?

Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ an  
 te hæc fuerat, possidet.

Viuo sit, quod nunquā quisquā mortuo faciet mihi.

Ibo ad portum, atq; hæc uti sunt facta, herò dicam  
 meo.

Nisi etiam is quoque me ignorabit, quod ille faciat  
 Iuppiter,

Vt ego hic hodie raso capite caluus capiam pileum.

MERCVRIVS.

**B**ene prospereq; hoc die operis processit  
 mihi.

Amoui à foribus maximam molestiam:

Patri ut liceret tutò illam amplexarier.

Iam ille illuc ad herum quem Amphitruonem adue-  
 nerit,

Narrabit seruum hinc sese à foribus Sosiam

Amouisse: ille adeò illum mentiri sibi

Credet: neq; credet huc profectum ut iusserat.

Erroris ambo ego illos et dementiæ

Complebo, atq; omnem Amphitruonis familiam,

Adeò

## M. ACCIPLAVTI

Adeo usq; satietatem dum capiet pater  
 Illius quam amat: igitur tum demum omnes scient,  
 Quæ facta deniq; Alcumenam Iuppiter  
 Rediget antiquam coniugis in concordiam.  
 Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet,  
 Atq; insimulabit eam probri: meus pater  
 Eam seditionem illi in tranquillum conferet.  
 Nunc de Alcumena dudum quod dixi minus,  
 Hodie illa pariet filios geminos duos,  
 Alter decimo post mense nascetur puer,  
 Quam seminatus, alter mense septimo.  
 Eorum Amphitruonis alter est, alter Iouis.  
 Verum minori puero, maior est pater,  
 Minor maiori: iamne hoc scitis quid fiet?  
 Sed Alcumena huius honoris gratia,  
 Pater curavit uno ut foetu fieret,  
 Vno ut labore absoluat ærumnas duas,  
 Et ne in suspitione ponatur stupri,  
 Et clandestina ut celetur suspicio.  
 Quanquam, ut iam dudum dixi, resciscet tamen  
 Amphitruo re omnem. quid igitur in nemo id probro  
 Profecto ducet Alcumena. nam deum  
 Non par videtur facere, delictum suum,  
 Suamq; culpam expetere in mortalem ut sinat.  
 Orationem comprimam, crepuit foris.  
 Amphitruo subditiuus eccum exit foras  
 Cum Alcumena uxore usuraria.

IVPITER, ALCUMENA,  
 MERCVRIVS.

IVP. **B**ene uale Alcumena, cura rem communem,  
 quod facis.  
 Atq; imperce, quæso, menses iam tibi esse a-  
 ctos uides.

Mihi



Mihi necesse est ire hinc: uerum quod erit natum,  
tollito.

AL. Quid istuc est mi uir negocij, quod tu tam subito  
domo

Abeas? IVP. edepol haud quod tui me neque domi  
diste deat.

Sed ubi summus imperator nō adest ad exercitum,  
Citius quod non factō est usus fit, quā quod factō  
est opus.

ME. Nimis hic scitust sycophanta, qui quidem meus sit  
pater.

Obseruatote, quā blandē mulieri palpabitur.

AL. Ecastor te experior, quanti faciās uxorem tuam.

IVP. Satin habes si foeminarum nulla est, quā æquē di-  
ligam?

ME. Edepol ne illa si istis rebus te sciat operam dare,  
Ego faxim te Amphitruonē esse malis, quā louē.

AL. Experiri istuc mauellē me, quā mi memorarier.  
Prius abis, quā lectus ubi cubuisti cōcaluit locus.  
Here uenisti media nocte, nūc abis. hoccine placet?

ME. Accedam, atq; hanc appellabo, & supparasitabor  
patri.

Nunquam edepol quenquam mortalem credo ego  
uxorem suam

Sic efflictim amare, proinde ut hic te efflictim de-  
perit.

IVP. Carnifex non ego te noui? abin' è conspectu meo.

Quid tibi hanc curatio est rem, uerbero, aut muti-  
tio?

Quem pol ego iam scipione. AL. ah noli. IVP. mu-  
tito modō.

ME. Nequiter penē expediuit prima parasitatio.

IVP. Verum quod tu dicis mea uxor, nō te mi irasci de-  
cet.

Clancu-

Clanculum hinc abiui à legione, operam hanc sur-  
ripui tibi.

Ex me primo prima scires rē ut gessissem publicā.  
Ea tibi omnia enarraui: nisi te amarem plurimum,  
Non facerem. ME. facit' ne ut dixi? timidam palpo  
percutit.

IVP. Nunc ne legio persentiscat, clām illuc redeūdum est  
mibi.

Ne me uxorem praeuertisse dicant prae republica.

AL. Lacrimātem ex abitu concinnas tu tuam uxorem.

IVP. tace

Ne corrumpes oculos, redibo actutum. AL. id actu-  
tum diu est.

IVP. Non ego te hic lubens relinquo, neque abeo abste.

AL. sentio.

Nam qua nocte ad me uenisti, eadem abis. IVP. cur  
me tenes?

Tempus est, exire ex urbe priusquā luceſcat uolo.  
Nunc tibi hanc pateram, quae dono mi illic ob uir-  
tutem data est,

Pterela rex qui potitauit: quem ego mea occidi ma-  
nu,

Alcumena tibi condono. AL. facis ut alias res soles.

Ecastor cōdignum donum, qualest qui donū dedit.

ME. Imò sic condignū donū, qualest qui dono datū est.

IVP. Pergin' autem, non ne ego possum furcifer te per-  
dere?

AL. Noli amabo Amphitruo irasci Sossiae causa mea.

IVP. Faciam ita ut uis. ME R. ex amore hic admodum  
quā seuus est?

IVP. Nūquid uis? AL. ut quum absim, me ames, me tuam  
absentem tamen.

ME. Eamus Amphitruo: luceſcit hoc iam. IVP. abi prae  
Sossia, iam



Iam ego sequar, nunquid uis? AL. etiam ut actutum  
aduenias. IVP. licet,

Prius tua hic opinione adero: bonum animum ha-  
be modò.

Nunc te nox quæ me mansisti mitto, ut cedas die,  
Vt mortalibus illufcescas luce clara & candida.

Atq; quanto nox fuisti longior hac proxima,  
Tanto breuior dies ut fiat, faciã, ut æquè disparet,  
Et dies è nocte accedat: ibo, & Mercurium subse-  
quar.

ACTVS SECVNDVS.

AMPHITRVO, SOSIA.

AM. **A** Ge, i, tu secundũ. SO. sequor, subsequor te.

AM. **A** Scelestissimum te arbitror. SO. nam quam  
obrem?

AM. Quia id quod neq; est, neq; fuit, neq; futurum est,  
Mibi prædicas. SO. ecce: iam tu autem  
Facis, ut tuis nulla apud te sit fides.

AM. Quid est? quo modo? iam quidem herclè ego tibi  
istam

Scel- stã scelus linguam abscindam. SO. tuus sum.

Proinde ut commodum est & lubet, quicq; faci. as:

Tamen, quin loquar hæc uti facta sunt hic,

Nunquam ullo modo me potes deterrere.

AM. Scelestissime, audes mihi prædicare id,

Domi te esse nunc, qui hic ades? SO. uera dico.

AM. Malum quod tibi dii dabunt, atq; ego hodie dabo.

SO. Istuc tibi est in manu, nam tuus sum.

AM. Tu' me uerbero audes herum ludificari?

Tur id dicere audes? quod nemo unquam homo  
ante hac

Videt, nec potest fieri, tempore uno

f Homo

## M. ACCII PLAVTI

Homo idem duobus locis ut simul sit.

- SO. Profectò ut loquor, ita res est. AM. Iuppiter te perdat.
- SO. Quid mali fœm here tua ex re promeritus?
- AM. Rogas ne improbe etiam, qui ludificas me?
- SO. Meritò meledicas mihi, si id ita factum est. Verum haud mentior, resq; uti facta dico.
- AM. Homo hic ebrius est, ut opinor. SO. Vtinam ita essem.
- AM. Optas quæ facta. SO. ego ne? AM. tu istic, ubi bibisti?
- SO. Nusquam equidem bibi. AM. quid hoc sit hominis?
- SO. Equidem decies dixi.  
Domi ego sum inquam,  
Ecquid audis? & apud te aßum Sofia idem.  
Satin' hoc planè,  
Satin' disertè here nunc uideor tibi locutus  
Esse? AM. uah, apage te à me. SO. quid est negotij?
- AM. Pestis te tenet. SO. nam cur istuc dicitis?  
Equidem ualeo & saluus sum rectè Amphitruo.
- AM. At te ego faciam hodie, proinde ac meritus es,  
Ut minus ualeas, & miser sis,  
Saluus domum si rediero iam.  
Sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus:  
Qui quoniam herus quod imperauit, neglexisti persequi,  
Nunc uenis etiam ultrò irrisum dominum, quæ neq;  
fieri  
Possunt, neq; fando unquam accepit quisquam, profers carnifex.  
Quis ego hodie in tergo faxo ista expetant mendacia.
- SO. Amphitruo miserissima istæc miseria est seruo bono,  
Apud



Apud herum qui uerba loquitur, si id uerum uincitur.

**A M.** Quid malū pacto potest, nam mecum argumentis putas

Fieri: nunc uti tu hīc sis & domi, id dici uolo.

**S O.** Sum profectō & hīc & illic. hoc cuius mirari licet.

Neq; tibi istuc mirū magis uidetur, quā mibi Amphitruo.

**A M.** Quo modo? **S O.** nihilo inquam mirum magis tibi istuc quā mibi,

Neq; ita me diuident, credebam primo mihi met Sosie,

Donec Sosia ille egomet fecit sibi uti crederem,

Ordine omne uti quicquam actum est, apud hostes dum sedimus,

Edisertauit, tum formam unā abstulit cū nomine.

Neq; lac lacti magis est simile, quā ille ego similest mei.

Nam ut dudum ante lucem à portu me premisisti domum.

**A M.** Quid igitur? **S O.** prius multō ante adis stabam quā illō adueneram.

**A M.** Quas malum nugas? fatin tu sanus es? **S O.** sic sum, ut uides.

**A M.** Huic homini nescio quid est mali mala obiectum manu,

Postquā à me abiit. **S O.** fateor. nam sum obtusus pugnis pefsume.

**A M.** Quis te uerberauit? **S O.** egomet memet, qui nunc sum domi.

**A M.** Caue quicquam, nisi quod rogabo te, mihi responderis.

- Omnium primum iste qui sit, Sofia hoc dici uolo.
- SO. Tuus est seruus. AM. mihi quidem uno te plus etiam est quam uolo.  
Neque postquam sum natus, habui nisi te seruum Sofiam.
- SO. At ego nunc Amphitruo dico Sofiam seruum tuum. Præter me alterum, inquam, adueniens faciam ut offendas, domi.  
Daui prognatum patre, eodem quo ego sum, forma, etate item  
Qua ego sum, quid opus tibi? geminus Sofia hic factus tibi.
- AM. Nimia memoras mira, sed uidiſtin' uxorem meam?
- SO. Quin introire in ædis nunquam licitum est. AM. quis te prohibuit?
- SO. Sofia ille, quem iam dudum dico, is qui me contudit.
- AM. Quis istuc Sofia est? SO. ego inquam, quoties dicendum est tibi?
- AM. Sed quid ais? num obdormiuiſti dudum? SO. nusquam gentium.
- AM. Ibi forte istum si uidiſſes quædam in somnis Sofiam.
- SO. Non soleo ego somniculose heri imperia persequi. Vigilans uidi, uigilans nunc te uideo, uigilans fabulator,  
Vigilantem ille me iam dudum uigilans pugnis contudit.
- AM. Quis homo? SO. Sofia, inquam ego, ille, que so nonne intelligis?
- AM. Qui malum intelligere quisquam potis est, ita nugæ blatis?
- SO. Verum actutum nosces. AM. quem? SO. illum nosces, seruum Sofiam.
- AM. Sequere hæc igitur me: nam mi istuc primum ex-  
quisito est opus. Sed



Sed uide ex nauī effrantur, quæ iam imperaui omnia.

SO. Et memor sum, & diligens, ut quæ imperes compareant.

Non ego cum uino simitu ebibi imperium tuum.

AM. Vtinam di faxint, infecta dicta re eueniant tua.

ALCV MENA, AMPHITRVO,  
SOSIA, THESSALA.

AL. **S**Atim parua res est uoluptatum in uita,

Atq; in etate agunda,

Præquam quod molestum est. ita qoiq; cõparatiũ

Est in etate hominum,

Ita dis placitum, uoluptati ut moeror comes consequatur:

Quin incommodi plus maliq; illico asit, boni si obigit quid.

Nam ego id nunc experior de me, atq; ipsa de me scio, cui uoluptas

Parumper data est: dum uiri mei mihi potestas uidendi fuit

Noctem unam modò, atq; is repètè abijt à me hinc ante lucem.

Sola hic mihi nunc uideor, quia ille hinc abest, quæ ego amo præter omnes,

Plus ægri ex abitu uiri, quam ex aduentu uoluptatis cæpi,

Sed hoc me beat, saltem quòd perduelles uicit, & domum

Laudis compos reuenit, id solatio est. Absit, dummodò

Laude parta domum recipiat se. feram et perferam usq;

f 3 Abitum

*Abitum*  
*usq;*

Abitum eius animo forti atq; obfirmato: id modò si  
mercedis

Datur mihi, ut meus uictor uir belli clueat, satis

Mihi esse ducam. Virtus præmium est optimum.

Virtus omnibus rebus anteit profectò.

Libertas, salus, uita, res, parentes,

Patria, & prognati tutantur, seruantur:

Virtus omnia in se habet, omnia assunt bona, quem

penes est uirtus.

AM. Edopol me uxori exopatam credo aduenturum do  
mum,

Quæ me amat: quam contra amo, præsertim re ge  
sta bene.

Victis hostibus, quos nemo posse superari ratus st:

Eos auspicio meo atq; ductu, primo coetu uicimus.

Certè enim me illi expectatù optato uenturù scio.

SO. Quid me nõ revere expectatù amicæ uenturù meæ?

AL. Meus uir hic quidem est. A M. sequere hæc tu me.

AL. nam quid ille reuertitur?

Qui dudum properare sese aiebat, an ille me tentat  
sciens?

Atq; id si uult experiri, suum abiturum ut desiderem,

Ecastor me hæc inuita se domum recipit suam.

SO. Amphitruo redire ad nauem melius est nos. AM. quæ  
gratia?

SO. Quia domi daturus nemo est prandium aduenien  
tibus.

AM. Qui tibi istuc in mentem uenit? SO. quia enim serò  
aduenimus.

AM. Qui? SO. quia Alcumenam ante adis stare saturam  
intelligo.

AM. Gravidam ego illanc hæc reliqui quom abeo. SO. heu  
perij miser.

Quid



AM. Quid tibi est? SO. ad aquam præbendam commo-  
dum adueni domum,

Decimo post mense ut rationē te distare intelligo.

AM. Bono animo es. SO. sciri quā bono animo sim? si  
siculam cepero;

Nunquam edepol tu mihi diuini quicquam creduis  
post hunc diem.

Ni ego illi puteo, si occipso, animam omnem inter-  
traxero.

AM. Sequere hæc me modo, alium ego isti rei alligabo,  
ne time.

AL. Magis nunc meum officium facere, si huic eam ad-  
uersum, arbitror.

AM. Amphitruo uxorem salutat Letus speratam suam,  
Quam omnium Thebis uir unam esse optimam di-  
iudicat,

Quamq; adeo ciues Thebani uero rumificant pro-  
bam.

Valuistis usq;? expectatus ne aduenio? SO. haud  
uidi magis

Expectatū: eum salutat magis haud quisquā, quā  
canem.

AM. Et cum te grauidam, & cum pulchrè plenam aspi-  
cio, gaudeo.

AL. Obsecro ecastor quid tu me deridiculi gratia  
Sic salutis? atq; appellas quasi dudum non uideris?

Quasiq; nunc primum recipias te domum huc ex  
hostibus?

Atq; me nunc proinde appellas, quasi multo post ui-  
deris?

AM. Immò equidem te, nisi nunc, hodie nusquam uidi  
gentium.

AL. Cur negas? AM. quia uera didici dicere AL. haud  
æquum facit,

Qui quod didicit, id dediscit. an periclitamini  
 Quid animi habeam? sed quid huc uos reuertimini  
 tam citò?

An te auspiciū commoratiū est: an tempestas con-  
 tinet?

Qui non abisti ad legiones ita uti dudum dixeras?

A M. Quam dudum istuc factum est? A L. tentas, iam du-  
 dum, pridem, modò.

A M. Qui istuc potis est fieri quaso, ut dicis iam dudum,  
 modò?

A L. Quid enim censes te ut deludam contra lusorem  
 meum,

Qui nūc primū te aduenisse dicas, modò qui hinc  
 abieris?

A M. Hec quidem deliramenta loquitur. S O. paulisper  
 mane,

Dum edormiscat unum somnum. A M. quæ ne ui-  
 gilans somniat.

A L. Equidem ecastor uigilo, et uigilans id quod factum  
 est fabulor.

Nam dudum ante lucem & istunc & te uidi. A M.  
 quo in loco?

A L. Hic in ædibus ubi tu habitas. A M. nunquam factum  
 est. S O. non taces?

Quid si è portu nauis huc nos dormientis detulit?

A M. Etiam tu quoq; assentaris huic? S O. quid uis fieri?  
 Non tu scis? bacchæ bacchanti si uelis aduersariet,  
 Ex insana infantorem facies, feriet sæpius.

Si obsequare, una resoluas plaga. A M. at pol quin  
 certa res

Hanc est obiurgare, quæ me hodie aduenientem do-  
 mum

Noluerit salutare, S O, irritabis crabrones. A M.  
 tace.

Alcume=



- Alcumena unū rogare te uolo. AL. quid uis, roga.
- AM. Nū tibi aut stultitia accessit, aut superat superbia?
- AL. Quī istuc in mente est tibi, mi uir, percontarier?
- AM. Quia salutare uenientem me solebas antidhac,  
Appellare itidem ut pudicæ suos uiros quæ sunt, so-  
lent:
- Eo more expertem te factā adueniēs offendi domi.
- AL. Ecce equidem te cer̄tō heri hīc aduenientē illico  
Et salutauī, & ualuisse ne usq; exquisiui simul,  
Mi uir: & manum prehendi, & osculū tetuli tibi.
- SO. Tur heri hunc salutauisti? AL. & te quoq; etiam  
Sofia.
- SO. Amphitruo, speraui ego istam tibi pariturā filium,  
Verū non est puero grauida. AM. quid igitur?  
SO. insania.
- AL. Equidem sana sum, & deos quæso ut salua pariam  
filium.  
Verū tu magnum malum habebis, si hic suum of-  
ficium facit,  
Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.
- SO. Enim uero prægnanti oportet & malum et malum  
dari,  
Ut quod obrodat sit, animo si malè esse occæperit.
- AM. Tu me heri hīc uidiisti? AL. ego inquam, si uis de-  
cies dicere.
- AM. In somnis fortasse. AL. Immo uigilans uigilantem.  
AM. u. e. misero mihi.
- SO. Quid tibi est? AM. delirat uxor. SO. atra bili per-  
cita est.  
Nulla res tam delirantis homines concinnat citō.
- AM. Vbi primum tibi sensisti mulier impliciscier?
- AL. Equidem ecce ego sana & salua sum. AM. cur igitur  
prædicas,

Te heri me uidisse, qui hac noctu in portum aduen-  
sti sumus?

Ibi coenavi, atq; ibi quievi in naui nocte perpetem,  
Neq; meum pedem huc intuli etiam in ædis, ut cum  
exercitu

Hinc profectus sum ad Teleboas hostis, eosq; ut ui-  
cimus.

AL. Immo mecum coenauisti, & mecum cubuisti. AM.  
quid est?

AL. Vera dico. AM. non quidem hercle de hac re, de a-  
lijs nescio.

AL. Primulo diluculo abiuiisti ad legiones. AM. quo  
modo?

SO. Recte dicit, ut commeminit, somnium narrat tibi.  
Sed mulier, postquam experrecta es prodigiali Ioui,  
Aut mola salsa hodie, aut thure cōprecatam oportuit.

AL. Væ capiti tuo. SO. tua istuc refert, si curaueris.

AL. Iterum iam hic in me inclementer dicit, atq; id sine  
malo.

AM. Tace tu: tu dic, egone abste abij hinc hodie cum di-  
luculo?

AL. Quis igitur nisi uos narrauit mihi, illi ut fuerit præ-  
lium?

AM. An etiam id tu scis? AL. quippe quæ ex te audiui,  
ut urbem maximam

Expugnauiſſes, regemq; Pterelam tute occideris.

AM. Ego 'ne istuc dixi? AL. tute istuc etiam astante hoc  
Sofia.

AM. Audiſtin tu me narrare hoc hodie? SO. ubi ego  
audiuerim?

AM. Hanc roga. SO. me quidem præſente nunquam fa-  
ctum est, quod sciam.



- AL. Mirum quin te aduersus dicat. AM. Sofia, age me  
huc aspice.
- SO. Specto. AM. uera uolo loqui, te nolo asētari mihi.  
Audiuisti tu hodie me illi dicere ea, quæ illa au-  
tumat?
- SO. Quæso edepol num tu quoq; etiam insanis, cum id  
me interrogas?  
Qui ipse equidem nūc primū istanc tecum con-  
spicio simul.
- AM. Quin nunc mulier audin' illum? AL. Ego uerò, ac  
falsum dicere.
- AM. Neq; tu illi, neque mi uiro ipsi credis. AL. Eò sit,  
quia mihi  
Plurimum credo, & scio ista hæc facta, proinde ut  
proloquor.
- AM. Tun' me heri aduenisse dicis? AL. tun' te abisse ho-  
die hinc negas?
- AM. Ego enim uero, & me aduenire nunc primū aio  
ad te domum.
- AL. Obsecro etiam ne hoc negabis? te auream pateram  
mihi  
Dedisse dono hodie, qua te illic donatū esse dixeras?
- AM. Neq; edepol dedi, neq; dixi: uerū ita animatus fui,  
Itaq; nunc sum, ut ea te patera donem. sed quis istuc  
tibi  
Dixit? AL. ego equidem ex te audiui, & ex tua ac-  
cepi manu
- Pateram. AM. mane mane obsecro te. nimis demi-  
ror Sofia,  
Qui illæ illic me donatum esse aurea patera sciat,  
Nisi tu dudum hanc conuenisti, & narrauisti hæc  
omnia.
- SO. Neq; edepol ego dixi, neq; istam uidi, nisi tecum si-  
mul. Quid

AM. Quid hoc sit hominis? AL. uin' proferrī pateram?  
AM. proferrī uolo.

AL. Fiat tute Thessala intus pateram proferto foras,  
Qua hodie meus uir donauit me. AM. secede huc tu  
Sofia.

Enim uero illud præter alia mira miror maxime,  
Si hæc habet pateram illam. SO. an etiam id credis,  
quæ in hac cistellula

Tuo signo obsignata fertur? AM. saluum signum  
est. SO. inspicere.

AM. Rectè ita est ut obsignauī. SO. queso quin tu istanc  
iubes

Pro cerita circumferri? AM. edepol quin factu est  
opus.

Nam hæc quidem edepol laruarum plena est. quid  
uerbis est opus?

AL. *Ampl.* THES. Hem tibi pateram, eccam. AL. cedo mihi, age aspi- *Al*  
ce huc sis nunc iam

Tu qui quæ facta inficiare, quem ego iam hic con-  
uincam palam.

Est ne hæc patera qua donatus illic? AM. summe  
Iuppiter,

Quid ego uideo? hæc est ea profecto patera. perij  
Sofia.

SO. Aut pol hæc præstigiatrix mulier multò maxima  
est,

Aut pateram hic inesse oportet. AM. agedum eam  
solue cistulam.

SO. Quid ego istam exoluã? obsignatast rectè, res gesta  
est bene.

Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperī So-  
fiam.

Nunc si pateram patera peperit, omnes congemi-  
nauimus. Certum



- A M.** Certum est aperire, atq; inspicere. **S O.** uide sis signi quid fiet,  
 Ne posterius in me culpam transferas. **A M.** aperi modo.  
 Nam hæc quidem nos delirantes facere dictis postulat.
- A L.** Vnde hæc igitur est nisi abs te, quæ mihi dono data est?
- A M.** Opus mi est istuc exquisito. **S O.** Iuppiter, prob Iuppiter.
- A M.** Quid tibi est? **S O.** hic patera nulla in cistula est. **A M.** quid ego audio?
- S O.** Id quod uerum est. **A M.** At cum cruciatu iam, ni apparet, tuo,
- A L.** Hec quidem apparet. **A M.** quis igitur tibi dedit  
**A L.** qui me rogat.
- S O.** Me captas, quia tute ab naui clanculum buc alia uia præcurristi: atq; hinc pateram tute exemisti, atq; eam  
 Huic dedisti, posthac rursus ob signasti clanculum.
- A M.** Hei mihi, iam tu quoq; huius adiuuas insaniam.  
 Ain heri nos aduenisse huc? **A L.** aio, adueniensq; illico  
 Me salutauisti, & ego te, & osculum tetuli tibi.
- A M.** Iam illud non placet principium de osculo, pergam exequi.
- A L.** Lauisti. **A M.** quid posteaquam laui? **A L.** accubuisti.  
**S O.** euge optime,  
 Nunc exquire. **A M.** ne interpella, perge porrò dicere.
- A L.** Cæna apposita est, cænauisti mecum, ego accubui simul.
- A M.** In eodem lecto? **A L.** in eodem. **S O.** hei non placet conuiuium. Sine

- AM. Sine modò argumenta dicat, quid postquam cœna  
uimus?
- AL. Te dormire aiebas, mensa ablata est, cubitū hinc  
abijimus.
- AM. Vbi tu cubuisti? AL. in eodem lecto tecum unā in  
cubiculo.
- AM. Perdidisti. SO. quid tibi est? AM. hæc me modò ad  
mortem dedit.
- AL. Quid iam amabo? AM. ne me appella. SO. quid ti-  
bi est? AM. perij miser.
- Quia pudicitie huius uitium me hîc absente est ad-  
ditum.
- AL. Obsecro Ecastor cur, istuc mi uir ex te audio?
- AM. Vir ego tuus sim? ne me appella falso falso nomine.
- SO. Heret hæc res: si quidem hæc iam mulier facta est  
ex uiro.
- AL. Quid ego feci? qua istæc propter dicta dicantur  
mibi?
- AM. Tute edictas facta tua, ex me quæris quid deliquere-  
ris.
- AL. Quid ego tibi deliqui? si cui nupta sum, tecum fui?
- AM. Tum mecū fueris: quid illac impudente audacius?  
Saltem tute, si pudoris egeas, sumas mutuum.
- AL. Istuc facinus quod tu insinulas, nostro generi non  
debet.
- Tu si me impudicitie captas, non potes capere.
- AM. Prob di immortales, cognoscin' tu me saltem Sofia?
- SO. Propemodum. AM. cenauî ego heri in nauî in por-  
tu Persico?
- AL. Mibi quoq; assunt testes, qui illud quod ego dicam,  
assentiant.
- AM. Qui testes? AL. testes. AM. quid testificare? AL.  
enim uno sat est.



Nec nobis præsente aliquis nisi seruus Sosia affuit.

SO. Nescio quid istuc negotij dicam, nisi quispiam est Amphitruo alius, qui fortè te hîc absente sic tamen Tuam rem curet, teq; absente hîc munus fungatur tuum.

Nanq; de illo subditio Sosia mirum nimis est. Certo de istoc Amphitruone iam alterum mirum est magis.

Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierè.

AL. Per supremi regis regnum iuro, & matrem familias

Imonem, quam me uereri & metuere est par maxime,

Vt mi extra unū te mortalis nemo corpus corpore Contigit, quo me impudicā faceret. AM. uera istac uelim.

AL. Vera dico, sed necquicquam: quoniam non uis credere.

AM. Mulier es, audacter iuras. AL. quæ non deliquit, decet

Audacem esse cōfidenter pro se et proteruè loqui.

AM. Satis audacter. AL. ut pudicam decet. AM. tu uerbis probas.

AL. Non ego illam mihi dotè duco esse, quæ dos dicitur: Sed pudicitiam & pudorè, & sedatum cupidinem, Deū metum, parentum amorem, & cognatūm concordiam.

Tibi morigera, atq; ut munifica sim bonis, pro sim probis.

SO. Næ ista edepol, si hæc uera loquitur, ex amussim est optima.

AM. Delinitus sum profectò ita, ut me qui sim nesciam.

SO. Amphitruo es profectò, cauesis ne tu te usuperduis.

Ita nunc homines immutantur, postquam peregrè  
aduenimus.

AM. Mulier istam rem inquisitam certū est nō amittere.

AL. Edepol me libente facies. AM. quid ais? re sponde  
mihi,

Quid si adduco tuum cognatum huc à nauī Nau-  
cratem,

Quimecū unā uectus una nauī: atq; is si denegat  
Facta quæ tu facta dicis, quid tibi æquum est fieri?  
Nunquid causam dicis, quin te hoc multem matri  
monio?

AL. Si deliqui, nulla causā est. AM. conuenit. tu Sofia  
Duc hos intrò, ego huc ab nauī mecum abducam  
Naucratem.

SO. Nunc quidem præter nos nemo est. dic mihi uerum  
seriò,

Ecquis alius Sofia intus est qui mei similis fiet?

AL. Abin' hinc à me dignus domino seruus. S O. abeo, si  
iubes.

AL. Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collibitum  
fiet

Meo uiro, sic me insimulare falsum facinus tam ma-  
lum.

Quicquid est, iam ex Naucrate cognato id cogno-  
scam meo.

ACTVS TERTIVS.

I V P I T E R.

**E**Go sum ille Amphitruo, cui est seruus Sofia,  
Idem Mercurius qui sit, quando commodū est,  
In superiore qui habito cœnaculo.

Qui interdum fio Iuppiter, quando lubet.

Huc autem quom ex templo adueniū apporto, illico  
Amphitruo



Amphitruo fio, & uestitum immuto meum.  
 Nunc huc honoris uestri uenio gratia,  
 Ne hanc incoatam transigam comœdiam.  
 Simul Alcumenæ quam uir infontem probri  
 Amphitruo accusat, ueni, ut auxilium feram.  
 Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,  
 Id Alcumenæ si innocenti huic expetat.  
 Nunc Amphitruonem memet, ut occœpi semel,  
 Esse a simflabo, atq; in horum familiam  
 Frustrationem hodie hic injiciam maximam.  
 Post igitur demum faciam res fiat palam,  
 Atq; Alcumenæ in tempore auxilium feram.  
 Faciamq; ut uno foetu, & quod grauida est uiro,  
 Et me quod grauidast, pariat sine doloribus.  
 Mercurium iussi me continuo consequi,  
 Si quid uellem, imperarem: nunc hanc alloquar.

## ALCUMENA, IVPITER.

AL. **D**Vrare nequeo in ædibus, ita me probri,  
 Stupri, dedecoris, à uiro argutam meo.  
 Ea que sunt facta, infecta refert, ac clamat.  
 Que neq; sunt facta, neq; ego in me admisi, arguit.  
 Atq; id me susq; deq; esse habituram putat.  
 Non edepol faciam, neq; me perpetiar probri  
 Falso insimulatam: quin ego illum aut descram,  
 Aut satisfaciat mihi, atq; adiuret insuper  
 Nolle esse dicta que in me infontem protulit.

I V P. Faciundum est mi illud, fieri quod ille postulat,  
 Si me illam amantem ad se studeam recipere.  
 Quando ego quod feci, id factum Amphitruoni  
 obfuit.

Atq; ille dudum meus amor negotium  
 Infonti exhibuit: nunc autem infonti mihi

Illius ira in hanc & maledicta expetent.

AL. Et eccum uideo illum qui me miseram arguit  
Stupri, dedecoris. IVP. Te uolo uxor colloqui.  
Quo nam te d auertisti? AL. ita ingenium meū est,  
Inimicos semper osa sum obtuerier.

IVP. Eia autem inimicos. AL. sic est uera prædico,  
Nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es.

IVP. Nimis uerecunda es. AL. Potim ut abstineras manū?  
Nam certò si sis sanus, aut sapias satis,

Quam tu impudicam esse arbitrere & prædicas,  
Cum ea tu sermonem nec ioco, nec serio  
Tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo.

IVP. Si dixi, nihilo magis es, neq; esse arbitror.  
Et id huc reuorti, uti me purgarem tibi.

Nam nunquam quicquam meo animo fuit ægrius,  
Quam postquā audiui te esse iratā mihi.

Cur dixisti? inquires. ego expediam tibi.

Non edepol quo te esse impudicam crederem:

Verum periclitatus animum sum tuum,

Quid faceres, & quo pacto id ferre induceres.

Equidem ioco illa dixeram dudum tibi,

Ridiculi causa, id hunc rogato Sosiam.

AL. Quin huc adducis meum cognatum Naucratem?

Testem quem dudum te adducturum dixeras

Te huc non uenisse. IV. si quid dictū est per iocum,

Non æquum est id te serio præuertier.

AL. Ego illud scio quā doliuerit cordi meo.

IVP. Per dexteram tuam te A'cumena oro, obsecro,

Da mihi hanc ueniam, ignosce, irata ne sies.

AL. Ego istæc feci uerba uirtute irrita:

Nunc quando factis me impudicis abstines,

Ab impudicis dictis auorti uolo.

Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.

Iubet



Iuben mi ire comites? IV. sanan es? AL. si nō iubes,  
Ibo egomet, comitem pudicitiam duxero.

IVP. Mane, arbitrato tuo iusiurandum dabo,  
Me meam pudicam esse uxorem arbitrarier.  
Ilego si fallo, tum te summe Iuppiter,  
Quæso Amphitruoni ut semper iratus sies.

AL. Ah propitius sit potius. IV. confido fore.  
Nam iusiurandum uerum te aduersum dedi,  
Iam nunc irata non es. AL. non sum. IV. bene facis.  
Nam in hominum etate multa eueniūt huiusmodi:  
Capiunt uoluptates, capiunt rursus miserias.  
Ire interueniunt, redeunt rursus in gratiam.  
Verūm ire si que fortē eueniunt huiusmodi,  
Inter eos rursus si reuentum in gratiam est,  
Bis tanto amici sunt inter se quā prius.

AL. Primum cauisse oportuit ne diceres,  
Verūm eadem si idem purgas, mihi patiunda sunt.

IVP. Iube uerō uasa pura adornari mihi,  
Ut, quæ apud legionem uota uoui, si domum  
Redissem saluus, ea ego exoluam omnia.

AL. Ego istuc curabo. IV. euocate huc Sofiam,  
Gubernatorem qui in mea nauī fuit  
Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat.  
Is adeo impransus ludificabitur.

Quum ego Amphitruonem collo hinc obstricto  
traham.

AL. Mirum quid solus secum secretō ille agat.  
Atq; aperiuuntur ades, exit Sofia.

SOSIA, IVPITER,  
ALCVMENA.

SO. **A**mphitruo, assum, si quid opus est impera,  
imperium exequar.

IVP. Optumē aduenis. SO. iam pax est inter uos quæ-  
so duos.

Nam quia uos tranquillos uideo, gaudeo, & uolupte est mihi.

Atq; ita seruum par uidetur frugi sese institueret.

Proinde heri ut sint, ipse item sit, uultum è uultu comparet,

Tristes sit, heri si tristes: hilarus sit, si gaudeant.

Sed age responde, iam uos redistis in cõcordiam?

I V P. Derides, qui scis hæc dudum me dixisse per iocum.

SO. An id ioco dixisti? equidem serio ac uerò ratus.

I V P. Habui expurgatione, facta pax est. SO. optumè est.

I V P. Ego rem diuinam intus faciam, uota quæ sunt. SO. censeo.

I V P. Tu gubernatorem à nauì huc euoca uerbis meis

Blepharone, ut re diuina facta, mecum prandeat.

SO. Iam hic ero, quum illic censebis esse me. IV. actutum huc redi.

AL. Nunquid uis quin abeam iam intrò, ut apparentur quibus opust?

I V P. I sane, & quantum potes parata fac sint omnia.

AL. Quin ueni, quando uis intrò, faxo haud quicquam sit moræ.

I V P. Rectè loquere, & proinde diligentem ut uxorem decet.

Iam hi ambo & seruus & hera frustra sunt duo,

Qui me Amphitruonem rentur esse, errant probe,

Nunc tu diuine fac huc a sis Sofia.

Audis quæ dico, tametsi præsens non ædes.

Fac Amphitruonem aduenientem ab ædibus,

Vt abigas quouis pacto, fac commentus fies.

Volo deludi illum, dum cum hac usuraria

Vxore nunc mihi morigero, hæc curata sint

Fac sis: proinde adeò, ut me uelle intelligis,

Atq; ut ministres mihi, mihi cum sacrificem.



**C**oncedite atq; abscedite, oēs de uia decedite,  
Nec quisquam tam audax nunc fuat homo,  
qui obuium obsistat mihi.

Nam mihi quidem herclē quī minus liceat Deo mi-  
nitarier

Populo, ni decedat mihi, quā seruulo in comoc-  
dijs?

Ille aut nauem saluam nunciat, aut irati aduentum  
senis.

Ego sum Ioui dicto audiens, eius iussu nunc huc me  
affero.

Quamobrem mi magis par est uia decedere, et cō-  
cedere.

Pater uocat me, eū sequar, eius dicto imperio sum  
audiens:

Vt filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum  
patri.

Amanti supparasitor, hortor, asto, admonco, gau-  
deo.

Si quid patri uolupescit, uoluptas ea mihi multo ma-  
xima est.

Amat, sapit: rectē facit, animo quando obsequitur  
suo.

Quod omnes homines facere oportet, dum id mo-  
dō fiat bono.

Nunc Amphitruonem uult deludi meus pater, saxo  
probe

Iam hic deludatur, spectatores, uobis spectantibus,  
Capiam coronam mi in caput, a simulabo me esse  
ebrium.

Atq; illuc sursum ascēdero, inde optumē, sic cispel-  
lam uirum.

De supero quum huc accesserit, faciam ut sit madi-  
dus sobrius.

Deinde ille aclutū sufferet suus seruus poenas Sofia.  
Eū fecisse ille hodie arguet, quæ ego fecero hic, quid  
id mea?

Meo me æquum est morigerum patri, cuius studio  
seruire addecet,

Sed eccum Amphitruonem, aduenit, iam ille hic de-  
ludetur probè,

Siquidem uos uultis auscultando operam dare.

Ibo intrò, ornatum capiam, qui potius decet.

Dein sursum ascendam in te etum, ut illum hinc pro-  
hibeam.

## ACTVS QVARTVS.

## AMPHITRVO.

**N**Aucratem, quæ cōuenire uolui, in naui non  
erat.

Neq; domi, neq; in urbe inuenio quenquam, qui il-  
lum uiderit.

Nam omnis plateas perreptaui, gymnasia, myro-  
polia,

Apud emporium, atq; in macello, in palestra, atq;  
in foro,

In medicinis, in tonstrinis, apud omnis ædis sacras.

Sum defessus quæritando: nusquam inuenio Nau-  
cratem.

Nunc ibo domum, atq; ex uxore hanc rem pergam  
exquirere,

Quis fuerit, quæ propter corpus suum stupri com-  
pleuerit.

Nam me quàm illam questionem inquisitam hodie  
amittere,



Mortuum satius est. sed. edis occluserunt Eugepæ.  
Pariter hoc fit, atq; ut alia facta sunt, feriam foris.  
Aperite hoc. heus ecquis hic est? ecquis hoc aperit  
ostium?

MERCVRIVS, AMPHITRVO.

ME. **Q**uis ad fores est? A M. ego sum. ME. quid  
ego sum? AM. ita loquor tibi Iuppiter.

ME. Diq; omnes irati certò sunt, qui sic frangas fores.

AM. Quo modo? ME. eo modo, ut profectò uiuas ata-  
tem miser.

AM. Sofia. ME. ita sum Sofia, nisi me esse oblitum exi-  
stimas.

Quid nunc uis? AM. scelestè, at etiã quid uelim, id  
tu me rogas.

ME. Ita rogo, penè effregisti satue foribus cardines,  
An foris censebas nobis publicitus præberier?

Quid me aspectas stolidè? quid nunc uis tibi? aut  
quis es tu homo?

AM. Verbero, etiam quis ego sim me rogitas? ulmorum  
acheruns?

Quem pol ego hodie ob istæc dicta faciam seruen-  
tem flagris.

ME. Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia.

AM. Qui dum? ME. quia senectæ in atate à me mendi-  
cas malum.

AM. Cũ cruciatu tuo istæc hodie uerna uerba funditas.

ME. Sacrufico ego tibi. AM. qui? ME. quia enim te ma-  
cto infortunio.

BLEPHARO, AMPHITRVO,  
IUPITER.

BLE. **V**os inter uos partite, ego abeo, mihi nego-  
tium est.

Neque ego unquam usquam tanta mira me uidisse  
censeo.

AM. Blepharo quæso ut aduocatus mihi assis, ne' ue ab-  
eas. BLE. uale.

Quid opust me aduocato? qui utri sim aduocatus  
nescio.

IVP. Intrò ego hinc eo, Alcumena parturit. AM. perij  
miser,

Quid ago? quem aduocati iam omnes atque amici  
deserunt?

Nunquam edelpo me inultus istic ludificabit, quis  
quis est.

Nam iam ad regem rectà me ducam, resq; ut facta  
eloquar.

Ego pol illum ulciscar hodie Thessalū ueneficum,  
Qui peruerse perturbauit familia mentem meæ.  
Sed ubi ille est: intrò edepol abijt, credo ad uxorem  
meam.

Qui me Thebis alter uiuit miserior? quid nunc a-  
gam?

Quem omnes mortales ignorant, & ludificant ut  
lubet.

Certum est introrumpam in ædis, ubi quenq; homi-  
nem aspexero,

Siue ancillam, siue seruum, siue uxorem, siue adul-  
terum:

Seu patrem, siue auum uidebo, obruncabo in ædi-  
bus.

Neq; me Iuppiter, neq; di omnes id prohibebunt, si  
uolunt.

Quin sic faciam uti constitui, pergam in ædis nunc  
iam.

ACTVS



## ACTVS QVINTVS.

BROMIA ancilla, AMPHITRVO.

**S**pes atque opes vite meae iacent sepultae in pe-  
tore,

Necq; ullast confidentia iam meo in corde quin ami-  
serim,

Ita mihi uidentur omnia, mare, terra, coelum conse-  
qui,

Iam ut opprimar, ut enecer, me miserã, quid agam  
nescio.

Ita tanta mira in ædibus sunt facta, uae misera mihi,  
Animo malest, aquam uelim, corrupta sum, atq; ab-  
sumta sum.

Caput dolet, neq; audio, nec oculis prospicio satis,  
Nec me miserior foemina est, neque ulla uideatur  
magis.

Ita herae meae hodie contigit. nam ubi paturit, deos  
sibi inuocat.

Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus, ut subito, ut  
properè, ut ualidè tonuit?

Vbi quisq; institerat, cõcidit crepitu. ibi nescio quis  
maxima

Voce exclamat sic, Alcumena adest auxilium, ne  
time.

Et tibi, & tuis propitius caeli cultor aduenit.

Exurgite, inquit, qui terrore meo occidistis præ-  
metu.

Vti acui exurgo, ardere censui ædis, ita tum con-  
fulgebant.

Ibi me inclamat Alcumena, tam ea res me horrore  
afficit.

Herilis præuertit metus, ocyus accurro ut sciscam  
quid uelit,

Atq; illam geminos filios pueros peperisse conspi-  
cor,

Neque nostrum quisquam sen sinus quum peperit,  
neq; praeuidimus.

Sed quid hoc? quis hic est senex,

Qui ante aedis nostras sic iacet? num' nam huc per-  
cussit Iupiter?

Credo edepol, nam proh Iupiter sepultus est, quasi  
sit mortuus.

Ibo & cognoscam quisquis est. Amphitruo hic  
quidem est herus meus.

Amphitruo. A M. perij. B R. O. surge. A M. inte-  
rij. B R. O. cedo manum. A M. quis me tenet?

B R. O. Tua Bromia ancilla. A M. totus timeo, ita me in-  
crepuit Iupiter:

Nec secus est, quam si ab Acheronte ueniam. sed  
quid tu foras

Egressa es? B R. O. eodem nos formido timidas ter-  
rore impulit:

In aedibus, ubi tu habitas, nimia mira uidi. uae mihi  
Amphitruo, ita mihi animus etiam nunc abest. A M.  
age dum expedi,

Scin' me tuum esse herum Amphitruonem? B R. O.  
Scio. A M. uide etiam nunc? B R. O. scio.

A M. Hec sola sanam mentem gestat mearum familiarium.

B R. O. Immo omnes sani sunt profecto. A M. at me uxor

insanum facit

Suis foedis factis. B R. O. at ego faciam, tu idem ali-

ter praedices

Amphitruo, piam & pudicam esse tuam uxorem

ut scias.

De ea re signa atq; argumenta paucis uerbis clo-

quar.

Omnium



Omnium primò Alcumena geminos peperit filios.

AM. Air tu geminos? BRO. geminos. AM. di me seruant. BRO. sine me dicere,

Vt scias tibi tuæq; uxori deos esse omnes propitios.

AM. Loquere. BRO. postquam parturire hodie uxor occæpit tua,

Vbi utero exorti dolores, ut solent puerperæ,

Inuocat deos immortales, ut sibi auxilium ferant;

Manibus pueris, capite operto .ibi continuo con-

tonat

Sonitu maximo, ædes primò ruere rebamur tuas.

Aedes totæ consulgebant tuæ quasi essent aureæ.

AM. Quæso absoluto hinc me extemplò, quando satis deluseris.

Quid fit deinde? BRO. dum hæc aguntur, interea uxorem tuam

Neq; gementē, neq; plorantem nostrum quisquam audiuius,

Ita perfectò sine dolore peperit . AM. iam istuc gaudeo,

Vt ut erga me est merita. BRO. istæc mitte, atque hæc que dicam accipe:

Postquam peperit pueros, lauere iussit nos . occæpimus.

Sed puer ille quem ego laui, ut magnus est, & multum ualeat?

Neq; cum quisquam colligare quiuit in cunabulis.

AM. Nimia mira memoras, si istæc uera sunt, diuinitus

Non metuo, quin meæ uxori latæ suppetiæ fient.

BRO. Magis iam saxo mira dices. postquam in cunas cõditust,

Deuolant angues iubati deorsum in impliuuū duo

Maximi,

Maximi, continuo extollunt ambo capita. AM. hei mihi.

BRO. Ne paue, sed angues oculis omnibus circumuisere,  
Postquam pueros conspicati, pergunt ad cunas citi.  
Ego cunas recessim rursus uorsum trahere & du-  
cere

Metuens pueris, mihi formidans: tantoq; angues a-  
crius

Persequi. postquam conspexit augues ille alter  
puer,

Citus è cunis exilit, facit re et à in anguis impetum.  
Alterum altera apprehendit eos manu perniciter.

AM. Mira memoras, nimis formidolosum facinus præ-  
dicas.

Nam mihi horror membra misero percipit dictis  
tuis.

Quid sit deinde? porro loquere. B R O. puer am-  
bo anguis enecat.

Dum hæc aguntur, uoce clara exclamat uxor è tuâ.

AM. Quis homo? BRO. summus imperator diuûm atq;  
hominum Iuppiter.

Is se dixit cum Alcumena clam consuetum cubilib.

Eunq; filium suum esse qui illos angues uicerit:

Alterum esse tuum dixit puerum. AM. pol me haud  
pœnitet,

Scilicet boni dimidium mihi diuidere cum Ioue.

Abi domû, iube uasa pura actutum adornari mihi,

Vt Iouis supremi multis hostijs pacem expetam.

Ego Tiresiam coniectorem aduocabo, & cõsulam

Quid faciendum censeat, simul hanc rem ut facta  
est eloquar.

Sed quid hoc? quàm ualidè tonuit, di obsecro ue-  
stram fidem.

IUPITER.



**B** Ono animo es, aſſum auxilio Amphitruo tibi  
& tuis,

Nihil eſt quod timeas. ariolos, aruſpices,  
Mitte omnis: quæ futura & quæ facta, eloquar.

Multo adeò melius, quàm illi, quum ſim Iuppiter,  
Primum omnium Alcumenæ uſuram corporis

Cœpi, & concubitu grauidam feci filio.

Tu grauidam item feciſti, quum in exercitum  
Proſectus, uno partu duos peperit ſimul.

Eorum alter noſtro qui eſt ſuſceptus ſemine,  
Suis factis te immortalis afficiet gloria.

Tu cum Alcumena uxore antiquam in gratiam  
Redi. haud promeruit, quam obrem uitio uorteres.

Mea ui ſubacta eſt facere. ego in cœlum migro.

AMPHITRVO.

**F** Aciam ita ut iubes, & te oro promiſſa ut ſer-  
ues tua.

Ibo ad uxorem intrò, miſſum faciam Tireſiã ſenẽ.  
Nũc ſpectatores, Iouis ſummi cauſſa clare plaudite.

FINIS AMPHITRUVONIS.

## ANNOTATA QVAE

D A M ~~SCENAE~~*in Amphitruone.*

Vius comœdiæ argumentum est in granditate quadam admodum ridiculum. Traduxit enim poeta Tragicum argumentum in scenam comicam. Atq; est fabula illa nota. Iouem adamasse Alcumenam, quæ esset nupta cum fratre patruæ Amphitruone. fuit enim, secundam poetas, Iouis & Danaes filius Perseus, & cum hoc nupta Andromeda Cephei filia. Horumq; filij Alcæus, Sthenelus, Mestor, Electryon, & filia Gorgophone. Alcæi autem filius Amphitruo, & Electryonis, Alcumena ex filia Pelopis, quam fuisse aiunt appellatam Lysidicen. alij Alcmenen fecerunt filiam Amphiarai & Eriphiles, ut Pausanias scripsit. Cum autem interfecisset Electryonem, qui Mideam tenuerat, Amphitruo contulit se cum uxore Thebas, desponsa quidem sibi, sed cui promississet iuratus, se prius uelle ulcisci cædem fratrum ipsius, quam nuptijs eius potiretur. ij fuerant à Taphijs, qui & Teleboæ, interemti. Aduersus hos profectus, qua nocte bello confecto redijt, ea concubuerat, ut poetæ tradidere, cum Alcumena Iupiter, de quo Hercules. Concubitu autem uiri Iphicles conceptus fuit. Sed Plautus tempora & rem commiscuit, & fabulis inuoluit. Nam apud hunc decimo mense post nuptias reuertitur Amphitruo, relicta grauida domi uxore. Iupiter autem tribus noctibus in unam congestis, qua nocte Thebanum solum attingit Amphitruo, eadem ex Alcumena uoluptatem capit, quam prægnantem fecisset mense antè septimo, atq; ea uno



ea uno postea partu, & humanum & Iouialem factum enisa fuit. Hæc autem habent insertas uarias ac multiplices ludificationes, & frustrationes & errores, quibus cū singulari festiuitate dilatur argumentum. Et est fabula hæc in primis referta facietis dictis atq; iocis. Res agitur Thebis. Prologus est Mercurius, seruili persona ac habitu, quasi Sosia Amphitruonis. Quod nomē boni ominis à salute ac conseruatione factum est: *Σωσίας* à πὸ τῶ σωσάδαι, ut *Λυσίας* à πὸ τῆ λύσάδαι, *Τισίας* à πὸ τῆ τισάδαι. Amphitruo autem est *Ἀμφιτρίων*: à circumfluentia laborū. Alcumena *Ἀλκυμένη*, quasi *Ἀλκυμένη*, factio nomine de ui & uehemētia fortitudinis seu roboris. Blepharo, *ὄφθαλμος*, à palpebris, *παρρησίμως*. Bromia, à fremitu, qui est *βρομέω*, quo nomine & genus quoddam frumenti appellatur: & *βρομέω* est Bacchus. Thessalæ uerò gentilis est appellatio. Et Creos est *κρέων*, id est regnator.

*In argumentis.*

Annotabuntur à me non omnia quidem illa quæ in nostra editione aliter, quàm in antè euulgatis libris leguntur. nam quis esset modus harum annotationum futurus? Sed ea duntaxat notabimus, in quibus aut mutationem aliquam nostram, aut temeritatem aliorum indicandam, aut explicatiunculam adhibendam, aut de scriptura ueteri disputandum putauerimus: in reliquis, quemadmodum & prius, ita nunc petimus nostræ fidei credi, deuinæ illi quidem ad exemplum nostrum uetus, ita ut cum hoc illā periclitari necesse sit. Sed de his satis. Duo sunt huius comædiæ argumenta, à posterioribus, ut apparet, composita: quorum unum habet *ἀκροασις* nominis fabulæ. In quo Alcumenas quidem reliquimus, sicut scriptum repereramus: etsi duriusculè cadit genitiuus hac forma, & mendum ac uerum esse suspicor, Alcumenæ: quamuis ueteres hac forma crebrò ufos esse sciam. Versus argumentorum

rum & prologi sunt Senarij Iambici, id est, *τριμετρὸν ἀκατάλληλοι*.

*Omnem rem.*) Omnem rem, κατ' ἐπίσω αὐτοῦ Spon deus. Atq; esse, o, initialem propter nominis designationem oportet.

*Histrioniam*) Histrionia, sicut Alimonia, Querimonia. alij scripsere Histrionicam, quæ forma est græca, ut *ῥητορικὴ, ἀρχιτεκτονικὴ*. tales enim sunt apud Græcos appellationes artium, facultatum, scientiarum. sed nos ueterem scripturam retinuimus. Quod sequitur, Etiam histriones anno, cum in proscenio hîc Iouem inuocarunt. Hoc igitur cur & quomodo mutarint aliqui ipsi uiderint. Significat autem, in aliqua fabula singulariter Iouem fuisse inuocatum, & fortasse euentu quopiam memorabili, idq; ante annum. Res uerò tum omnibus nimirum nota fuit. Et est in lingua latina non inusitata talis locutio. & Plautus similiter Menæchmis, Emi istanc anno, uxori meæ.

*Natus Argis.*) τὸ ἀργὸν Græci: ut Horatius, Aptum diceret equis Argos, ἀργὸν ἰππιότατον. Et Argi, sicut Puteoli, Harpi. ut Maro, Dulces reminiscitur Argos. et, Omnia ni repetât Argis. et, Ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit. Sed in Nonio legitur, quod Argus fit Argiuis, κατ' ἰναλλαγῶν, ut Dardanus, Dardanius. & adducitur hic uersus, Natus Argus ex Argo patre. Etsi tamen uera esse scriptura potest, ut in ueteri est, Argis.

*Electri F.*) Electryo perhibetur fuisse pater Alcumenæ, id est Ἠλεκτρῶνον: quod nomen nunc Plautus μεταπέλασεν, & fecit ut esset Ἠλεκτρον.

*Thebano poplo.*) κατὰ συγγραμμῶν pro populo, quem admodum & paulo pòst.

*Graudam Alc.*) Aut legendum Alcumenam hanc *ἀλητικῶς*, nempe in argumento, aut ἀνὰ ἰνδιχίφιν. Et in sequente mox uersu, pater, *μονοσυλλάβως*. & mox, Dum



Dum ille quacum, in ueteri legitur illam, sed ne sic quidem numeris integris, nisi dum, retineat in inelium. forte scribendum, Dum ille illa quacum uult, transpositis uerbis, id est, cum illa qua uult.

Cum *seruli schema*.) Priscianus libro sexto, & Nonius hoc loco Plauti adducto, schema etiam in genere feminino reperiri docuerunt. Similiter & glaucam ex Plauto notauerunt. Sed hoc etiam uidentur, quomodo prior correpta fuerit, cum sit Græcum σχῆμα. Sunt tamen, qui etiam συνήθητας usurpasse comicos tradat: de quo fortasse alibi paulo copiosius differemus.

Qui me alter.) Huius scenæ primi uersus aliquot sunt τριδάμφοι, ἀνατόληνται. Sed postea numeri confunduntur, ita ut de aliorum uersuum ratione quid certi asseram, non habeam. Nec me fugit, in fragmento Prisciani de carminibus comicis, quandam distinctionem horum exponi: sed nos secuti uetus exemplum, reliquimus in his illam σύγχρησιν pedum, quam etiam ueteres in scriptis comicis notassent, præsertim cum frustra in explicandis & collocandis talibus uersibus occupaturi nos, & operam quoque lusuri fuisset. Plerique tamē τριδάμφοι, clausulæ etiam quedam manifestæ sunt.

Potiuuit.) Ita in nostro exemplo scriptum reperi. Sensus autem est, Mercurio à Ioue patre seruitutem impositam. Et si hæc est figura sermonis nobis ignotior. Immeritò autem queri ait Sosiam seruum, Dauis serui filium, qui uerna natus esset. Quod sequitur, Sum uerò uerna uerbo: si simpliciter legatur, ut à Mercurio pronuncietur, accipietur simpliciter, non reuera, sed simulatione esse seruum Mercurium. Ponitur autem uerbum contra rem in utraque lingua. Sed ut promissam fidem præstem, non debui reticere, in nostro codice expressis literis legi, uerbero, non uerbo. & hæc in uetustioribus expressis

sis libris scriptura etiam inuenitur. De quo mihi in mentem uenit, tacite histrionem hæc respondere: in dignabundum quod ab altero qui Mercurij personam gereret, uerna fuisset appellatus. Sed nihil habemus certi. Quod statim sequitur, Nunc uero mihi in mentem fuit: adducitur à Gellio, sed deprauate. In nostro planè ita est scriptum, nunc uero. Sed Nonius, numero legit.

*Occillet.*) Id quod reperi, reliqui: etsi non repudiandum iudico, quod quibusdam placuit *occillet*.

*Vt salui potiremur hostium.*) Sed uera lectio est, Salui potiremur domi: ita enim propemodum & in nostro libro legitur, & planè Nonius ita retulit.

*Abitinos Argos.*) In nostro libro legitur, Agro, non Argos. Quam ideo non improbo scripturam, quod Amphitruo etsi Argiuus, tunc tamen imperator fuit populi Thebani: & copias reduxisset Thebas, non Argos. Nisi accipiat aliquis Argos, Argiuos, & copias tamen Thebanae fuerunt.

*Nunquam etiam.*) Ab hoc uersu omnes in hac deinceps scena sunt Trochaici Archilochij, id est, *τρίβημι-σποι ἑξατάκταις*.

*Hæc illic.*) Si legamus Pugna pugnata, procedent numeri: aliàs sunt impeditiores, & explicandi illis figuris seu *πρόσθεσι* dictionum. ut sit, Hæc illi est, & non fiat alicubi collisio.

*Nunc pergam.*) Pergam integrum legendum, & domum *μονοσυλλαβως*, ita numeri constabunt.

*Nocturnum.*) *ἀνυπνίατος*, aut *ἀνεγυμνως*, obdormiuifese debrium.

*Virgilia.*) Sanè Vergiliae scribuntur in nostro libro, & Sextus Pompeius ait Vergilias appellatas, quod earum exortu uer finiatur, & æstus incipiat. Et sunt contentiones mihi notæ de nomine Vergilij. Mihi tamen Vergiliae, & mutatione Vergiliae, itemq; Virgilius uidetur esse, à uirga, uirgula, uirgulia,



gulia, & Virgilius: & usitata mutatio Virgilie ac Virgilius. Mox autem conducto male, id est magno, inquit Donatus: ut sit simile illi, Male conciliate.

Nunc iam ergo sic uolo.) Aliqui, sic colo, quidam emendauit sic loco, sed illa est uera lectio, sensu simplici & manifesto.

Hei num nam.) De lituris & notis exempli nostri, sibi suspicari ueram esse lectionem: Hei mihi, quia nam ego obolui? id est, cur, aut quo pacto? ut, Hei quia nam tanti cinxerunt athera nimbi? & Ennii hoc, Hei quia nam dictis nostris sententia flexa est?

Verbero.) Possunt rectè hæc ita legi continuè, ut à Mercurio dicantur, usque ad illum locum, quid eo opus?

Auferere.) Si legatur, abibis hinc: uel, ego si, uersus integer fuerit: aliàs explendi numeri *diaploes*, nisi si Iambum admittendum putauerimus, qui & apud Aristophanem in hoc genere uersuum reperitur. Ego sanè non facile à scriptura ueteri recessero, præsertim cum talia multa in Plautinis occurrant: ut paulo post, Aduenisti audaciæ columen, consutis dolis. Vbi tamen si audaciam scribas, antiquis usitatissimæ formæ genitiuum, numeri pleni sint. Quod autè superbum interpretatur hoc loco Nonius, mortuū, ipse uiderit quæ hæc sit interpretatio.

Tuus.) Ut Euripid, Electra, *πάλαιος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς*

Eloquere quid uenisti.) Re quid ue, anapæstus, liquefcente u pro consonante.

Sociennum.) Hoc ita expresse in ueteri per scriptum non fuit, sed mihi tamen uerum uidetur. sustentans autem uersus *diaploes*.

Tu me uiuus.) Ita quidem & in antiquo libro. Sed uera lectio haud dubiè est, Tu me uiuo.

Sed quid ais.) Vtrunque quid *διεσπλάβως* pronun-

ciandum, ut numeris suis uersus absoluatur.

*In tabernaculo.*) In *taber*, Spondeus, absorbita litera a. Et mox: Quid in tabernaculo, uel potius tabernaculo, anapæstus & spondeus.

*Impleui hirneam.*) Vbique planè scribitur in nostro libro *hirnea*, in Nonio *cirnea* legitur: sed & *hirnea* uasis nomen apud Catonem. neque *Cirneam*, cuius quidem originem Græcam esse quidam uolunt, alibi reperio.

*Similest.*) Antiqua collisio, similis est. mox *Nasum* uel *labra*, hæc est scriptura in ueteri libro. in Nonio tamen *nasus* legitur. etsi idem, hoc nomen in neutro genere reperiri probat.

*Collum.*) Ita in ueteri nostro. Sed in Nonio *collus*, in genere masculino.

*Omnem imag.*) *Alciatus Parergis*, ad imagines nobilium, quæ in funeribus præferebantur, hoc retulit.

*Caluus capiam pil.*) Qui liberi fiebant, inquit Nonius, ea causa calui erant, quòd tempestatem seruitutis uidebantur effugere, ut naufragio liberati solent.

*Bene prospereq;.*) *εὐτυχῶν* hic uersus expediendus. sunt autem huius scenæ omnes, Senarij Iambici, id est, *πίμυθοι ἀνάσταυροι*.

*Et ne in suspitione.*) *pi* longa, ut sæpe & in hoc, & in Terentio.

*Suamq; culpam.*) Legendū in mortalem. adducitur hic uersus à Nonio, ubi ait significare uerbū, transferre, euadere.

*Cum Alcumena.*) In hoc uersu, si nihil deest uerborum, crebra *Αυδίπρωσι* sustinendi sunt numeri.

*Bene uale Alcum.*) Huius scenæ uersus sunt Trochajci Archilochij.

*Atq; imperce.*) Manifesta scriptura in nostro est, neque obscurus sensus. Iubet enim uicinam *Alcumenam* partui, parcere sibi, & gerere diligentem curam corporis sui, neq; quicquam laboris aut molestiæ



stia illo tempore suscipere.

Non adest ad exerc.) e absorbtum fuit pronuncia-  
tione, ut supra in prologo in exercitum, ab exercitu.

Quam blandē.) Quam *δουμάτως* legendum.

Ego faxim.) Si nihil deest in hoc uersu, aut sunt cō-  
misti pedes, aut elisione superfedēdum est: quod qui  
dem ubique annotare uisum non fuit.

Quam lectus ubi cub.) Hunc esse genitiuum, ut cubi-  
tus, sonitus, fructus, Priscianus docuit lib. 6.

Qualest.) Annotauit Nonius, neutrum positum  
esse pro masculino, sed falso. nam est hæc *ἑπισωα-  
λαφῆ* ueteribus usitata, ut paulo antè similest, pro si-  
milis est: sic nūc qualest, qualis est. In Nonio autem  
legitur culest, mēdosē forrasse, omissa litera a. Etsi ut  
nunc in mentem mihi uenit, possunt hæc in neutro  
etiam genere *ναρ ἑπισωαφῆ* ita facta accipi, ut similia  
apud Græcos multa reperiuntur.

Cedas die.) id est diei, nota *συναίρεσις*. Sed concedas si  
legeretur, essent numeri integriores.

Quem pol ego.) uel Qui ego iam hoc scip. Nam &  
hæc scriptura ex antiquo libro posset colligi. utraq;  
oratio est *ἰσχυρισμῶς*, in pronunciantis iracundia.

Lucescat.) Et Terent. lucescit. Sed in nostra scriptū  
fuit, lucifcat. Nota autem permutatio e & i, ut pute-  
sco, putifco.

Age, i tu secundum.) Liquida scriptura hæc in no-  
stro codice. Sūt autē uersus numeris *συνεχόμενοι*, usq;  
ad hūc, Sequere sis herū qui ludificas. à quo omnes  
deinceps in hac scena sunt Trochaici Archilochij.

Eccere iam tu autem.) Ita quidē in nostro codice scri-  
ptura sese habet: non etiam sensu incōueniente. Sed  
Charifius & Nonius sic adducunt, Eccere iā tuatim  
facis: id est, tuo more.

Qui uerba loquitur.) Malim uera, uel potius uerum:  
sed noster liber non astipulabatur.

Non soleo.) Labant & confunduntur numeri, ut &  
in octauo ab hoc, & penultimo. h 3 Satin

*Satin parua res.*) Nihil polliceor de distinctione horum uersuum, qui sunt in hac scena ante eum, cuius est initium, Edepol me uxori exopt. Sūt autem plerique quadrati, confusis pedibus.

*Quem penest.*) Id est, penes est. Paulo autem ante uictor belli clueat: id est, celebretur. *ἀνὰ τὴν νύκτα* esse quidam uolunt. Plinius tamen cluere dicit esse pugnare, unde & Cluacina Venus.

*Ed-pol me.*) Versus omnes deinceps huius scenæ sunt Trochaici Archilochij.

*Cœtu.*) Id est, coitu, hoc est coitione, mutatis literis oi in œdiphthongum.

*Properare sese aiebat.*) Sic est & in nostro libro. Verum animaduerti passim multa de ascripta interpretatione in uersus inculcata: id quod & hoc loco factum fuisse suspicor. Versus enim pronomen duplicatum non desiderat.

*Animam omnem intertraxero.*) Iocus festiuus. nam aqua de puteo extrahitur, ut in Rudente. ita dixit *καθ' ὅσονταρ*, Nisi omnem aquam de puteo extraxero, & illum desiccaro, quæ esset quasi exanimatio putei. Non enim certè simpliciter anima hoc loco aquam significat, secundum annotationem Nonij.

*Rumificant.*) Ut scriptum in nostro reperimus, ita curauimus exarari. & est *αἰδύλογορ* ad magnificare, & si milia. Nonius tamen legit, rumiferant: & dicit hoc esse, honestè rumoribus ferre.

*Qui istuc.*) Nurat uersus, ac suspicor sic legendum, me, mi uir: ita enim constitit.

*Te heri me uidisse.*) Transpositis uerbis uersus erat simpliciter rectus, Te me heri.

*Sed mulier postquam experr.*) Et hic uersus adhæreo scit. & *ἀνασπύοι* expediendus est, si nihil fortè deesse existimandum.

*Mibi illi.*) Ita scriptū est in nostro, ut sæpe alibi pro illic. & omitti c, numeri postulant.



Pro *cerita* circ.) *Αυτοπροσω* et hic uersus requirit: licetq; faciamus quin, *Αυτοδραβου*. Ceritā aut illā, id est furiosam, circumferri oportere seruus cēser, id est lustrari. (Hei non placet.) Aut ehei, aut *Αειλαοιαδει* heihei legendum uidetur, numerorum causa.

Qua istaec propter.) Scribendum, Qua istaec propter. est enim *τιμωρι*, pro simplici, quapropter istaec.

Tu si me impud.) Etsi mendii aliquid in hoc uersu esse suspicamur, tamen quam proximē ueterē scripturam expressimus, & numeri utcunq; procedunt, & sensus est satis congruus.

Nec nobis praesente.) Ex hoc loco perspici potest incogitantia & audacia quorundam, qui post priora uulnera grauissimas plagas inflixerunt Plauto, te meritate castigationis. Insuper enim huc alienissima de Nonio, qui docuit praesente & absente significationem etiam habere multitudinis, testib. citatis Plauto & Afranio. Etsi autem (nam fatebimur uerum) quaedam hoc loco desiderabantur in nostro codice, resututos tamen & uersus & sensum integritati suae confidimus.

Aequum est fieri.) Fieri, i longa: ut & supra, Quid uis fieri? sed & alibi.

In superiore qui.) Qui *Αυτοδραβου* legendum, *κατα Αειλαοιαδει*. Sunt autem huius scenae uersus Iambici Senarij.

Ne hanc incoatam.) Ita scribitur omnibus literis in nostro codice. Sext. tamē Pomp. uel is unde ipse hoc descripsit, inchoare à chao Hesiodico deducit, nimis altē petita ab origine. Dicit autē hoc Iupiter, Ne inter initia perficiam fabulam: id est, relinquam inabolutam. Etsi ut uerum fatear, incoatio in lingua latina significare imperfectionem uidetur: nam quod Graeci *ἀτελής* dixerunt, id Latinis est incoatum.

Esse a simulabo.) O, retinendum in elisum, ut numeri si progrediantur.





Quando exiurauisti te mihi hæc dixisse per iocum.

In nostro libro desiderabatur.

*Commentus.*) Nonius pro communitus: ut communitus, uideri possit integrum.

*Sic cispellam uirum.*) Non affirmo ueram hanc esse lectionem. In nostro erat, Inde optimè scispellam. de quo nos illud effinximus, præsertim cum unam adhuc syllabam numeri requirerēt. Sunt enim Terra metri Iambici *ἀναρῶντες* huius scenæ uersus omnes, præter ultimos tres, qui sunt *ῥίμπος*. Fortasse uerum sit, sic aspellam, ut Mercat. Qui ad uersum eum aspel lito.

*Naucratem quem conu.*) Versus huius, itemq; sequētis scenæ sunt Trochaici Archilochij.

*Vlmorum acheruns.*) Veteres dixisse in genere scæmi nino Acheruntē, cōstat. Et Non. annotauit adducto loco de Captiuus Plauti. Sed & Aggerunta dixerūt, aspiratione mutata, quā priscos Latinos nō usurpasse scimus, in quo est & Aggestionis significatio.

*Sacrufico ego tibi.*) Post hunc uersum multa sanè de sunt in nostro libro, & in ueteribus impressis. de quibus quidam eruditi contendunt, Plautina ne sint ea, quæ nunc in libris impressis leguntur, an non sint. Quam nos quidem controuersiam indecisam relinquentes, hoc loco curauimus illos uersus, quibus argumentum contextitur, exarari ita, ut in editis libris leguntur. Sanè quo minus *γυνομίους* existimem, in causa cum alia sunt, tum quòd de Amphitruone Plauti à Nonio adducuntur quædam, quæ de hoc loco assumta uidentur esse: ut hoc, Nihil te pudet scelestæ populi in cōspectu ingredi. & hoc, Optimo iure infringatur aula cineris in caput. & hoc, Ne tu potules matellā unā tibi aquæ infundi in caput. Itē, Hærus Amphitruo occupatus. & Eo more expergefactum adueniens tenebrosam offendi domū. Itemq;

Animã comprime. & Quasò adueniēti morbo tute medicabis. & Laruatus edepol hominē miserū medicū quæritat. ac fortasse & hoc, Ibi scrobes fodito sexagenos in dies. uel ut Prisc. lib. 7. Scrobes effodito duplos sexagenos in dies. Illud quidem, quod & ipsum à Nonio adducitur, insertum fuit, Quid minitabas te facturum? si istas pepulisset fores. Sed, ut dixi, cōtrouersiam istam indecisam relinquemus. Verus autem qui uulgo hoc loco leguntur: hi sunt,

A M. Tun' me mactēs carnufex: nisi formam dii hodie meam perduint, (hostiæ

Faxo ut bubulis corijs onustus sis Saturni  
Ira ego te certò cruce & cruciatu mactabo. exi  
foras (territas?

Mastigia. M E. larua umbratilis, tu me minis  
Nisi hinc actutum fugias, si denuò pultaueris:  
Si minusculo digito increpauerint fores, hac te  
gula (quam excrees.

Tuum deminuam caput, ut cum dentibus lin-

A M. Tū' furcifer meis me procul prohibebis ædib.  
Tun' meas pultare foreis? hæc illico toto de  
moliar cardine.

M E. Pergin' A M. pergo. M E. accipe. A M. sceleste,  
in herum? si te hodie apprendero, (ser.  
Ad id redigam miseriarum, ut semper sis mi-

M E. Bacchanal te exercuisse oportuit senex. A M.  
qui dum? (censeos?

M E. Quando tu me tuū seruom censes. A M. quid

M E. Malum tibi præter Amphitruonem, herū no-  
ui neminem.

A M. Num formam perdidisti? mirum quin me noris  
Sofia.

Scrutabor, cho dic mihi, quis uideor? num sa-  
tis Amphitruo? (Etum senex,

M E. Amphitruo: sanus 'ne es?' nōn ne tibi prædico  
Bacchanal te exercuisse, quom qui sis, alium  
rogites? Ab



Abſcede moneo. moleſtus ne ſies, dum Amphitruo  
(luptatem capit.

Cum uxore modò ex hoſtibus adueniens, uò.

AM. Qua uxore? ME. Alcmena. A M. quis homo?  
ME. quotiens uis dictum? Amphitruo  
Herus meus: moleſtus ne ſies, A M. qui cū cubat?  
(diſices,

ME. Vide ne infortunium quæras, qui me ſic lucu

AM. Dic quæſo mi Sofia. ME. blandius eum Alcmena. A M. in eodem ne

Cubiculo? ME. imò ut arbitror, corpore corpus incubat. A M. uæ miſero mihi.

ME. Lucrifit, quod miſeriam depurat. nam uxorẽ  
uſurariam

Perinde eſt præbere, ac ſi agrum ſterilem  
odiendum loces. (nouifti uerbero?

AM. Sofia. ME. quid (malum) Sofia? A M. num me

ME. Noui te hominem moleſtum, qui ue emas litigium. A M. adhuc

Amplius, non ne ego herus ſum tuus Amphitruo? ME. tu Bacchus es,

Haud Amphitruo. quoties tibi dictum uiſum  
num denuò?

Meus Amphitruo uno cubiculo Alcmenam  
complexu tener.

Si pergas, eum hic ſiſtam, neq; ſine tuo magno  
malo.

AM. Cupio accerſi, utinam pro benefactis dij patriam.

Aedeis, uxorem, familiam, cum forma una per  
duam.

ME. Accerſam equidem: ſed de foribus tu intereaſiſ  
ſis uide.

Credo iam quæ uolebat ſacrificia ad epulum  
conduxit:

Si moleſtus ſis, euades nunquam, quin te ſacrificem.  
A M.

ANNOTATIONES  
AMPHITRVO, BLEPHARO,  
SOSIA.

- AM.** **D**I uostram fidem, quæ intemperiarum nostram agunt familiam? quæ mira Video, postquam aduenio peregrinè? Nā uerust quod olim est auditum (nes, Fabularier, mutatos Atticos in Arcadia hominè Et sæuas belluas mansitasse, nec unquam de nuò parentibus Cognitos. **BL.** quid illuc Sosia? magna sunt, quæ mira prædicas.  
Ain tu alterum te reperisse domi consimilem Sosiam domi?
- SO.** Aio. sed heus tu, quū ego Sosiam, Amphitruonem Amphitruo, quid scis an Tu fortè alium Blepharonem parias, ô di faciant, ut tu quoq; Concisus pugnis, & illis dentibus, id impransus creduas.  
Nam ego ille alter Sosia, qui illic sum, me malis multauit modis.
- BL.** Mira profectò, sed gradus condecet grandire: nam ut uideo,  
Expectat Amphitruo. & uacuis mihi uenter crepirat. **AM.** ecquid aliena Fabulor? in nostro olim Thebano genere plus quam mira memorant.  
Martigenam ille aggressus belluam magnam Europæ quæstor anguineo Repentè hosteis peperit feminio: & pugnata illac pugna  
Fratrè trudebat fratrem hasta, & galea, & nostræ autorem gentis,  
Cum Veneris filia angueis repisisset tellus Epirotica  
Vidit. de summo summus Iuppiter sic statuit, sic fatum habet. Optumi



Optimi omnes nostrates pro claris factis, diris aguntur malis.

Fata istæc me premunt, pertolerarem uim tantam, cladesq;

Exanclarem impatibiles. S O. Blepharo. B L. quid est? S O. nescio quid mali suspicor.

**BL.** Quid? S O. uidefis, herus saluator oppellatas ante foreis graditur.

**BL.** Nihil est, famem expectat obambulans. S O. curiose quidem: foreis enim

Claudit, ne præuorteretur foras. B L. oggānis. S O. nec gannio, nec latro.

Si me audias, obserues. nescio quid secū solus, puto

Rationes colligit: quid memoret, hinc excipiam, ne propera.

**AM.** Ut metuo, ne uictis hostibus di partam expungant gloriam:

Toram miris modis nostram uideo turbatam familiam.

Tum uerò uxor uitio, stupro, dedecore me plena enicat.

Sed de patera mirus, erat tamen signum obsignatum probè.

Quid enim? pugnas pugnatas prolocuta, & Prætelam oppugnatum,

Nostris occisum manibus fortiter. attat nouiam ludum:

Id Sossæ factus opera, qui me hodie quoque præsentem aufit

Indignè præuortier. S O. de me locutus, & que uelim minus.

Hominem ne congregiamur quæso, priusquàm stomachum detexerit.

**BL.** Ut lubet. A M. si illum datur hodie mastigiam apprehendere, ostendam quid sit

Herum

Herum fallere minis, & dolis incessere, S O. au  
din' tu illum? B L. audio.

S O. Illac machina meas onerat scapulas, compelle-  
mus sis hominem.

Scin' quid uolgo dici solet? B L. quid dicturus  
sis. nescio:

Quid tibi patiūdum, ferè hariolor. S O. uetust  
adagium, fames & mora

Bilem in nasum conciant. B L. uerūm quidem  
è loco compellemus

Alacre. Amphitruo? A M. Blepharonem audio,  
mirum quid ad me ueniat.

Opportunè tamen se offert, ut uxoris facta cō  
uincam turpia.

Quid huc ad me Blepharo? B L. oblitus tam ci  
tò? quàm diluculo

Misisti ad nauim Sofiam, ut hodie tecum con-  
uiuerem?

A M. Nusquam factum gentium. sed ubi illic scele-  
lestus? B L. quis? A M. Sofia.

B L. Eccum illum. A M. ubi? B L. ante oculos, nō ui-  
des? A M. uix uideo præ ira, adeò me istic

Hodie delirum fecit. ne te sacrificem, nunquā  
euades.

Sine me Blepharo. B L. ausculta precor. A M.  
dic, ausculta, tu uapula.

S O. Qua de re? num satis temporis? non ocysus qui  
ui, si me

Dædaleis tulissē remigijs. B L. abstine quæ-  
so, non potuimus

Nostros grandius grandire gradus, A M. siue  
gralatorius, siue

Testudineus fuerit, certumst mihi hunc scele-  
stum perdere.

En tectum, en tegulas, en obductas fores, en  
ludificatum herum,

En



En uerborum scelus. B L. quid mali fecit tibi?

A M. rogas? ex illo

Tectō exclusum foribus, me deturbauit adibus. S O. ego ne?

A M. Tu. quid minitabas te facturum, si istas pepulisset fores?

Negas scelestes? S O. quin negem? en testis ampliter, qui cum uenio,

Missus sedulo, ut ad te uocatum ducerem. A M. quis te misit

Furcifer? S O. qui me rogat. A M. quando gentium? S O. dudum, iam, pridem, modo,

Vbi cum uxore domi redisti in gratiam. A M. Bacchus te irritasit.

S O. Nec Bacchum salutem hodie, nec Cererem tu purgari iusseras

Vasa, ut rem diuinam faceres: & hunc me accersitum mittis,

Vt tecum prandeat. A M. Blepharo, dispercam, si aut intus adhuc fui.

Aut si hunc miserim: dic, ubi me liquisti? S O. domi cum Alcumena coniuge.

Ego à te abiens portum uorsus uolito, hunc tuis uerbis uoco.

Venimus, nec te nisi nunc uideo postea. A M. scelestum caput, cum uxore?

Nunquam abis, quin uapules. S O. Blepharo. B L. Amphitrūo mitte hunc mea gratia,

Et me audias. A M. en mitto, quid uis loquere. B L. isticiam dudum mihi

Maxima memorauit mira. præstigiator forte, aut ueneficus

Hanc excantat tibi familiam, inquire aliunde, uide quid fiet.

Nec ante hunc excruciatum miserum facias, quam rem intelligas.

Reft

AM. Rectè mones, eamus, te aduorsum uxori etiã aduocatum uolo.

IUPITER, AMPHITRVO  
SOSIA, BLEPHARO.

IV. **Q** Vis tam uasto impete has foreis toto conuolsit cardine?

Quis ante ædeis tantas tandiu turbas concitat: quem si comperero, Telebois sacrificabo manibus. nihil est, ut dici solet,

Quod hodie bene succedat mihi, deserui Blepharonem, & Sosiam,

Vt cognatum Naucraten conuenirem: hunc non reperi, & illos perdidit.

Sed eos uideo: ibo aduorsum, ut si quid habet, scisciter. SO. Blepharo, illic qui

Ex ædibus herus est, hic uerò ueneficus. BL. pro Iuppiter,

Quid intueor? hic nõ est, sed ille Amphitruo, istic si fuit,

Illum sanè nõ esse oportuit, nisi quidem sit geminus.

IV. Eccum cum Blepharone Sosiam: compellabo hos prius. Sosia,

Tandem ad nos? esurio. SO. dixin' tibi hunc ueneficum?

AM. Immò hunc ego, Thebani ciues, qui domi uxorem meam

Impudicitia impediuit, per quem teneo thesaurum stupri.

SO. Here, si tu nunc esuris, ego satur pugnīs ad te uolito.

AM. Pergin' mastigia? SO. abi ad Acheruntem uenefice. AM. men' ueneficum?

Vapula. IV. quæ hospes intemperię, ut tu me um uerberes? AM. tuum? IV. meum.

Mentiris.



- AM. Mentiris. IV. Sofia, i intro: dum hunc sacrificio,  
fac paretur prandium.
- SO. Ibo. Amphitruonē (arbitror) ita comiter Am-  
phitruo  
Accipiet, ut dudum memet ego ille alter Sofia  
Sofiam.  
Interea dum isti certāt, in popinam deuortun-  
dunt mihi:  
Lances detergam omneis, omneisq; trullas  
hauriam IV. tun' me  
Mentiri ais? AM. mentiris inquam, meæ cor-  
ruptor familiæ.
- IVP. Ob istuc indignum dictum, te obstricto collo  
hac arripiam.
- AM. Væ misero mihi. IV. at id præcauisse oportuit.  
AM. Blepharo suppetias mihi.
- BLE. Consimiles sunt adeò, ut utri ahsim, nesciam:  
rixam tamen,  
Vt potest, dirimā. Amphitruo noli Amphitruo  
nem duello perdere.  
Linque collum precor. IV. hūc tu Amphitruo  
nem dictitas?
- BLE. Quid ni? unus olim, nunc uerò partus est ge-  
minus,  
Dum tu uis esse, alter quoq; esse forma nō de  
finit.  
Interea quæso collum linque. IV. linquo: sed  
dic mihi, uidetur ne tibi  
Istic Amphitruo? BL. uterq; quidē. AM. prohi-  
summe Iuppiter, ubi hodie  
Mihi formam adimis, perge quærere: tun' Am-  
phitruo? IV. tu negas?
- AM. Pernego, quando Thebis, præter me, nemo est  
alter Amphitruo.
- IVP. immò, præter me, nemo: atq; adeò, tu Blepha-  
ro iudex fies.

*Amphitruo  
420 7-7745  
Hanc. ad. 371*

- BLE.** Faciam id si queo signis palàm, tu responde prius. *AM.* lubens.
- BLE.** Antequàm cū Taphijs à te pugna sit inita, quid mandasti mihi?
- AM.** Parata naui, clauo hæreris sedulo.
- IVP.** Vt si nostri fugam facerent, illuc me tutò reciperem. (supium.
- AM.** Item aliud, ut bene nummatū seruaretur maro.
- IV.** Quæ pecuniæ? *BL.* tace sis tu, meum sit querere. scisti numerum?
- IVP.** Talenta quinquaginta Attica. *BL.* hic examus sim rem enarrat. & tu,  
Quot Philippei? *AM.* duo milia. *IV.* oboli uerò bis totidem. *SO.* uterq;  
Rem tenet probè. intus in crumena clausum alterum esse oportuit.
- IVP.** Attende sis, hac dextra (ut nosti) regē mactaui Pterelam,  
Spolia ademi, & pateram, qua ille potare solitus est, in cistella  
Pertuli: dono uxori meæ dedi, quicum hodie domi laui,  
Sacrificauit, cubui. *AM.* hei mihi, quid audio? uix apud me sum,  
Vigilans quippe dormio: uigilans somnio, uiuos & sanus intereo.  
Ego idem ille sum Amphitruo, Gorgophones nepos, imperator Thebanorum,  
Et Creontis unicus, Teleboarum perduellis, qui Acarnanes  
Fr Taphios ui uici, & summa regem uirtute  
Illuc præfeci Cephalum, magni Deionei filium.
- IVP.** Ego idem latrones hostes bello & uirtute cōtudi.



Electryonem perdiderant, nostræ & germanos coniugis,

Achaïam, Aetoliam, Phocidem. per freta Ionium & Aegæum, & Creticum

Vagati, ui uorebant piratica. A M. di immortales, mihimet

Non credo. ita omnia, quæ facta illic, examusim loquitur. Vide

Blepharo. BL. unum superest: id si fuit, Amphitruones fitote gemini.

IVP. Quid dicas noui: cicatricem in dextro musculo ex illo uolnere

Quod mihi impexit Pterela. BL. eam quidem. AM. appositè. IV. uiden? en aspice.

BL. Detegite, aspiciam. IV. deteximus, uide. BL. supreme Iupiter

Quid intueor? utriq; in musculo dextero, eodem in loco,

Signo eodem apparet probè, ut primum coiuuit cicatrix rufula,

Sublurida. Rationes iacent, iudiciū flet, quid agam nescio.

*Sine auum uidebo.*) Ut furens ira loquitur: sed uidebo, o, retinebit, ut uersus subsistat.

*Spes atq; opes.*) Nescio unde Dapes surreperint hoc loco, pro spe, neq; sensu, neq; numeris patientibus. Sunt autem huius scenæ uersus quadrati omnes, τράμντροι ἀνατάλντροι, & Archilochij quid, & clausula una *Αίμυτρος*.

*Sonitus, tonitrus.*) Ita Nonius. Tonuit aut scriptum est in nostro codice. Mihi tamen uerum uidetur, tonit: sicut & postea, Sed quid hoc? quàm ualidè tonit? paulo item post, ita tum consulgebant, legitur & in nostro codice, uersu Spondaico. Quod si esset consulserant, numeri æquabiliter procederent.

*Hæc sola sanam mentem.*) Non est dissimulandū, ita

nos mutasse priorem scripturā. Sed indicandę etiam  
alię coniecturę fuerūt. In nostro codice legitur *sac*  
*cam mentem, Ac, sarcam, quod quidam fecerunt, nil*  
*planę est. potest autem esse siccam, id est firmam : uel*  
*sartam, id est non læsam, neq; labantem.*

*Angues iubati.*) Ita in nostro libro manifestę scri-  
ptum. Sed Nonius in fœminino genere posuit: *De-*  
*uolant angues iubatę in impluuium duo.* Mirū au-  
tem uidetur, si fœmininum addidit, iubatę, cur non  
& in alijs epithetis hoc seruarit, duo, ambo, cōspica-  
ri: & alterum altera apprehendit eos manu. Hoc igitur  
in medio relinquamus.

*Tu grauidam item.*) Ti quum in, confragose sanę ca-  
dunt in dactylum pedem. Atq; huius scenę uersus  
sunt Senarij Iambici. Tres autem ultimi  
Trochaici Archilochij.

ASINARIA.



## A S I N A R I A ▶

## DRAMATIS PERSONAE.

LIBANVS seruus. PHILENIVM meretrix.  
 DEMAENETVS senex. DIABOLVS adolescens.  
 ARGYRIPVS adolescens. PARASITVS.  
 CLEAERETA lena. ARTEMONA uxor.  
 LEONIDA seruus. GREX.  
 MERCATOR.

## P R O L O G U S.

**H**Oc agite sultis spectatores nunc iam, (ne)  
 Que quidē mihi atq; uobis res uertat be-  
 Gregiq; huic, & domino, atq; conductoribus.  
 Face iam tu præco nunc omnem auritum poplum.  
 Age nunc reside, caue modò ne \*  
 Nunc quid processerim huc, et quid mihi uoluerim,  
 Dicam, ut sciretis nomen huius fabule.  
 Nam quod ad argumentum attinet, sanè breuest.  
 Nunc quod me dixi uelle uobis dicere,  
 Dicam, huic nomen græcè est onagros fabule,  
 Demophilus scripsit, Marcus uortit barbarè.  
 Asinariam uolt esse, si per uos licet.  
 Inest lepos, ludusq; in hac comædia.  
 Ridicula res est. date benignè operam mihi,  
 Ut uos item aliàs, pariter nunc Mars adiuuet.

## A R G V M E N T V M.

Amanti argento filio auxiliarier,  
 Sub imperio uiuens uolt senex uxorio.  
 Itaq; ob asinos relatum precium Saureæ  
 Numerarier iussit seruo Leonidæ.  
 Ad amicam id fertur. cedit noctem filius,

Riuius amens ob præreptam mulierem,  
Is rem omnem uxori per parasitum nunciat.  
Accurrit uxor, ac uirum elustris rapit.

## ACTUS PRIMUS.

LIBANVS seruus, DEMAE-  
NETVS senex.



icut tuum uis unicū gnatum tu  
Superesse uitæ, sospitem et su-  
perstitem:

Ita te obtestor, tum per senectū-  
tem tuam,

Perq; illam quam tu metuis uxorem tuam,  
si quid me erga tu hodie falsum dixeris,  
Vt tibi superstes uxor ætatem fiet:  
Atq; illa uiua, uiuus ut pestem oppetas.

DE. Per deum fidium que queris iurato mihi,  
Video necesse esse eloqui, quicquid roges.  
Ita me obstinate aggressus, ut non audeam  
Profectò percunctanti, quin promam omnia.  
Proinde actutum istud quid sit, quod scire expetis,  
Eloquere, ut ipse scibo te faciam ut scias.

LI. Dic obsecro hercle seriò, quod te rogem.  
Cave mihi mendacij quicquam. DE. quin tu ergo  
rogas?

LI. Num me illuc ducis ubi lapis lapidem terit?

DE. Quid istuc est? aut ubi est istuc terrarum loci?

LI. Vbi flent nequam homines, qui polentam pinsitāt.

DE. Quid istuc sit, aut ubi iustuc sit, nequico noscere:  
Vbi flent nequam homines, qui polentam pinsitant.

LI. Apud sustitudinas, ferricrepinas insulas,  
Vbi uiuos homines mortui incurfant boues.

DE. Modò pol percepi Libane, quid istuc sit loci.

Vbi



Vbi fit polenta, te fortasse dicere. LI. ah.  
 Neq; hercle ego istuc dico, nec dictum uolo.  
 Teq; obsecro hercle, ut quæ locutus despuas.

DE. Fiat, geratur mos tibi. LI. age age usq; excrea.  
 DE. Etiam ne? LI. quæso hercle usq; ex penitis faucib.  
 Etiam amplius. DE. nam quousq;? LI. usq; ad mor-  
 tem uolo.

DE. Cauesis malam rem. LI. uxoris dico, non tuam.

DE. Dono te ob istuc dictum, ut expers sis metu.

LI. Di tibi dent quæcumq; optes. DE. redde operam  
 mihi

Cur hoc ego ex te queram? aut cur miniter tibi?  
 Propterea quòd me non scientem feceris,  
 Aut cur postremò filio succenseam,  
 Patres ut faciunt cæteri? LI. quid istud noui est?

DE. Equidem scio. iam filius quòd amet meus,  
 Istanc meretricem è proximo Philenium.  
 Est ne hoc ut dico Libane? LI. rectam instas uianam,  
 Ea res est, sed eum morbus inuasit grauis.

DE. Quid morbi est? LI. quia non suppetunt dictis  
 data.

DE. Tu ne es adiutor nunc amanti filio?

LI. Sum uerò, & alter noster est Leonida.

DE. Bene hercle facitis. & à me initis gratiam.  
 Verùm meam uxorem Libane nescis qualis sit?

LI. Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus.

DE. Fateor eam esse importunam atq; incommodam.

LI. Posterius istuc dicis, quàm credo tibi.

DE. Omnes parentes Libane liberis suis,  
 Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam iam;  
 Quippe qui magis amico utatur gnato et beneuolo,  
 Atq; ego me id facere studeo. uolo amari à meis,  
 Volo ne patris mei similem, qui caussa mea

Nauclerico ipse ornatu per fallaciam,  
 Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem.  
 Neq; puduit eum id ætatis sycophantias  
 Struere, & beneficijs me emere gnatum suum sibi.  
 Eos me decretum est persequi mores patris.  
 Nam me hodie orauit Argyrippus filius,  
 Vti sibi amanti facerem argenti copiam.  
 Et id ego percipio obsequi gnato meo.  
 Volo amori obsecutū illius, uolo amet me patrem.  
 Quamquam illum mater arctè, contenteq; habet,  
 Patres ut consueuerunt, ego mitto omnia hæc.  
 Præsertim quum is me dignum, qoi concrederet,  
 Habuit, me habere honorem eius ingenio decet,  
 Quum me adiit, ut pudentem gnatū æquū est, patrē.  
 Cupio esse amicæ quod det argentum suæ.

- LI.** Demiror quid sit, & quò euadat, sum in metu.  
**DE.** Equidem scio iam, filius quò amet meus.  
**LI.** Cupis id, quod cupere te nec quicquam intelligo.  
 Dotalem seruum Sauream uxor tua  
 Adduxit, cui plus in manu sit quàm tibi.  
**DE.** Argentum accepi, dote imperium uendidi.  
 Nunc uerba in pauca conferam, quid te uelim,  
 Viginti iam usus filio argenti minis.  
 Face id ut paratum iam sit. **L. I.** Vnde gentium?  
**DE.** Me defraudato. **L. I.** maximas nugas agis.  
 Nudo detrabere uestimenta me iubes.  
 Defrudem te ego? age sis tu sine pennis uola.  
 Te ne ego defrudem? qoi ipsi nihil est in manu?  
 Nisi quid tu porrò uxorem defraudaueris.  
**DE.** Quà me, quà uxorem, quà tu seruom Sauream  
 Potes, circumduce, aufer. promitto tibi,  
 Tibi non offuturum, si id hodie effeceris.  
**LI.** Iubeas una opera me piscari in acre,



Venari autem fete iaculo in medio mari.

- DE. Tibi optionem sumito Leonidam.  
Fabricare quiduis, quiduis comminiscere.  
Perficito argentum hodie ut habeat filius,  
Amice quod det. LI. quid ais tu Demanete?  
Quid si forte in insidias deuenero?  
Tu redimes me, si me hostes interceperint?
- DE. Redimam. LI. tum tu igitur aliud cura quid lubet.
- DE. Ego eo ad forū, nisi quid uis? LI. i, etiā ne ambulas?
- DE. Atq; audin etiam? LI. ecce. DE. si quid te uolam,  
ubi eris?
- LI. Vbicunq; libitum fuerit animo meo.  
Profecto nemo est, quem iam dehinc metuam mihi,  
Ne quid nocere mihi possit, quum tu tua  
Oratione omnem animum ostendisti tuum.  
Quin te quoq; ipsum facio haud magni, si hoc pa-  
tro.  
Pergam quod occcepi, atq; ibi consilia exordiar.
- DE. Audin tu? apud Archibulū ego ero argentarium.
- LI. Nempe in foro? DE. ibi, si quid opus fuerit. LI. me-  
minero?
- DE. Non esse seruus peior hoc quisquam potest,  
Nec magis uersutus, nec quo ab caucas agrius.  
Eidem homini, si quid recte curatum uelis,  
Mandes. moriri sese miserē mauolet,  
Quam non perfectum reddat quod promiserit.  
Nam ego illud argentum tam paratum filio  
Scio esse, quam me hunc seipionem contui.  
Sed quid ego cesso ire ad forum, quod inceperam?  
Ibo, atq; ibi manebo apud argentarium.

ARGYRIPPVS adolescens.

**S**iccine hoc fit, foras adibus me eijci?  
Promerenti optumē, hoccine precij redditur?

i s Bene

Bene merenti mala es, malè merenti bona es.

At malo cum tuo. nam iam ex hoc loco

Ibo ego ad tres uiros, uestra q̄; ibi nomina

Faxo erunt, capitis te perdam ego & filiam:

Perlecebre, pernicies, adolescentum exitium.

Nam mare haud est mare, uos mare accerrimum.

Nam in mari repperi, hic elauì bonis.

Ingrata atq; irrita esse omnia intellego

Quæ dedi, & quod benefeci: ac posthac tibi,

Malè quod potero facere, faciam, meritoq; id faci-  
ciam tuo.

Ego pol te redigam eòdem unde orta es, ad egesta-  
tis terminos.

Ego edepol te faciam, ut quæ sis nunc, & quæ fue-  
ris, scias,

Quæ priusquam istam adij, atq; amans ego animi  
meum isti dedi,

Sordido uitam oblectabas pane, in pannis, inopia.

Atq; ea si erāt, magnas habebas omnib. dis gratias.

Eadem nunc quum est melius, me cuius opera est  
ignoras mala.

Reddam ego te ex fera fame mansuetam, me specta-  
modò.

Nam isti quid succenseam ipsi nihil est, nihil quic-  
quam meret.

Tuo facit iussu, tuo imperio paret, mater tu, eadem  
hera es.

Te ego ulciscar, te ego ut digna es, perdam, atque  
ut de me meres.

At scelesti uiden' ut ne id quidem me dignum esse  
existumat,

Quæ adeat, quæ colloquatur, cuiq; irato supplicet.

Atq; eccam illecebra exit tandem, opinor hic ante  
ostium.



Meo modo loquar quæ uolam, quoniam intus non  
licitum est mihi.

LENA Cleæreta, ARGY-  
RIPPVS adolescens.

**V** Numquodq; istorum uerbum nummis Phi-  
lippeis aureis

Nō potest auferre hinc à me, si quis emtor uenerit.  
Nec rectè quæ tu in nos dicis, aurum atq; argen-  
tum merumst.

Fixus hic apud nos est animus tuus clauo Cupi-  
dinis.

Remigio, uelocq; quantum poteris, festina et fuge.  
Quam magis te in altum capeffis, tam æstus te in  
portum refert.

**AR.** Ego pol istum portitorem priuabo portorio.  
Ego te dehinc ut merita es de me, et mea re, tracta-  
re exequar:

Qom tu me ut meritus sum non tractas, quæ eijs  
domo.

**LE.** Magis istuc picipimus lingua dici, quam factis fore.

**AR.** Solus solitudine ego te atq; ab egestate abstuli.  
Solut si ductem, referre gratiam nunquam potes.

**LE.** Solus ductato, si semper solus quæ poscam dabis.  
Semper tibi promissum habeto hac lege dum supe-  
res datis.

**AR.** Qui modus dandi? nam nunquam tu quidem exple-  
ri potes.

Modò quidem accepisti: haud multò aliquid post  
quod poscas, paras.

**LE.** Quid modist? ductando, amando, nunquam ne ex-  
pleri potes?

Modò remisisti, cōtinuò iā ut remittā ad te rogas.

Dedi

AR. Dedi equidem quod mecum egisti. LE. & tibi ego  
nisi mulierem,

Par pari datum hostimentust, opera pro pecunia.

AR. Male agis mecum. LE. quid me accusas? si facio of-  
ficiū meum.

Nam neq; usquā fictum, neq; pictum, neq; scriptum  
in poematis,

Vbi lena bene agat, cum quiquam amante, quæ fru-  
gi esse uolt.

AR. Mihi quidem te parcere equum est tandem, ut tibi  
durem diu.

LE. Non tu scis, quæ amanti parcat, eadem sibi parcat  
parum.

Quasi piscis itidem est amator lenæ, nequam est  
nisi recens,

Is habet succum, is suauitatem, cum quouis pacto  
condias:

Vel patinarium, uel assum, uerses quo pacto lubet.

Is dare uolt, is se aliquid posci. nam ubi de pleno pro-  
mitur,

Neque ille scit quid det, quid damni faciat, illi rei  
studet.

Volt placere sese amicæ, uolt mihi, uolt pedisequæ,

Volt famulis, uolt etiam ancillis, & quoq; catulo  
meo

Subblanditur nouos amator, se ut quum uideat, gau-  
deat.

Vera dico, ad suum quemq; hominem questum esse  
equum, est callidum.

AR. Perdidici istæ esse uera, damno cum magno meo.

LE. Si ecceator nunc habeas quod des, alia uerba perhi-  
beas:

Nunc quia nihil habes, maledictis tu eā ductare po-  
stulas.



AR. Non meum est. L. E. nec meum quidem edepol, ad  
te ut mittam gratijs.

Verum etatis atq; honoris gratia hoc fiet tui.

Quia nobis lucro fuisti potius, quam decori tibi.

Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in ma-  
num,

Hanc tibi noctem honoris causa gratijs dono dabo.

AR. Quid si non est? L. E. tibi non esse credam illa, aliò  
ibit tamen.

AR. Vbi ille que dedi ante? L. E. abusa. nam si ea dura-  
rent mihi,

Mulier mitteretur ad te, nunquam quicquam po-  
scerem.

Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento  
non emo:

Cetera quæq; uolumus uti, græca mercamur fide.

Quæ a pistore panem petimus, uinum ex cenopolio,

Si æs habent, dant mercem. eadem nos disciplina  
uimur.

Semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod  
uident.

Vetus est, nihili coctio est, scis, cuius? non dico am-  
plius.

AR. Aliam nunc orationem despoliato prædicas:

Longè aliam præbes inquam, nunc atq; olim quom  
dabam.

Aliam atq; olim quom illiciebas me ad te blandè ac  
benedicè:

Tum mihi ædes quoq; arridebant, quom ad te ue-  
niebam, tuæ.

Me unice unum ex omnibus te, atque illam amare,  
aieb as mihi.

Vbi quid dederã, quasi columbæ pulli in ore ambæ  
meo

Vsq;ue

Vsq; eratis, meo de studio studia erant uostra omnia.

Vsq; adheretis, quod ego iusseram, quod uolueram

Faciebatis: quod nolebam ac uetuerã, de industria Fugebatis, neq; conari id facere audebatis prius.

Nunc neq; quid uelim, neq; nolim, facitis magni pefsumã.

LE. Nõ tu scis? hic noster questus aucupij simillimus? Auceps quando cõcinnauit arcem, offundit cibum: Aues affuescunt. necesse est facere sumtum, qui querit lucrum.

Sepe edunt: semel si sunt captæ, rem soluunt aucupi. Itidẽ hic apud nos. ædis nobis arca est, auceps sum ego.

Esca est meretrix, lectus illex est, amatores aues.

Bene salutando consuescunt, cõpellando blanditer, Osculando oratione uinula, uenustula.

Si papillam pertractauit, haud id est ab re aucupis.

Suauium si sumsit, sumere eum licet sine retibus.

Heccine te esse oblitum, in ludo qui fuisti tamdiu?

AR. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abste amoues.

LE. Remeato audacter, mercedem ubi eris nactus: nũc abi.

AR. Mane, mane, audi: dic quid me æquum censes pro illa tibi dare,

Annum hunc ne cum quiquam alio sit. LE. te'ne? uiginti minas.

Atq; ea lege, si alius ad me prius attulerit, tu uale.

AR. At ego, est etiam priusquam abis, quod uolo loqui. LE. dic quod lubet.

AR. Non omnino iam perij, est reliquum quod peream magis. Habeo



Habeo unde istuc tibi quod poscis dem: sed in leges  
meas

Dabo, uti scire possis, perpetuum annum hunc mihi  
uti seruiat,

Nec quenquam interea alium admittat prorsus,  
quàm me, ad se uirum.

LE. Quin si tu uoles, domi serui qui sunt castrabo uiros.  
Postremò ut uoles nos esse, syngrapham facito as-  
feras.

Vt uoles, ut tibi lubebit, nobis legem imponito.

Modò tecum unà argentum afferto, faciliè patiar  
cetera.

AR. Portitorum simillimæ sunt ianuae lenoniæ:

Si affers, tum patent: si non est quod des, ades non  
patent.

Interij, si non inuenio ego illas uiginti minas.

Et profectò, nisi illud perdo argentum, percundum  
est mihi.

Nunc pergam ad forū, atq; experiar opibus omni  
copia.

Supplicabo, exobsecrabo, ut quenque amicum ui-  
dero.

Dignos, indignos adire, atq; experiri certum est  
mihi.

Nam si mutuas non potero, certum est sumam sce-  
nare.

## ACTVS SECVNDVS.

LIBANVS seruus.

**H**erclè uerò Libane nunc te meliust expergi  
scier.

Atq; argento comparando fingere te fallaciam.

Iam diu est factū qom discesti ab hero, atq; abijisti  
ad forum.

Igitur

Igitur inueniundo argento ut fingeres fallaciam,  
Ibi tu ad hoc diei tempus dormitasti in otio.

Quin tu abs te socordiam omnem reice, & segnitiam amoue.

Atq; ad ingenium uetus uersutum te recipis tuum,  
Serua herum, caue tu idem faxis alij quod serui solent,

Qui ad heri fraudatione callidum ingeniu gerunt.  
Vnde sumam? que interuortam? quod hanc celocem conferam?

Impetritu, inauguratamst quouis amittunt aues.  
Picus, cornix est ab leua, coruos parra ab dextra.  
Cosuadent, certum hercle est uestram consequi sententiam.

Sed quid hoc quod picus ulmum tundit? non temerariumst.

Certe hercle ego quantum ex augurio auspicij intelligo,

Aut mihi in mudo sunt uirge, aut atriensi Sauree.  
Sed quid illuc, quod exanimatus currit huc Leonida?

Metuo, quod illic obscenauit, me e falsae fallacie.

LEONIDA, LIBANVS seruus.

**V**Bi ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium?

Vbi ego illos lubentiores facia, quam Lubentia st?  
Maximam preadam & triumphum eis adfero aduentu meo.

Quando mecum pariter potant, pariter scortari solent:

Hanc quidem quam nactus preadam, pariter cum illis partiam.

Illic



- LI. Illic homo ædis compilauit, more si fecit suo.  
Væ illi qui tam indiligenter obseruauit ianuam.
- LE. Aetatem uelim seruire, Libanum ut conueniam modo.
- LI. Mea quidem hercle opera liber nunquam fiet ocyus.
- LE. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantis dabo.
- LI. Largitur peculium omne, in tergo thesaurum gerit.
- LE. Nam si huic occasione tempus sese subter duxerit,  
Nunquam ædepol quadrigis albis indipiscet postea.  
Herum in obsidione linquet, inimicùm animos auxerit.  
Sed si mecùm occasionem opprimere hanc, quæ obuencit, studet,  
Maximas opimitates gaudio effertissimas  
Suis heris ille unà mecum pariet, gnatòq; & patri.  
Adcò ut etatem ambo, ambobus nobis sint obnoxij,  
Nostro deuincti beneficio. LI. uinctos nescio quos ait.  
Non placet, meluo in commune, ne quam fraudem fraus sit.
- LE. Perij ego oppidò, nisi Libanũ inuenio, iam ubi ubi est gentium.
- LI. Illic homo socium ad malam rem querit, quem adiungat sibi.  
Non placet, pro monstro extẽplò est, quãdo qui sudat tremat.
- LE. Sed quid ego hĩc properans concessio pedibus, lingua largior?  
Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem?
- LI. Eũ ædepol hominem infelicem, qui patronam comprimat.  
Nam si quid scelestè fecit lingua, pro illo peierat.
- LE. Approperebo, ne post tempus prædæ præsidium parem.
- LI. Quæ illec præda est? ibo aduorsum, atq; electabo quicquid  
Iubeo te saluere uoce summa, quo ad utres ualent. (est.)
- LE. Gymnasium flagri, salucto. LI. quid agis custos carceris?
- LE. O catenarum colone. LI. ò uirgarum lasciuia.
- LE. Quot pondo te desse censet nudum? LI. non edepol, scio.
- LE. Scibam ego te nescire, at pol ego qui te expendi scio.  
Nudus uinctus centum pondo es, quando pendes per pedes.
- LI. Quo argumento istuc? LE. ego dicam, quo argumento & quo  
Ad pedes quando alligatũ est, æquum centupondium, (modo.  
Vbi manus manicæ complexæ sunt, atq; adductæ ad trabem,

- Nec dependes, nec propendes, quin malus nequamq; sis.
- LI. Va tibi. LE. hocce testamento seruitus legat tibi.
- LI. Verbis uelitationem fieri compendi uolo.  
Quid istud negotij est? LE. certum est credere. LI. audacter li.
- LE. Si uis amanti subuenire familiari filio, (cet.  
Tantum adest boni improviso, uerum comixtum malo.  
Omnes de nobis carnicum concelebrabuntur dies.  
Libane nunc audacia usust nobis inuenta et dolis.  
Tantum facinus inueni modò ego, ut nos dicamur duo  
Omnium dignissimi esse. quo cruciatus confluant.
- LI. Ergo mirabar quod dudum scapulae gestibant mihi,  
Ariolari quæ occæperunt sibi esse in mundo malum.  
Quicquid est eloquere. LE. magna est præda cū magno malo.
- LI. Siquidem omnes coniurati cruciamenta conferant,  
Habeo opinor familiare tergum, ne quæram foris.
- LE. Si istam firmitudinem obtines animi, salui sumus.
- LI. Quin si tergo res soluenda est, rapere cupio publicum.  
Pernegabo, atq; obdurabo, periurabo deniq;
- LE. Hem ista uirtus est, quando usust, qui malum fert fortiter.  
Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.
- LI. Quin rem actutum edisseris? cupio malum nanciscier.
- LI. Placidè ergo unumquidq; rogita, ut acquiescam, non uides  
Me ex cursura anhelitum etiam ducere? LI. age age mansero.  
Tuo arbitrato, uel adeò usq; dum peris. LE. Vbi nã est herus?
- LI. Maior apud forum st, minor hic est intus. LE. iã satis est mihi.
- LI. Tum tu igitur es diues factus? LE. mitte ridicularia.
- LI. Mitto, istud quod affers aures expectant meæ.
- LE. Animum aduerte, ut æquè mecū hæc scias. LI. taceo. LE. beati.  
Memini sim? asinos Arcadicos mercatori Pelleo,  
Nostrum uendere atriensem. LI. memini, quid tum postea?
- LE. Hem ergo is argentum huc remisit, quod daretur Saureæ  
Pro asinis. adolescens uenit modò, qui id argentum attulit.
- LI. Vbi is homo st? LE. iam deuorandum censet, si conspexeris.



- LI.** Ita enim uero, sed tamen tu nempe eos asinos prædicas  
Vetulos, claudos, quib. subtrita ad femina iam erant ungulae.
- LE.** Ipsos, qui tibi subuectabant rure huc uirgas ulmeas.
- LI.** Teneo, atq; ijdem te hinc uexerunt uinctū rus. **LE.** memor es  
Verum in tonstrina ut sedebam, me insit percōtariet: (probrē.  
Ecquem filium Stratonis nouerim Demænetum?  
Dico me nouisse extemplō, & me eius seruum prædico  
Esse, & ædis demonstraui nostras. **LI.** quid tum postea?
- LE.** Ait se ob asinos ferre argentum atriensi Saureæ.  
Viginti minas, sed eū sese non nouisse hominē qui fiet, (scies.  
Quomam ille elocutus hæc sic. **LI.** quid tū? **LE.** ausculta ergo,  
Ipsum uerō se nouisse callidē Demænetum.  
Extemplō facio facetum me, atq; magnificum uirum,  
Dico me esse atriensem. sic hoc respondit mihi:  
Ego pol Sauream non noui, neq; qua facie sit scio.  
Te non æquum mi est succensere, si herum uis Demænetum.  
Quem ego noui, adduce, argentum non morabor quin feras.  
Ego me dixeram adducturum, & me domi præsto fore,  
Ille in balneas iturust, inde huc ueniet postea.  
Quid nunc consilij captandum censes? dic. **LI.** hem istuc ago,  
Quomodo argentū interuortam, & aduentorē & Sauream.  
Iam hoc opus est exasceatum. nam si ille argentum prius  
Hospes huc affert, continuo nos ambo exclusi sumus.  
Nam me hodie senex seduxit solum, seorsum ab ædibus,  
Mibi tibiq; interminatust nos futuros ulmeos,  
Nisi hodie Argyrippo uiginti essent argenti minæ.  
Insit uel nos atriensem, uel nos uxorem suam  
Defraudare, dixit operam sese promissam dare.  
Nunc tu abi ad forum, adq; herum, & narra hæc, ut acturi sa-  
Te ex Leonida futurum esse atriensem Sauream, (mus.  
Dū argentū afferat mercator pro asinis. **LE.** faciā uti iubes.
- LI.** Ego illum interea hic oblectabo prius, si fortē aduenerit.
- LE.** Quid ais? **LI.** quid uis? **LE.** pugno malam si tibi percussero.

Mox cum Sauream imitabor, caueto ne succenseas.

- LI.** Hercle uerò tu cauebis, ne me attingas, si sapias.  
 Ne hodie malo cum auspicio nomen commutaueris (riam,  
**LE.** Quæso æquo animo patitor. **LI.** patitor tu idē, cū ego te refe-  
**LE.** Dico ut usus fieri. **LI.** dico hercle ego quoq; ut facturus sum.  
**LE.** Ne nega. **LI.** quin promitto inquā hostire contrā ut merueris.  
**LE.** Ego abeo. tu iam scio patiere. sed quis hic est? is est,  
 Ille est ipse. iam ego recurro huc, tu hūc interea hīc tene.  
 Volo seni narrare. **LI.** quin tuum officium facis ergo, ac fugis.

MERCATOR, LIBANVS.

**V**T demonstrat æ sunt mihi, illa sece ædis esse oportet,  
 Demænetus ubi dicitur habitare. I puere pulta,

Atq; Atriensem Sauream, si est intus, euocato huc.

- LI.** Quis nostras sic frangit fores? Ohe inquam, si quid audis?  
**ME.** Nemo etiam tetigit, sanus ne es tu? **LI.** at censebam attigisse,  
 Propterea huc quia habebas iter. nolo ego fores cōseruas meas  
 A te uerberarier, sanè ego sum amicus nostris ædibus.  
**ME.** Pol haud periculum est, cardines ne foribus effringantur.  
 Si istoc exemplo tu omnibus qui querunt respondebis.  
**LI.** Ita hæc morata est ianua: extemplo ianitorem  
 Clamat, procul si quem uidet ire ad sese calcitronem.  
 Sed quid uenis? quid queritas? **ME.** Demænetum uolebam.  
**LI.** Si sit domi, dicam tibi. **ME.** quid? eius Atrienfis?  
**LI.** Nihilò magis intus est. **ME.** Vbi est? **LI.** ad tonsorē ire dixit.  
**ME.** Quum uenisset, post non redijt. **LI.** non edepol, quid uolebas?  
**ME.** Argenti uiginti minas, si adesset, accepisset.  
**LI.** Qui pro istuc? **ME.** a finos uendidit Pellæo mercatori  
 Mercatu. **LI.** scio, tu id nūc refers iam hīc credo eū affuturū.  
**ME.** Qua facie noster Saurea est, si is est, iam scire potero.  
**LI.** Macilentis malis, rufulus: aliquantum uentriosus,  
 Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.  
**ME.** Non potuit pictor rectius describere eius formam.  
 Atq; hercle ipsum adeò contuor, quāsanti capite incedit.

Quisq;



- LI. Quisq; obuiam huic hic occeserit irato, uapulabit.  
 ME. Siquidem hercle Acacidinis minis expletus, animisq; incedit,  
 Si me iratus tetigerit, hic iratus uapulabit.

LEONIDA, MERCATOR,  
 LIBANVS.

**Q**uid hoc est negotij? ne minē meū dictū magni faceres?  
 Libanū in tōstrinā ut iusserā uenire, is nullus uenit.  
 Ne ille edepol tergo & cruribus consuluit haud decorē.

- ME. Nōnis imperiosus est. LI. uē mihi hodie. LE. saluere iusti  
 Libanum libertum iam manu ne emissus? LI. obsecro te?  
 LE. Ne tu hercle cum magno malo mihi obuiam occesisti.  
 Cur nō uenisti, ut iusseram, in tonstrinā? LI. hic me moratus.  
 LE. Siquidem hercle nunc summum Iouem te dicas detinuisse,  
 Atq; is precator assiet, malam rem effugies nunquam.  
 Tu uerbero, imperium meum contempsisti? LI. perij hospes.  
 ME. Queso hercle noli Saurea mea causa hunc uerberare.  
 LE. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit. ME. quiesce queso.  
 LE. Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis.

Abscede, & sine me hunc perdere, qui semper me incendit ira,  
 Cui nunquam unam rem me licet semel præcipere fieri,  
 Quin centies eadem imperē, atq; ogganniam. itaq; iā hercle  
 Clamore ac stomacho, non queo labori suppeditare.  
 Iusini scleste, ab ianua hoc steruus hinc auferris?  
 Iusini columnis deijciet operas aranearum?  
 Iusini ne in splendorem dari bullas has foribus nostris?  
 Nihil est, tanquam si claudus sim, cum fusti est ambulandum?  
 Quia tridui hoc unū modo foro operā assiduā dedi absens,  
 Dum reperiam qui queritent argentum in scenus, hic uos  
 Dormitis interea domi, atq; herus in hara, haud edib. habitat.  
 Hē ergo hoc tibi. LI. hospes te obsecro defende. ME. Saurea o-  
 Mea causa ut mittas. LE. cho, ecquis pro uectura oliui (ro  
 Resoluit? LI. resoluit. LE. cui datū est? LI. Sticho uicario ipsi  
 Tuo. LE. uah delectare apparas. scio mihi uicarium esse,

Neg. eo esse seruum in ædibus heri qui sit pluris, quàm ille est.

Sed uina heri que uendidi uinario Exareambo

Iam pro ijs satisfecit Sticho? LI. fecisse satis opinor.

Nam uidi huc ipsum adducere ad trapezitam Exareambum,

LE. Sic dedero prius quàm credidi, uix anno pòst exegi.

Nunc satagit, adducit domũ etiam ultro & rescribit nummos.

Dromo mercedem rettulit. LI. dimidio minus opinor.

LE. Quid reliquom? LI. aiebat reddere quã extẽplò redditũ esset.

Nam retineri, ut quod sit sibi operis efficeret locatum.

LE. Scyphos quos utendos dedi Philodamo, rettulit ne?

LI. Non etiam. LE. hein non? si uelis da, commoda homini amico.

ME. Perij hercle. iam hic me abegerit suo o dio. LI. heus iã satis tu,

Audir que loquitur? LE. audio, et quiesco. ME. tandẽ opinor

Conticuit. nunc ad eam optimum est, prius quã incipit timire,

Quàm mox mihi operam das? LE. chem optume, quam dudum

tu aduenisti?

Non hercle te prouideram, que so ne uitio uortas.

Ita iuracundia obstitit oculis. ME. non mirum factum est.

Sed si domi est, Demanetum uolebam. LE. negat esse intus.

Verum istuc argentum tamen mihi si uis denumerare,

Repromittam istoc tibi nomine solutam rem futuram.

ME. Sic potius, ut Demaneto tibi hero præsente reddam.

LI. Herus istunc nouit, atq; herũ hĩc. ME. hero huic præsente red-

LI. Da modò meo periculo, rem saluam ego exhibebo. (dam.

Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam,

Succenseat, cui omnium summam rerum ipsius semper credit.

LE. Non magni pendo ne duit, si non uult, sic sine astet.

LE. Da inquam, uah formido miser ne hic me tibi arbitretur

Suasisse, sibi ne crederes, da que so, ac ne formida.

Saluum hercle crit. ME. credam fore, dum quidem ipse in ma-

nu habebø.

Peregrinus ego sum, Sauream non noui. LI. at nosce sanẽ.

ME. Sit non sit, non edepol scio. si is est, cum esse oportet.



- Ego certè me incerto scio hoc daturum nemini homini.
- LE.** Hercle istum di omnes perdunt, uerbo caue supplicastis.  
Ferox est, uiginti minas meas tractare sese  
Nemo accipit, aufer te domum, abscede, hinc molestus ne sis.
- ME.** Nimis iracundè, non decet superbum esse hominem seruam.
- LI.** Malo hercle iam magno tuo, nunc isti nec rectè dicis.  
Impure, nihili, non uides irasci: **LE.** perge porrò.
- LI.** Flagitiū hominis, da obsecro argentiū huic ne malè loquatur.
- ME.** Malum hercle uobis queritis. **LE.** crura hercle diffringētur.  
Age impudice ni istum impudicū percies. **LI.** perij hercle.  
Sceleste non audes mihi scelesto subuenire?
- LE.** Pergin precari pessimo? **ME.** quæ res? tun libero homini  
Malè seruos loquere? **LE.** uapula. **ME.** id quidè tibi hercle fiet  
Vi uapules, De manetum simulac conspexero hodie.  
In ius uoco te. **LE.** non co. **ME.** nō is memento. **LE.** memini.
- ME.** Dabitur pol supplicium mihi de tergo uestro. **LE.** uæ, te.  
Tibi quidem supplicium carnis ex de nobis detur?
- ME.** Atq; etiā pro uestris maledictis poenæ pendentur mihi hodie?
- LE.** Quid uerbero ain tu furcifer? herum nosmet fugitare censese?  
Inunc iam ad herum, quò uocas, iam dudum quò uolebas.
- ME.** Nunc demum tamen nunquam hinc feres argenti nummum,  
nisi me  
Dare iusserit De manetus. **LE.** ita facito, age ambula ergo.  
Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? (hac ergo,  
Tā ego homo sum, quàm tu. **ME.** scilicet ita res est. **LE.** sequere  
Proficiscin, hoc nunc dixerim, nemo etiam me accusauit  
Merito meo, neq; me Athenis est alter hodie quisquam  
Cui credi rectè æquè putent. **ME.** fortassis, sed tamen me  
Nunquā hodie induces ut tibi credam hoc argentum ignoto.  
Lupus est homo homini, non homo, quom qualis sit non nouit.
- LE.** Iam nunc secunda mihi facis, scibam huic te capitulo hodie  
Facturum satis pro iniuria, quanquam ego sum sordidatus,  
Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari.

- ME. Fortasse. LE. etiam nunc dico: Periphanes Rhodo mercator  
Diues, absente hero solus mihi talentum argenti  
Soli annumerauit, & mihi credidit, neq; deceptus in eo.
- ME. Fortasse. LE. atq; etiã tu quoq; ipse si esses percũctatus (sim.)  
Me ex alijs scio pol crederes, nũc quod fers. ME. haud negas-

## ACTVS TERTIVS.

CLEAERETA lena, PHILE-  
NIVM meretrix.

**N**Equon ego te interdictis facere mansuetam meis?  
An ita tu es animata, ut qui expers matris imperij sis?

- PHI. Vbi piẽm Pietatem, si isto more moratam tibi  
Postulem placere? mater mihi quo pacto præcipis?
- CLE. An decorum est aduersari meis te præceptis? PHI. quid est?
- CLE. Hoc cime est pietatem colere, matris imperium minuere?
- PHI. Neq; quæ rectè faciunt culpo, neq; quæ delinquant amo.
- CLE. Satis dicacula es amatrix. PHI. mater is quæ fust mihi,  
Lingua poscuit, corpus querit, animus orat, res monet.
- CLE. Ego te uolui castigare, tu mi accusatrix ades.
- PHI. Neq; edepol te accuso, neq; me id facere fas existimo. (beor.)  
Verum ego meas queror fortunas, quũ illo quem amo prohibi-
- CLE. Ergo una pars orationis de die dabitur mihi.
- PHI. Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi.  
At loquendum, atq; ad tacendum, tu te habeas portisculum.  
Quin pol si reposui remum, sola ego in casteria  
Vbi quiesco, omnis familiæ caussa consistit tibi.
- CLE. Quid ais tu, quam ego unam uidi mulierem audacissimam?  
Quoties te uetui, Argyrippum filium Demæneti  
Compellare, aut contrectare: colloqui ue, aut contui?  
Quid dedit? quid deportari iussit ad nos? an tu tibi  
Verba blanda esse aurum rere? dicta docta pro datis?  
Vltro amas, vltro expetebis, vltro ad te accersis iubes.  
Illos qui dant, derides eos: qui deludunt, deperis.



Ante id expectare oportet, si quis promittat tibi,  
 Te facturum diuitem, si moriatur mater sua?  
 Ecce tunc nobis periculum magnum & familiae portenditur,  
 Dum eius expectamus mortem, ne nos moriamur fame.  
 Nunc adeo nisi mihi huc argenti affert uiginti minas,  
 Ne ille ecce tunc hinc trudetur largus lacrimarum foras.  
 Hic dies summus est apud me inopiae excusatio.

PHI. Patiar, si cibo carere me iubeas mater mea.

CLE. Non ueto te damare qui dant, qua amentur gratia.

PHI. Quid si hic animus occupatus est mater? quid faciam? mone. CL.  
 Meum caput contemples, si quid ex re consultas tua. (hem)

PHI. Etiam opilio qui pascit, mater, alienas ouis,  
 Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.  
 Sine me amare unum Argrippum animi causa quem uolo.

CLE. Intro abi, nam te quidem edepol nihil est impudentius.

PHI. Audientem dicto mater produxisti filiam.

LEONIDA. Serui duo. LIBANVS.

Perfidiae laudes, gratiasque habemus merito magnas  
 Quum nostris sycophantijs, dolis, astutijsque,  
 Scapularum confidentia, uirtute ulmorum freti,  
 Qui aduersum stimulos, laminas crucesque, compedesque  
 Nervos, catenas, carceris, numellas, pedicas, boias,  
 Inductoresque acerrimos, gnarosque nostri tergi  
 Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt.

Eae nunc legiones, copiaeque exercitus eorum

Vi pugnando periurijs nostris euge potiti.

Id uirtute huius collegae meaeque comitate,

Factum est. LI. qui me uir fortior est ad sufferendas plagas?

LE. Edepol uirtutes qui tuas nunc possit collaudare,

Sicut ego possim, quae domi duellique male fecisti,

Ne illa edepol pro merito nunc tuo memorari multa possint.

Vbi fidem fraudaueris, ubi hero infidelis fueris:

Vbi uerbis conceptis sciens libenter periuraris.

Vbi parietes perfoderis, in furto ubi sis pr. chensus.

Vbi sepe caussam dixeris pendens aduersus octo,

Asutos, audacis uiros, ualentis, uirgatores.

- LI. Fateor profecto ut prædicas, Leonida, esse uera.  
 Verum edepol nae etiam tua quoq; male facta iterari multa  
 Et uerò possunt, ubi sciens fideli in fidus fueris.  
 Vbi præhensus in furto fies, et manifestò uerberatus,  
 Vbi periuraris, ubi sacro manus sis admolitus,  
 Vbi heris damno molestia, et dedecori sepe fueris.  
 Vbi creditum tibi quod sit, tibi datum esse pernegaris.  
 Vbi amica, quam amico tuo fueris magis fidelis.  
 Vbi sepe ad languorem tua duritia dederis octo,  
 Validos licitoris ulmeis affectos lentis uirgis,  
 Num malè relata est gratia? ut collegam collaudaui.

LE. Ut meq; teq; maxime atq; ingenio nostro decuit.

LI. Iam omitte ista, atq; hoc quod rogo respòde. LE. rogita quod

LI. Argenti uiginti minas habes ne? LE. ariolare. (uis.

Edepol senem Demænetum lepidum fuisse nobis.

Vt a simulabat Sauream med esse, quam facete?

Acgrè nimis risum continui, ubi hospitem in clamauit,

Quòd se absente mihi fidem habere noluisset.

Vt memoriter me Sauream uocabat atriensem. (exit)

LI. Mædum. LE. quid est? LI. Philenium est ne hæc que intus

Atq; Argyrippus una. LE. os opprime, is est, sub auscultemus.

Lacrimant em lacinia tenet lacrimas. quid nam esse dicam?

Tacite auscultemus. LI. at enim modò hercle in mentè uenit.

Nimis uellè habere perticam. LE. qoi rei? LI. qui uerberarem

Asinos, si fortè occiperint clamare hinc ex crumena.

ARGYRIPPVS, PHILENIVM,

LIBANVS, LEONIDA.

AR. C Vt me retentas nunc? PHI. quia tui amans abeuntis  
 egco.

Valc.



- AR. Vale. PH. aliquanto amplius ualerem ego, si tu hic maneres.
- AR. Salue. PH. saluere me iubes, qoi tu abiens affers morbum.
- AR. Mater mihi supremum tua dixit, domum ire iussit.
- PH. Acerbum funus filie facit, si te carendum est. (queso.)
- LI. Homo hercle hinc exclusus foras. LE. ita res est. AR. mitte
- PH. Quid nunc abis? quin tu hic manes. AR. mox si uoles manebo.
- LI. Audin' tu hunc? opera ut largus est nocturna: nunc enim hic est,  
Negotiosus interdus, uidelicet Solon est,  
Leges ut conscribat, quibus se populus teneat, gerre.  
Qui sese parere apparent huius legibus, profecto  
Nunquam bonæ frugi sient, dies noctesq; potent.
- LE. Ne iste hercle ab ista non pedem discedat, si licebit,  
Qui nunc festinat, atq; ab hac minatur sese abire.
- LI. Sermoni iam finem face tuo, huius sermonem accipiam.
- AR. Vale. PH. quid nunc properas? AR. bene uale, apud Orcū te ui-  
Nam equidē me iā quantū potes à uita abiudicabo. (debo.)
- PH. Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?
- AR. Ego te? quam si intelligam deficere uita, iam ipse  
Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.
- PH. Cur ergo minitaris tibi te uitam esse amissurum?  
Nam quid me facturum putas? si istuc quod dicis, faxis.  
Mibi certum est, efficere in me omnia eadē que tu in te faxis.
- AR. O melle dulci dulcior mihi tu es. PH. certe enim tu uita es  
Mibi. cōplectere. AR. facio libens. PH. utinam sic efferamur.
- LE. O Libane Libane, ut miser est homo qui amat. LI. imò hercle  
Qui pēdet, multo est miserior. LE. scio, qui periculū feci. (uerò  
Circumfistamus alter hinc, hinc alter appellemus.
- LI. Here salue. LE. sed nū sumus est hæc mulier quam amplexare?
- AR. Quidum? LI. quia oculi sunt tibi lacrimantes, ego rogauī.
- AR. Patronus qui uobis fuit futurus, perdidistis.
- LI. Equidē hercle nullū perdididi, ideo quia nunquā ullum habui.
- LE. Philenium salue. PH. dabunt di que uelitis uobis.
- LI. Noctem tuam & uini cadum uelim, si optata fiant.

- AR. Verbum caue faxis uerbero. LI. tibi equidem, nō mihi opto.  
 AR. Tū tu igitur loquere quod lubet. LI. hunc hercle uerberare.  
 LE. Quis nam istuc accredat tibi, cinēde calamistrate?  
 Tun' uerberes, qui pro cibo habeas te uerberari.  
 AR. Vt uestræ fortunæ meis præcedunt Libanē longē  
 Hodie, qui nunquā ad uesperum uiuam. LI. quapropter quæso?  
 AR. Quia ego hāc amo, et hęc me amat: huic quod ego dē, nusquā  
 Hinc medamantē ex ædib. deiecit huius mater. (quicquā est.  
 Argenti uiginti minæ me modō ad mortem appulerunt,  
 Quas hodie adolescens Diabolus ipsi se daturum dixit.  
 Vt hanc ne quōquam mitteret, nisi ad se hunc annum totum.  
 Videt in uiginti minæ quid pollent, quid uē possunt?  
 Ille qui illas perdit, saluus est: ego qui non perdo, pereō.  
 LI. Iā dedit argentū? AR. nō dedit. LI. bono animo es, ne formida.  
 RE. Secede huc Libanē, te uolo. LI. si quid uis. AR. obsecro uos.  
 Eadem istac opera suauius est complexos fabulari.  
 LI. Non omnia eadem æquē omnibus here suauia esse scito,  
 Vobis est suaue amantibus complexos fabulari.  
 Ego complexū huius nihil moror, meū autem hic aspernatur.  
 Proinde istud facias ipse, quod faciamus nobis suades.  
 AR. Ego uerō & quidem edepol lubens, interea si uidetur  
 Concedite istuc. LE. uim herum deludi? LI. dignu'st sanē.  
 LE. Vin faciam ut me Philenium præsentē hoc amplexetur?  
 LI. Cupio hercle. LE. sequere hęc. AR. ecquid est salutis? satis locu  
 LE. Auscultate, atq; operā date, & mea dicta deuorate. (ii.  
 Primum omnium seruos tuos nos esse non negamus:  
 Sed si tibi minæ uiginti argenti proferentur,  
 Quo nos uocabis nomine? AR. liberos. LE. non patronos?  
 AR. Id potius. LE. uiginti minæ hīc insunt in hac crumina.  
 Has ego, si uis, tibi dabo. AR. di te serua sint semper,  
 Custos herilis, decus popli, thesaurus copiarum,  
 Salus interioris corporis, amorisq; imperator:  
 Hīc pone, hīc istam colloca cruminam in collo planē.



- LE. Nolo ego te, qui herus sis, mihi onus istuc sustinere.
- AR. Quin tu labore liberas te, atq; istam ponis in me.
- LE. Ego bauulabo, tu ut decet dominum, ante me ito inanis.
- AR. Quid nunc? quid est? quin tradis huc cruminā herū pressatū?
- LE. Hanc, cui daturus, hanc iube petere atq; orare mecum.  
Nam istuc procliue est, quod iubes, me planè collocare.
- PHI. Da meus ocellus, da mea rosa, da mi anime, da mea uoluptas,  
Leonida, argentum mihi, ne nos deiunge amantis.
- LE. Dic igitur me tuum paserculum, gallinam, coturnicem,  
Agnellum, hædillum me tuum dic esse, uel uitellum.  
Præhende auriculis, compara labella cum labellis.
- AR. Ten osculctur uerbero? LE. quàm uerò indignum uisum est?  
Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur.
- AR. Quid uis? egestas imperat, fricentur, da nunc quod oro.
- PHI. Age mi Leonida, obsecro ser amanti hero salutem.  
Redime istoc beneficio te ab hoc, et tibi eme hunc isto argēto.
- LE. Nimis bella es atq; amabilis: & si hoc esset meum hodie,  
Nunquam me orares quin darem: nūc illum te orare, meliust.  
Illic hanc mihi seruandam dedit. I sanè bella belle.  
Cape hoc sis Libane. AR. furcifer etiam me delusisti?
- LE. Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares,  
Agesis tu in partem nunc iam hūc delude, atq; hāc amplexare.
- LI. Taceas, me spectes. AR. quin ad hunc Philenium aggredimur:  
Virum quidem pol optimum, & non similem furis huius.
- LI. Inambulandum est, nunc mihi uicissim supplicabunt.
- AR. Quæso hercle Libane sis, herum tuis factis sospitari.  
Da mihi istas uiginti minas, uides me amantem egere.
- LI. Videbitur, factum uolo, redito huc conticinio.  
Nunc istanc tantisper iube petere atq; orare mecum.
- PHI. Amando 'ne exorariet te uis, an osculando? (Strūm serua.
- LI. Immò uerò utrunq;. PHI. ergo obsecro te, & tu utrunq; no
- AR. O Libane mi patrone, mihi trade istuc, magis decorumst,  
Libertum potius quàm patronum onus in uia portare,

O Libane

- PHI.** O Libane ocellus aureus, donum decusq; amoris.  
Amabo faciam quod uoles, da istuc argentum nobis.
- LI.** Dic igitur me tibi anaticulam, columbam, uel catellum,  
Hirundinem, monedulam, putillum passerulum pusillum.  
Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam.  
Circundatoq; me brachijs meum collum circumplecte.
- AR.** Ten cõplectatur carnis ex? **LI.** quàm uerò indignus uideor?  
Ne istuc nec quicquam dixeris tam indignum dictum tu in me.  
Vehes pol hodie me, siquidem hoc argentum ferre speres.
- AR.** Ten ego ueham? **LI.** tur hoc seras argentum hinc aliter à me?
- AR.** Peri hercle. si uerū quidem est decorū herum uehere seruom,  
Inscende **LI.** sic istuc solent superbi subdomari.  
Hem sic, abi, laudo, nec te equo magis est equus ullus sapiens.
- AR.** Inscēde actutū. **LI.** ego fecero, hem quid istuc est? ut tu incedis,  
Demam hercle iam tibi de ordeo, tollitum ni badiſas.
- AR.** Amabo Libane, iam sat est. **LI.** nunquā hercle hodie exorabis.  
Nam iam calcari quadrupedem agitabo aduorsum cliuum,  
Tum postea ad pistores dabo, ut ibi cruciere currens.  
Asta, ut descendam nunc iam in procliui, quanquam nequā es.
- AR.** Quid nunc quoniam ambo, ut est libitum, nos delusistis,  
Datis ne argentū? **LI.** siquidem mihi statuam ex aram statuis,  
Atq; ut Deo mihi hic immolas bouem: nam ego tibi salus sum.
- LE.** Etiam tu here istunc amoues abste, atq; ipse me aggredire.  
Atq; illa sibi quæ hic iusserat mihi statuis nunc, supplicasq;.
- AR.** Quem te autem nominem deum? **LE.** fortunā atq; obsequiā.
- AR.** Iam istoc es melior. **LI.** an quid est homini salute melius?
- AR.** Licet laudem fortunam, tamen ut ne salutem culpem.
- PHI.** Ecastor ambæ sunt bonæ. **AR.** sciam ubi boni quid dederint.
- LE.** Opta id quod ut contingat tibi uis. **AR.** quid si optaro? **LE.** eue
- AR.** Opto annū hūc ppetuū mihi huius opas. **LE.** impetrasti. (niet.)
- AR.** Ain uerò? **LE.** certè inquam. **LI.** ad me adi uicissim atq; experi-
- AR.** Exopta id quod uis maxime tibi euenire, fiet. (re.)
- AR.** Quid ego aliud exoptem amplius, nisi illud cuius inopias.



Viginti argenti commodas minas, huius quas dem matri?

- L.I.** Dabuntur, animo sis bono, facile exoptata obtingent.  
**AR.** Vt consuevere, homines salus frustratur & fortuna.  
**LE.** Ego caput huic argento sui hodie reperiundo.  
**L.I.** Ego pes sui. **AR.** quin nec caput, nec pes sermonum apparet.  
 Nec quid dicatis, nec me cur ludatis scire possum.  
**L.I.** Satis iam delusum censo, rem ut est nunc eloquamur.  
 Animum Argyrippe aduerte sis. pater nos ferre hoc iussit  
 Argentum ad te. **AR.** ut tempore, opportuneq; attulistis.  
**L.I.** Hic inerunt uiginti minae bonae mala opera partae.  
 Has tibi nos pactis legibus dare iussit. **AR.** quid id est quaeso?  
**L.I.** Noctem huius et coenam sibi ut dares. **AR.** iube aduenire quaeso.  
 Meritissimo eius quae uolet faciemus, qui hosce amores  
 Nostros dispulsos compulit. **LE.** patieris Argyrippe  
 Patrem hanc amplexari tuum. **AR.** haec facile faciet ut patiar.  
 Leonida curre obsecro, patrem huc orato ut ueniat.  
**L.I.** Iamdudum est intus. hac quidem non uenit, angiporto  
 Illac per hortum circuit clam, ne quis se uideret  
 Huc ire familiarium, ne uxor resciscat metuit.  
 De argento enim si mater tua sciet ut sit factum. **AR.** heia,  
 Benedicite. ite intrò citò, ualete. **LE.** & uos amate.

## ACTVS QVARTVS.

DIABOLVS adulescens,

PARASITVS.

**A** Sedum istum ostende quem conscripsisti syngraphum.  
 Inter me & amicam & lenam. Leges perlege.  
 Nam tu poeta es prorsus ad eam rem unicus.

- PA.** Horrescet faxo lena. leges quum audiet.  
**DI.** Age quaeso mi hercle translege. **PA.** Audin. **DI.** audio.  
**PA.** Diabolus Glauci filius Cleaereta,  
 Lenae dedit dono argenti uiginti minas,  
 Philenium ut secum esset noctes & dies  
 Hunc annum totum. **DI.** neq; cum quiquam alio quidem.

Addone

- PA. Addo'ne? DI. adde ut scribas, uide, planè & probè.
- PA. Hominem alienumq; intronittat neminem.  
 Quòd illa aut amicum suum, aut patronum nominet  
 Aut quòd illa amicam suam, aut sororem prædicet,  
 Fores occlusæ omnibus sient, nisi tibi  
 In foribus scribat occupatam esse se.  
 Aut quòd illa dicat peregrè allatam epistolam,  
 Ne epistola quidem ulla uspiam sit in ædibus.  
 Nec cerata adeò tabula, & si qua inutilis  
 Pictura sit, eam uendat, ni quatriduo  
 Abalienarit, quo ex te argentum acceperit,  
 Tuus arbitratus sit, comburas si uelis:  
 Ne illi sit cera, ubi facere possit litteras.  
 Vocet coniuuam neminem, illam tu uoces.  
 Ad eorum ne quem illa oculos adijciat suos.  
 Si quem alium aspexit, cæca continuo fiet.  
 Tecum una postea æquè pocula potitet.  
 Abstet accipiat, tibi propinet, tu bibas.  
 Ne illa minus, aut plus quàm tu, sapiat. DI. satis placet.
- PA. Suspiciones omnes ab se segreget.  
 Neq; illæc ulli suo pede pedem homini premat.  
 Cum surgat, non in lectum inscendat proximum,  
 Neq; cum descendat, inde det cuiquam manum:  
 Spectandum ne cui annulum det, neq; roget.  
 Talos ne cuiquam homini admoueat, nisi tibi.  
 Quum iaciet, te, ne dicat, nomen nominet.  
 Deam sibi inuocet quam libebit propitiam,  
 Deum nullum si magis religiosa fuerit.  
 Tibi dicat, tu pro illa ores, ut sit propitius.  
 Neq; illa ulli homini nutet, nictet, annuat.  
 Post si lucerna extincta sit, ne quid sui  
 Membri commoueat quicquam in tenebris. DI. optimum est,  
 Ita scilicet facturam: uerum in cubiculo



Deme istuc, equidem illam moueri gesti.  
 Nolo habere illam caussam, & uotitam dicere.

PA. Scio captiones metuis. DI. uerum. PA. ergo ut iubes  
 Tollam, DI. quid ni? PA. audi reliqua. DI. loquere, audio.

PA. Neq; ullum uerbum faciat perplexabile,  
 Neq; ulla lingua sciat loqui nisi Attica.  
 Fortè si tussire occæpsit, ne sic tussiat,  
 Ut quiquam linguam in tussiendo proferat.

Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat,

Hoc ne sic faciat: tu labellum abstergeas

Potius, quàm cuiquam stauium faciat palàm.

Nec mater Lena ad uinum accedat interim,

Nec ulli uerbo malè dicat. si dixerit,

Hæc multa ei esto, uino uiginti dies

Ut careat. DI. pulcrè scripsisti, scitum syngraphum.

PA. Tum si coronas, ferta unguenta, iusserit  
 Ancillam ferre suam Veneri aut Cupidini,  
 Tuus seruus seruet Veneri ne eas det, an uiro.  
 Si fortè purè uelle habere dixerit,  
 Tot reddat spurcas, quot puras habuerit.  
 Hæc sunt non nuge. non enim mortualia.

DI. Placent profectò leges. sequere intrò. PA. sequor.

DIABOLVS, PARASITVS.

Sequere hæc. egor hæc patiar: aut taceam? emori

Me malim, quàm hæc non eius uxori indicem.

Am tu apud amicam? munus adolescentuli

Fungare, uxori excuses te & dicas senem,

Præripias scortum amanti? atq; argentum obicias

Lena? suppiles clam domi uxorem tuam?

Suspendas potius me, quàm tacita hæc auferas.

Iam quidem hercle ad illam hinc ibo, quam tu propediem.

Nisi quidem illa antè occupasit te, affliges scio,

Luxuriæ sumtus suppeditare ut possies.

PA. Ego sic faciendum cenſeo, me honeſtiuſt  
 Quam te palam hanc rem facere, ne illa exiſtimet  
 Amoris cauſſa percitum id feciſſe te,  
 Magis quam ſua cauſſa. DI. at pol quin dixi rectius.  
 Tu ergo fac ut illi turbas, lites concias,  
 Cum ſuo ſibi gnato unã ad amicam de die  
 Potare, illam expilare iam. PA. ne me mone.  
 Ego iſtud curabo. DI. at ego te opperiar domi.

## ACTVS QVINTVS.

ARGYRIPPVS adoleſcens, DE.  
 MAENETVS ſenex.

- AR. **A**gedum decumbamus ſis pater. DE. ut iuſſeris,  
 Mi gnate, ita fiet. AR. pueri menſam apponite.  
 DE. Nunquid nã tibi moleſtũ eſt gnate mi, ſi hæc nũc mecum accubat?  
 AR. Pietas pater oculis dolorẽ prohibet, quanquã ego iſtanc amo,  
 Poſſum equidem inducere animũ, ne ægre patiar, quia tecum  
 accubat. (pater.  
 DE. Decet uerecundum eſſe adoleſcentem Argyrippe. AR. edepol  
 Merito tuo facere poſſum. DE. age ergo hoc agitemus conui-  
 Vino & ſermone ſuaui. nolo ego meiui, amari ma uolo (uium  
 Mi gnate me abs te. AR. pol ego utrũq; facio, ut æquũ eſt filiũ.  
 DE. Credam iſtuc, ſi eſſe te hilarem uidero. AR. an tu eſſe me tri-  
 ſtem putas?  
 DE. Putẽ ego? quẽ uideã æquẽ eſſe meſtũ, ut quaſi dies ſi dicta ſit.  
 AR. Ne dixiſ iſtuc. DE. ne ſic fueris illico, ego non dixerõ.  
 AR. Hẽ aſpecta, rideo. DE. utinã malẽ qui mihi uolunt, ſic rideãt.  
 AR. Scio equidem quam obrem me pater tu triſtem credas nũc tibi,  
 Quia iſtæc eſt tecum, atq; ego quidem hercle ut uerum tibi di-  
 cam pater.  
 Ea res malẽ habet, ac non eo, quin tibi non cupiam quæ uelis.  
 Verũm iſtam amo, aliã tecũ eſſe equidẽ facile poſſim perpeti.  
 DE. At ego hæc uolo. AR. ergo ſunt quæ exoptas. mihi quæ ego ex-  
 DE. Vnũ hũc diẽ perpetere, quoniã tibi ꝑoteſtatẽ dedi, (optẽ uolo.  
 Cum



Cum hac annum ut esses, atq; amanti argenti feci copiam. *(his)*  
**AR.** Hē istoc me factō tibi deuinxī. **DE.** quin te ergo hilarē das mi  
**ARTEMONA** mulier, **PARASITVS**,  
**DEMAENETVS**, **ARGYRIPPVS**,  
**PHILENIVM** meretrix.

**AR.** **A** In tu meum uirum hīc potare obsecro cum filio?  
 Et ad amicam detulisse argenti uiginti minas?  
 Meoq; filio sciente id facere flagitium patrem?

**PA.** Neq; diuini, neq; mi humani posthac quicquam accreduas  
 Artemona, si huius rei me esse mendacem inueneris.

**ART.** At scelestā ego prāter alias meum uirum sui rata  
 Siccum, frugi, continctem, amantem uxoris maximē.

**PA.** At nunc dehinc scito illū ante omnes minimi mortales preci,  
 Madidum, nihili, incontinentem, atq; oforem uxoris suae.

**ART.** Pol mi uera ista essent, nunquam faceret ea quae nunc facit.

**PA.** Ego quoq; hercle illum antehac hominem semper sum frugi  
 Verūm hoc factō sese ostendit, qui quidem cum filio *(ratus.*  
 Potet unā, atq; unā amicam dūctet decrepitis senex.

**ART.** Hoc ecastor est quōd ille it ad cœnam cotidie.  
 Ait sese ire ad Archidemum, Cheream, Cherestratum,  
 Clniam, Chremem, Cratinum, Dincam, Demosthenem,  
 Is apud scortum corruptelae, & liberis lustris studet.

**PA.** Quin tu illum iubes ancillis rapere sublimem domum?

**ART.** Tace modō, ne illū mecastor miserum habebō. **PA.** ego istuc  
 Ita fore illi, dū quidē cū illo nupta eris. **ART.** ego cenfeo *(scio*  
 Eum etiam hominē aut in senatu dare operam, aut clientibus,  
 Ibi labore delassatum noctem totam stertere.  
 Ille opere foris faciēdo lassus noctu aduenit.

Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.  
 Is etiam corruptus, porrō suum corruptū filium. *(mas.*

**PA.** Sequere hac me modō, iā faxo ipsum hominē manifestō oppri

**ART.** Nihil ecastor est quod facere mauclm. **PA.** mane dum. **ART.**  
 quid est?

- PA. Possis, si fortè accubantem tuum uirum conspexeris,  
Cum corona amplexum amicam, si uideas cognoscere?
- ART. Possum ecastor. PAR. hem tibi hominem. ART. perij. PAR.  
Paulisper mane.  
Aucupemus ex insidijs clanculum quam rem gerant.
- AR. Quid modi pater amplexandi facies? DE. fateor gnate mi.
- AR. Quid fateor? DE. me ex amore huius corruptum esse oppido.
- PA. Audin' quid ait? ART. audio. DE. egon' ut nò domo uxori meae  
Surrupiam in delicijs pallam quam habet, atq; ad te deferam?  
Non edepol conduci possum uita uxoris annua.
- PA. Censen tu illunc hodie primum ire assuetum esse in gancum?
- ART. Ille ecastor suppilabat me, quòd ancillas meas  
Suspiciabar, atq; insontis miseris cruciabam. AR. pater  
Iube dare uinum, iam dudum factum est, quum primum bibi.
- DE. Da puere ab summo. age tu interibi ab infimo da suauium.
- ART. Perij misera, ut osculatur carnis fex, capuli decus.
- DE. Edepol animam suauiozem aliquanto quàm uxoris meae.
- PHI. Dic amabo, an foetet anima uxoris tuae? DE. nauteam,  
Bibere malim, si necessum est, quàm illanc oscularier.
- ART. Miser ecastor es. PA. mecastor dignus est. AR. quid ais pater?
- ART. Ain' tandem? Edepol nã tu istuc cum magno malo tuo  
Dixisti in me, sine uenias modò domum, faxo ut scias,  
Quid pericli sit dotatæ uxori conuicium dicere.
- ART. Ecquid matrem amas? DE. ego' ne? illam nunc amo, quia non  
adest.
- AR. Quid gom adest? DE. perij se cupio. PA. amat homo te hic, ut  
predicat.
- ART. Ne ille ecastor sceneratò funditat. nam si domum  
Redierit hodie, osculando ego ulciscar potissimum.
- AR. Iace pater talos, ut porrò nos iaciamus. DE. maxumè.  
Te Philenium mihi, atq; uxori mortem. hoc Venerium est.  
Pueri plaudite, & mihi ob iactum cantharo mulsim date.
- ART. Non queo durare. PA. si non didicisti fullonicam,



Non est mirandum in oculos inuadi nunc est optimum.

ART. Ego pol uiuam, & tu isthæc hodie cum tuo magno malo  
Inuocauisti. PA. ecquis currit pollinctorem accersere?

AR. Mater salue. ART. sat salutisti. PA. Mortuust Demænetus,  
Tempus est subducere hinc me pulcrè, hoc gliscit prælium.  
Ibo ad Diabolum, mandata dicam facta ut uoluerit.

Atq; interea ut decumbamus suadebo, hi dum litigant.  
Post ea domum huc cras adducã ad lenam, ut uiginti minas  
Ei det, in parte hac amanti ut liceat ei potirier.

Argrippus exorari spero poterit, ut sinat  
Se se alternas cum illo noctes hac frui, nam ni impetro,  
Regem perdidit, ex amore tantum est homini incendium.

ART. Quid tibi huc receptio ad te est, meũ uirũ? PH. pol me quidem  
Miseram odio enecauit. ART. age surge amator, i domum.

DE. Nullus sum. ART. Immò es, ne negato, omniũ pol nequissimus.  
At etiam cubat cuculus, surge amator, i domum.

DE. Væ mihi. ART. uera ariolare, surge amator, i domum.

DE. Abscede ergo paululum istuc. ART. surge amator, i domum.

DE. Iam obsecro uxor. ART. nunc uxorẽ me esse meministi tuam?  
Modò quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram.

DE. Totus perij. ART. quid tandem, anima scetet ne uxoristua?

DE. Murrhã olet. ART. iam surripuisti pallã, quam scorto dares?

AR. Ecastor quin surrepturum pallam promisit tibi?

ART. Non taces? AR. ego dissuadebam mater. ART. bellum filium,  
Istoscine patrem æquum mores est liberis largirier?

Nihil te ne pudet? DE. pol si aliud nihil sit, tui me uxor pudet.

ART. Caro capite te, cuculum uxor ex lastris domum rapit.

DE. Non licet manere, cœna coquitur, dum coenem modò?

ART. Ecastor cœnabis hodie, ut te dignum est, magnum malum.

DE. Malè cubandum est, iudicatum me uxor adducit domum.

AR. Dicebam pater tibi, ne matri consuleres malè.

PHI. De palla memento amabo. DE. iuben' hanc hinc abscedere?

PHI. Immò intus potius, sequere hæc me mi anime. DE. ego sequor.

ART. I domum .PHI. da suauium etiam prius quàm abeat. DE. ma-  
lam crucem.

## G R E X.

**H**ic senex si quid clam uxorem suo animo fecit uolup,  
Neq; nouū, neq; mirū fecit, nec secus quàm alij solent.  
Nec quisquā est tā ingenio duro, nec tā firmo pectore,  
Quin ubi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene.  
Nunc si uoltis deprecari huic seni ne uapulet,  
Remur impetrari posse, si plausum clarum datis,

F I N I S.



## ANNOTATIONES.



Vius comœdiæ & nomen & argumentum leue atq; iocosum, & tota, quemadmodum in prologo dicitur, ridicula res est. Sed ingēs turpitude & nefarium flagitium hac fabula exponitur, societatis scelestæ, & eorum quæ animaduersione acerrima digna, non solum impunita essent legibus, sed iocis etiam uerborū uulgo celebrarentur. Atq; hæc est horribilis ira Dei, quæ impietatem ita ulciscitur, ut in omnia pessima illam facinora ruere, & delicias facere in grauis delictis patiat. Id quod debemus in his ludis diligenter cognoscere, ita seria etiam illi ducent, cū aliqua utilitate nostra. Omnib. autem sæculis tum pessima uita fuit, cum turpitude minimum habuit pudoris. Atq; utinam nunc hæc in parte occurratur incitæ iræ Dei. Nam sobrietate & frugalitate penè omni sublata, alia etiam uitia, quasi apertis carceribus sese effundunt & efferuntur. Sed hæc monuisse satis fuerit. Contēplemur igitur quasi in speculo huius comœdiæ, summam turpitudinem temporum illorum: & Deum timeamus atq; ueneremur, orantes ut à nobis tantam atrocitatem pœnæ, id est, cæcitatē & ἀδουμία νοῦ, ὅς ἐστιν ἡ δὴν ἵμ ἀμαρτίαν, benignè auertat, & molliat animos nostros, commoueatq; per sanctum spiritum ad pœnitentiā delictorum, & erigat ad spem salutis in fide Iesu Christi saluatoris nostri, Amen. Atq; ita ad rem. In hac fabula, uolente & iubente patre, argentum à se aufertur, quod detur filio amanti, ea lege, ut filius patri apud amicam locum esse patiat. Mirificè autē ludunt adolefcntem serui, parta præda. Et finis continet pudendam criminationem uxoris, educentis è lustro uirum suum. Deniq; sunt omnia leuia atq; futilia ac scurrilia in hac fabula. Personæ autē hæ: Libanus, ita enim constanter in nostro legitur libro, gentile, ut puto, Syriacum. Demænetus autem, de laude populari ἀμικαινετός, Argyrippus, ut ἄργυριππος, addente sine granditatem nomini. Cleareta, hæc enim uera est appellatio, κλειρετή, de famæ electione seu consilio: ut κλειρετή, κλειρετή, quorum illud

famæ laudem, hoc præstantiam notat. Leonida autem est *Λιονίδα*, patronymica forma, à Leone. Phileniū est *φιλαινίον*, à laudis studio. Nisi forte *φιλαινίον* est, à uino. Diabolus calumniator, infamator, obrectator, *Διέβολος*. Artemona, *ἀρτεμόνη*, ab *ἀρτέμων*, quod in nauī grandioris ueli nomē, sicut ab *ἄγγεον ἄγγεον*. In Actis, *ὡς ἐπάρωντι τὴν ἀρτέμονα τῆ πύδου*, permisis uento uelis. *ἀρτέμων* etiam, ut *πολιμων*, propriū cuiusdā uel uita, uel arte mirifici hominis. unde prouerbium *ἀρτέμων περιφέρηται*, de quo *αἰλιάς*. Inde esset *ἀρτεμόνη*, ut *αἰνιμόνη*. Sed de his satis. Hoc tamen etiam indicandum putauī, citari de Asinaria Plauti hæc, Quasi formicis obijcis papauerem, quæ in hac fabula non leguntur. Sed Nonius meminit etiam Asinariæ Pomponij, de qua fortasse illa descripta fuerunt.

## IN PROLOGO.

Prologus neq; integer uidetur esse, & mendis non caret: uersibus, ut solent prologi, compositus Senarijs Iambicis. In primo uersu legendum, iam, *δυσολόγως*.

*Cave modò ne.*) Hoc loco, quod nō possemus decernere quid in archetypo fuisset, unde noster liber descriptus esset, spacio lum reliquimus. Nam illud Graxis nescio quid esse dicam. in nostro literæ uisuntur, quibus compræhensis gratis fieret. sed quid etiam hoc ad rem? Ac me non fugit, eruditifs. quosdam hunc uersum adduxisse, cum probare uellent, etiam *ἄνων λαίψωνται* ueteres comicos inter senarios suos usurpasse. de quo quidem ut diligentius cogitandum atq; quærendum esse censeo, nam res nequaquam adhuc plana facta est: ita non dubitarim affirmare, hunc uersum esse & mutilum et mendosum, in cuius fine desit dictio *τιτρασύλλαβος*, si breuissīma fuerit, ut screaueris aut simile quid. de quo legentium esto iudiciū. nam quid præterea dicam, aut conijciam, non habeo.

## IN ARGUMENTO.

*E' lustr.*) Confusior est scriptura hoc loco in antiquo nostro libro, sed omnino apparet in archetypo, unde ille descriptus est, uel hoc fuisse, uel, è lustris trahit. Nobis rapit, melius uisum. uersus sunt similes superiorum.

*Polentam pinsitant.*) In nostro est & ipso pransitant, sed manifestè



festè emendatum, pinsitant, id quod nos exarari curauimus, ut uerba fieri de pistrino, intelligeretur. Sunt autem huius scenæ uersus Iambici senarij.

*Prænosimus.*) Hoc factum est de exemplorum scriptura corrupta, etiam hoc loco. Nobis autem cogitantibus, & litterarum deprauationes atque distractiones considerantibus, uel omnino uera, uel ueræ propior lectio uisa: nos tamen inde noscimus, quam pro illa expressa etiam edî rectè posse non dubito.

*Obsequelam iam.*) Ne quid dissimulem, iam in nostro non legitur: sed omnino uel hanc uocem, uel aliquid aliud omissum puto. aliter enim numeri non procedent. nam de Spondaiicis immixtis senarijs Iambicis, non probant mihi sententiam suam quidam eruditi homines illi quidem: sed ij tamen, à quibus dissentire non sit nefas. Quod si est hic uersus integer, etiã *φιμυτῶ ἀπατάλῳ* non est, sed *καταλῳτῆς ἀς συλλαβῶν*, sequelã, enim *ἀμφιβόχως* est. Verùm de hoc satis.

*Quum me adijt.*) Scribendũ *Quum*, ut alibi. Sicut & *qom*. Mutarunt autem ueteres sæpiss. u in o. In hac cõiunctione aut, ut & Victorinus annotauit, multi fecere discriminis caussa initialẽ literam q, præpositionem scribentes per c.

*Venari autem tete.*) In nostro planè hic uersus legitur, nisi quod prima litera neq; r, neq; t planè uidetur. Alij aliud fecerũt, quidam etiam apros inferferunt. Nos, tete, curauimus exarari. sed postea diligentius cogitanti mihi uenit in mentem, credi posse in archetypo fuisse scriptum, uenari autẽ cete iaculo in medio mari, quod est *τῆ ἀνωδῶν*. nam cursura & exagitatio in mari nulla esse potest. Itaq; mihi hæc propemodum iam uera lectio, & ad hunc modum hic esse locus restitutus uidetur.

*Perficite arg.*) Legi posse uideo, perficite. nam & duorum mentionẽ fecerat senex, & in nostro libro est interpo lata scriptura. Sed hoc si cui minus placebit, is ante, hodie, retinebit litteram m, numerorum gratia.

*Sed quid ego.*) Ante hunc uersum persona Libani perperam apposita, tollenda est.

*Ex fera fame mansuetam.*) Legendum mansuetem, secundum Noniū, ut sit nominatiuus Mansues, ueteri forma pro mansuetus, id est, χειρῖβυς, quasi assuetus ad manum accedere, & manū patiens, ut Maro. Huius scenæ ab initio uersus 11. sunt confusi numeris, & habent καταλύεις. sequentes omnes sunt Trochaici Archilochij.

*Vnumquodq; istorum.*) Non uoluimus mutare ordinem uerborum, ut quidam fecerunt, quo numeri expeditius procederent. Nam & u, pro consonante in nomine, uerbum, liquefcere, & in ablatiuo Philippeis esse ἐπισώασιφῶν, & alijs etiam figuris explicari res potest. Hoc sciendum, nummos Philippos fuisse quondam aureos, insignes imagine Philippi regis Macedoniae, ut in nostro libello De re nummaria ostendimus. Sed ijdem sunt apud Plautum Philippi, ut et apud Horatium, Rettulit acceptum regale numisma Philippos, κατὰ μνημονίαν seu ὑπαλλαγῶν, Sunt autem uersus huius scenæ τετραμῆροι φεχίνοι καταλυῖνοι.

*Semper tibi promissum.*) Quidam fecerūt, promissam, sine causa mutantem scripturam. In uersu autem sequente legendum, Qui modus dandi?

*Vt mittam gratis.*) Vera lectio hæc est. De hoc aut fit gratis, quasi σιωπηρῶς. Sicut ingratiss, de ingratiss, quo et ipse Plautus sæpe utitur.

*Abusa.*) Exprimi curauimus ueteris exempli scripturam, uerbis, sententijs & numeris congruentibus. In Nonio tamen ita nunc legitur, abusa sunt. nam si ea durarēt mihi, mulier mitteretur ad te, nec te quicquam poscerem.

*Nibili coctio est.*) Veram esse lectionem puto, nomen est tamen hoc in nostro minus liquidè perscriptum. Coctionis & Nonius mentionem facit, & cuctionem ueteribus fuisse ait. Et Gellius apud Laberium uulgare nomen Coctionis reperiri scribit pro eo, quem ueteres arulatore uocassent.

*Vinnula uenust.*) Vinnula geminata litera n, tā in nostro est codice, quàm apud Noniū. Qui dicit esse uinnulū, sensiloquū, hoc est illecebrum: id est, ut opinor, animum penetrans leuitate & blandimentis.



*Quod peream.*) Ita oratio quasi græciffat, ut in alijs multis. ut, *Quid me uisid genus.* In nostro tamē legitur, *Quo peream magis.*

*Certe hercle ego.*) Auspicij, integrè legetur, propter numeros. nisi quis malit, auspicioꝝ, sed expressa scriptura est ueteris libri. Versus autem sunt similes superioris scenæ.

*Obseruabit.*) Vel obserauit, sed obseruauit est in nostro. Versus sunt superioris scenæ uersuum similes.

*Herum in obs.*) Aut, herum in, dactylus erit: aut in obsidione, si, producetur, aut alia quauis ratione fulcientur numeri.

*Max. opin.*) Ita planè in nostro est libro, & hæc est uera lectio. adducuntur à Gellio hi uersus, interpretante uocabulū *Obnoxius*, sed mendose perscripti ibi sunt.

*Tantum adest boni e impr.*) Legendum, *Tantum adest boni improuiso: ommissa præpositione, quæ neq; in ueteri libro est, & quam numeri repudiant.*

*Familiare tergum.*) Ita est in nostro. Nonius in genere masculino legit familiarem tergum. numerorum ratio utramq; formam nominis admittit.

*Mitto istuc.*) Ita in nostro hic uersus scriptus est. *Quidam ad explendos numeros fecerunt, Mitto istuc iam. Mihi uenit in mentem, à librario pronomen fuisse omissum, cum in archetypo iterum poneretur, hoc modo, Mitto istuc, istuc quod as.*

*Fæmina.*) Sine diphthongo, sola litera e, scribendū. Et mox, idem, est ij dem. Et inferius, exasceatum: ita & in nostro. Est autem ascia notæ significationis nomen. Superius autem editus est uersus secundum nostrum ueterem librum, *Malum qui patitur, idem post patitur bonum.* Sed alij sic perscribi curarunt, post potitur bonum. Quæ sanè lectio cōmodior uidetur. nam illud *κακῆς πάσχειν*, & *εὐτυχῆσαι*, quod Græci dicunt, haud scio an lingua Latina non receperit.

*Mercatori pelleo.*) Versus dictionem dactylicam requirit, & est tamen *πῆλλαιος ἀπὸ τῶ πῆλλος*, ut, *Pellæo iuueni torus non sufficit orbis.* & mox, *Pellæo mercatori.* hic ergo *κατὰ οὐσιῶν* pelleo fecit.

*Conseruas meas.*) *Meas μετρουλάβης*, sicut & in mox sequente, & djo

te, adibus *Αισυλλάβως*. etsi hoc etiam in genere magna licentia usa comœdia Latina fuit. Sunt aut̄ huius scenæ uersus tambici tetrametri, *κατάλλυτοι*, qui uocantur Hipponactei et septenarij.

Ita hæc morata ianua est. ) Curauimus, ut ordo qui est in ueteri libro uerborum, seruaretur. Numeri autem expeditè procederent, si fieret, Ita hæc morata ianua est, ex templo ianitorem. perperam autem exaratum fuit, exemplo.

Quisq; obuiam. ) Sic etiam quicq; dixerunt. Atq; in ueteri libro prorsus illa scriptura est. mihi tamen in mentem uenit fuisse in archerypo, qui qui obuiam, id est, quicung;.

Iustin scelestē. ) Ianua *τρισυλλάβως* legetur absq; collisione, seu elisione. nel addetur, hac, ab iauua hac, hoc sterc. Sunt enim uersus huius scenę similiter Hipponactei. Qui sequitur, addita syllaba er, in deijci expletus fuit: sed in nostro libro deijci legitur, ut & in Nonio, qui araneorum in masculino genere esse uult, in nostro tamen libro araneorum est.

Sic dederō prius. ) Perspicua scriptura in nostro libro hæc est, ac miror quam obrem putarint esse mutandā. Nam hoc dicit, ita potius donare uelle quā uendere, cum tā malè soluatur.

Proficiscim. ) Mendum hoc est, & in nostro scriptura deprauata, etiam in interpolatione litterarum. quæramus ergo emendationem.

Nequeon ego te. ) Te retinendum *Ααιγισσαι*, ut constent numeri *τρεχαινοι τριτάκτοι καί αλλυτοι*. Sicut & mox, Et meam partem loquendi, non elidetur litera i.

Utro expetis. ) Vel expetisis. nota enim hæc litetarum e & i mutatio. Inferius: apud me inopiæ, *αουναυβτος* pronunciabitur. Et mox, sicut tedamare, ita quoq; quod amentur, legendum. Et post uersus aliquot, unum Argyrippum, aut absq; elisione literæ m, pronunciabitur nomen, aut deest fortasse pronomen, hunc: ut fiat, Argyrippum hunc animi causa.

Indoioresq;. ) Versus sunt rursus Hipponactei. Expressa autem est hoc loco scriptura ueteris libri, quā mutarunt quidam sanè audacter, ut uideretur, in Tortores. Mihi autem illud uocabulum sanè est ignotum, neq; fatis possum constituere, quid in archerypo fuisse suspicandum sit, cum hæc quidem lectio  
fals



falsa esse uideatur. Cogitanti tamen in mentē mihi uenit, fortasse Plautum, qui non dubitaret quiduis fingere, fecisse in cloctores, de sonitu uerborū: ut illud, taxtax tergo erit meo. Nam clognum *παισιγύμνος* strepitum & sonitum græci appellant, ut in iocoso oraculo Luciani, *ὑβδὸν ἰριπακκί κλογμῶ.*

*Æa nunc leg.*) Et sensus horum duorum uersuum, & uerba sunt perturbata. In nostro hi uersus ita leguntur, *Æa nunc legiones, copiæ, exercitusq; forum, Vi pugnando periaris nostris eugæ potiti.*

Quæ scriptura si est uera, forum pro furum positū est, atq; hæc mihi ex omnibus lectio max. tolerabilis uidetur.

*Quod se abs.*) Hic uersus si est integer, assumenda sunt illa ad minicula figurarum, quibus numeri fulciantur, & omnino, si dem legendum totum.

*Mane dum.*) Similiter & hic uersus *διαιρέσει* est expediendus, ut numeri progredi possint.

*Nunquam ullum habui.*) Ita & in nostro. Sed uersus requirit penultimam syllabam longam. Sunt enim huius scenæ uersus Hipponactei, similes uersibus superioris. Ideo uenit in mētem mihi, Plautum fecisse, habiui, ut posui, uacuas, & huiusmodi quædam alia.

*Hinc medamantem.*) Manifesta scriptura hæc est in nostro libro, quam non agnoscentes fecerunt clamantem. Quod autem sequitur, deiecit, in ueteri libro planè scribitur, deligit, quod temerè mutandum esse nō puto. Nam deligo & diligo, mutata e littera in i, distractionem & diuisionem significare Nonius docet, adducens locum è Curculione, Clupeatu elephantum ubi machæra diligit.

*Ecquid est sal.*) Ut repetimus in nostro libro, ita exprimi hūc uersum curauimus. satis autem habet, s, literā liquefcentem. quod non animaduertentes quidam, hunc locū mutando corruerunt, ut alios in hoc autore innumerabiles: quorum audaciæ uel temeritati potius, sæpenumero non possum non admodum irasci.

*Quo nos uocabis nomine.*) Si nihil deest in hoc uersu, nomine habebit ultimam longam, *ὑβδὸς* sanè inusitatiore. qua offensus nimirum,

nimirum fuerunt, qui inseruerunt At, & fecerunt, At non patronos: de quo ipsi uiderint.

*Nolo ego.*) Si esset, Nolo enim ego te, essent plana omnia: nūc adhærescunt numeri, quibus expediendis opus erit *διαιρέσις*.

*Procliue est.*) Vera lectio expressa de nostro ad uerbum. Iocatur autem seruus, alludens ad id quod antè adolescēs dixerat, Hic istam colloca crumenā in collo planè. atq; id ait esse in procliui, quod ille in plano dixisset. Scribendum aut collocare. nā illud conlocare, quia non enunciatur, etiam scribendum ad illū modū non est, etsi talis scriptura in ueterib. etiā libris cernitur. sed omnino est curiositatis grammaticæ hæc scriptio, à Prisciano etiam reprehensa. Sed hoc nunc non agitur.

*Dic esse uitellum.*) Scribendum, Hædillum me tuum dic esse, uel uitellum. uidetur autem à uitulo nūc uitellum duxisse, ut ab anulo anellus sit, & à fabula fabella.

*Videbitur factum uolo.*) Varro: Videbimus, factū uolo. In nostro aut liquidò legitur Conticinno, gemina nn, *τις κοινὸς λαβόν*, & ita quidem numeri magis bellè procedunt. Sed neq; conticinno, si legatur, impediuntur illi: & ubiq; conticinium interpretantur, silentium quietis nocturnæ.

*Hirundinem monedulam putillum.*) Hoc putillū perperam inculcatum, tollatur. Sed hoc sciendum, putillum in ueteri libro legi, & uideri positum pro pusillo. Penultimus & ultimus uersus huius scenæ ita distinguendi sunt,

De argento enim si mater tua sciat uti sit factum. AR G. eia Benedicite. ite intrò citò. ualete, & uos amate.

Atq; citò, aut habet οὐκ ἔστιται μὲν, aut deest: & ut fiat, citò. & ualete.

*Tuus arbitratus.*) Id est arbitrium. In Nonio perperam legitur arbitrius, pro arbitrato. Sunt autē uersus huius scenæ omnes Senarij Iambici.

*Abs ted accipiat.*) Interposita litera d, ad dirimendos sonos uocalium etiam hoc loco turbauit emēdatores, qui locum hunc corruperunt, & fecerunt Adstet. Postea autem legendum, & ueritatem dicere: id est, religione prohibitam, ut Nonius interpretatur, non ueritatem.



Tot reddat spur.) In nostro, & Nonius, tot noctes reddat spurcas, quot puras habuerit. Quæ si est uera lectio, tot noctes, erit *ἡμέρας ἑσπερας ἀπὸ τῶν ἡμερῶν*, spondæus: sin omittas, noctes, legendum est habuerit. aliàs enim uersus erit *ἡμέρας*.

Agendum decumb.) Huius scenæ primi uersus duo, sunt Iambici *ἰαμβοί*, reliqui *ἰαμβοὶ ἀναστάσιμοι*.

Nunquid nam tibi.) Hic uersus ita scribi atq; legi debet, Nunquid nam tibi molestum est, gnate mi, si hæc nunc mecum accubet?

An tu mecum uirum.) Versus huius scenæ, & deinceps ad finem usq; huius fabulæ omnes sunt Trochaici Archilochij.

Faciendo lass.) Fortasse uerū sit, delassus, ita enim numeris nihil defuerit. sin illud, lassus, retineamus, *ἀσπίου* res explicabitur.

An fœtet anima uxoris tuæ.) Inerit iambus in hoc uersu, aut nescio quæ alia medicina adhibebitur numeris. Sicut & in illo, Dixisti in me, sine uenias modò domū, faxo ut scias. Etsi rectè posse legi reuenias suspicor. Sed & transposita uerba, modò uenias, omnem difficultatem remouent.

Miseram odio en.) Hic uersus in nostro libro ita legitur, Miseram odio enicabit. ART. surge amator, i domum.

De cuius numeris, si nihil deest, comminiscatur quisq; quod poterit. In illo autem qui sequitur, At etiam cubat suc, nisi mutilum esse suspicemur, iambus inerit.

FINIS.

## AVLVLARIA.

## DRAMATIS PERSONAE.

LAR	Prologus.
EVCLIO	Senex.
STAPHYLA	Anus.
EVNOMIA	Mulier.
MEGADORVS	Senex.
STROBILVS	Geminus seruus.
ANTHRAX	Coquus.
CONGRIO	Coquus.
PYTHODICVS	Seruos.
LYCONIDES	Adolescens.
PHAEDRA	Puella.

## ARGVMENTVM.

**S**enex auarus uix sibi credens Euclio,  
 Domi sua defossam multis cum opibus,  
 Aulam inuenit, rursumq; penitus conditam  
 Exanguis, amens, seruat, eius filiam  
 Lyconides uitiat, interea senex  
 Megadorus à sorore suus ducere,  
 Vxorem auari gnatam deposcit sibi.  
 Durus senex uix promittit, atq; aule timens,  
 Domo sublatam uarijs abstrudit locis.  
 Insidias seruos facit huius Lyconidis,  
 Qui uirginem uitiat, atq; ipse obsecrat  
 Auunculum Megadorum sibimet cedere  
 Vxorem amanti, per dolum mox Euclio  
 Quum perdidisset, aulam insperato inuenit,  
 Latusq; natam collocat Lyconidi.

## ARGVMENTVM ALIVD.

Aulam repertam auri plenam domi Euclio,

Visum-



Vi summa seruat, miseris affectus modis.  
 Lyconides istius uitiat filiam.  
 Volt hanc Megadorus indotatam ducere.  
 Lubensq; ut faciat, dat coquos cum obsonio.  
 Auro formidat Euclio, abstrudit foris.  
 Req; omni inspecta, compressoris seruulus  
 Id surpit, illic Euclioni rem refert,  
 Ab eo donatur auro, uxore, & filio.

## LAR familiaris, PROLOGVS.

**N**E quis miretur qui sim, paucis eloquar.  
 Ego lar sum familiaris, ex hac familia,  
 Vnde exeuntem me aspexistis. hanc domum  
 Iam multos annos est cum possideo, & colo.  
 Patriq; auoq; iam huius qui nunc hic habet:  
 Sed mihi auus huius obsecrans concredidit  
 Auri thesaurum clam omnis, in medio foco  
 Defodit, uenerans me, ut id seruarem sibi.  
 Is quoniam moritur, ita auido ingenio fuit,  
 Nunquam indicare id filio uoluit suo:  
 Inopemq; optauit potius eum relinquere,  
 Quam eum thesaurum commonstraret filio.  
 Agri reliquit eij non magnum modum,  
 Quo cum labore magno, & misere uiueret.  
 Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit,  
 Cœpi obseruare, ecquid maiorem filius  
 Mihi honorem haberet, quam eius habuisset pater.  
 Atq; ille uero minus, minusq; impendio  
 Curare, minusq; me impartire honoribus.  
 Item à me contra factum est, nam item obiit diem.  
 Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat filium  
 Pariter moratum, ut pater auusq; huius fuit.  
 Huic filia una est: ea mihi cotidie  
 Aut ture, aut uino, aut aliqui semper supplicat,

Dat mihi coronas, eius honoris gratia  
 Feci thesaurum, ut hic reperiret Euclio,  
 Quo eam facilius nuptum, si uellet, daret.  
 Nam compressit eam de summo adolescens loco,  
 Is scit adolescens quae sit, quam compresserit.  
 Illa illum nescit, neq; compressam autem pater  
 Eam ego hodie faciam, ut hic senex de proximo  
 Sibi uxorem poscat. id ea faciam gratia,  
 Quo ille eam facilius ducat, qui compresserat.  
 Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex,  
 Is adolescentis illius est auunculus.  
 Qui illam stuprauit noctu Cereris uigilijs.  
 Sed hic senex, iam clamat intus ut solet,  
 Anum foras extrudit, ne sit conscia.  
 Credo aurum inspicere uolt, ne surreptum siet.

SENEA EVCLIO. STAPHYLA anus.

- EV. **E**xi inquam, age exi. excundum hercle tibi hinc  
 Circumspectatrix cum oculis emisisti. (est foras.  
 ST. Nam cur me misera uerberas? EV. ut misera sis,  
 Atq; ut te dignam mala malam aetatem exigas.  
 ST. Nam me qua nunc caussa extrusisti ex adibus?  
 EV. Tibi ego rationem reddam stimalorum seges?  
 Illuc regredere ab ostio, illuc sis uide, ut  
 Incedit. at scin' quo modo tibi res se habet?  
 Si hodie hercle sustem cepero, aut stimulum in manum,  
 Testudineum istum tibi ego grandibo gradum.  
 STA. Utinam me diui adaxint ad suspendium  
 Potius quidem quam hoc pacto apud te seruiam.  
 EV. At ut scelesti sola secum murmurat.  
 Oculos hercle ego istos improba effodiam tibi,  
 Ne me obseruare possis, quid rerum geram.  
 Abscede etiam nuuc, etiam nunc, etiam ohe nunc.  
 Istic adesto, si hercle tu ex isto loco



Digitum transuersum, aut unguem latum excefferis,  
 Aut si respexis donicum ego te iussero,  
 Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.  
 Scelestio rem me hac anu certe scio  
 Vidisse nunquam, nimisq; ego hanc metuo male,  
 Ne mihi ex insidijs uerba imprudenti duit,  
 Neu persentiscat, aurum ubi est absconditum.  
 Que in occipitio quoq; habet oculos pessima,  
 Nunc ibo ut uisam, sit ne ita aurum ut condidi,  
 Quod me sollicitat plurimis miserum modis.

ST A. Nec nunc mecastor quid hero ego dicam meo.

Male rei euenisse, quam ut insaniam  
 Queo comminisci, ita miseram me ad hunc modum  
 Decies die uno sepe extrudit aedibus.  
 Nescio pol que illum hominem intemperie tenent:  
 Peruigilat noctes totas, tum autem interdium  
 Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.  
 Neq; iam quo pacto celem herilis filie  
 Probrum, propinqua partitudo cui appetit,  
 Queo comminisci, neq; quicquam melius est mihi,  
 Ut opinor quam ex me ut unam faciam literam  
 Longam, mecum laqueo collum quando obstrinxero.

EVCLIO senex. STAPHILA anus.

EV. **N**unc defecato demum animo egredior domo,  
 Postquam perspexi salua esse intus omnia.  
 Redi nunc iam intro, atq; intus serua. ST A. Quippini  
 Ego intus seruem, an ne quis eedes auferat?  
 Nam hic apud nos nihil est aliud quædæm furibus.  
 Ita in anijs sunt oppletæ atq; araneis.

EV. Mirum quin tua me causa faciat Iuppiter  
 Philippum regem, aut Darium, trinuenefica.  
 Araneas mihi ego illas seruari uolo.  
 Pauper sum fateor, patior, quod di dant fero.

Abi intrò, occlude ianuam, iam ego hic ero,  
 Caue quenquam alienum in ædis intromiseris.  
 Quod quispiam ignem quærat, extingui uolo,  
 Ne caussæ quid sit, quod te quisquam queritet.  
 Nam si ignis uiuet, tu extinguere extempulo.  
 Tum aquam aufugisse dicito, si quis petet.  
 Cultrum securim, pistillum, mortarium,  
 Quæ utenda uasa semper uicini rogant,  
 Fures uenisse, atq; abstulisse dicito.  
 Profectò in ædes meas me absente neminem  
 Volo intromitti. atque etiam hoc prædico tibi,  
 Si bona fortuna ueniat, ne intromiseris.

STA. Pol ea, ipsa credo ne intomittatur cauet,

Nam ad ædis nostras nusquam adiit, quanquam propè est.

EV. Tace, atque abi intrò. STA. Tacco, atque abeo. EV. occlude sit

Fores ambobus pessulis, iam ego hic ero.

Discrucior animi, quia ab domo abscondum est mihi.

Nimis hercle inuitus abeo, si quid agam, scio.

Nam noster nostræ qui est magister curiæ,

Diuidere argenti dixit nummos in uiros.

Id si relinquo, ac non peto, omnes illico.

Me suspicentur credo habere aurum domi.

Nam non est uerisimile, hominem pauperem

Pauxillum parui facere, quin nummum petat.

Nam nunc quum celo sedulò omnes, ne sciant,

Omnes uidentur scire, et me benignius

Omnes salutant, quàm salutabant prius,

Adeunt, consistunt, copulantur dexteras.

Rogitant me ut ualeam, quid agam, quid rerum geram?

Nunc quò profectus sum ibo, postideam domum

Me rursum quantum potero, tantum recipiam.

EVNOMIA, MEGA-

DORVS senex.

Velim



- EV.** **V**elim te arbitrari me hæc uerba frater  
 Meæ fidei, tuæq; re hoc causa  
 Facere, ita ut æquum est germanam sororem.  
 Quanquam haud falsa sum, nos odiosas haberi.  
 Nam multum loquaces meritò omnes habemur.  
 Nec nullam profectò repertam ullam esse  
 Hodie dicunt mulierem ullo in seculo.  
 Verùm hoc frater unum tamen cogitato,  
 Tibi proximam me, mihiq; item esse te.  
 Ut æquum est, quod in rem esse utriq; arbitremur,  
 Et mihi te, & tibi me consulere & monere,  
 Neq; occultum id haberi, neq; per metum mussari.  
 Quin participem pariter ego te, & tu me ut facias.  
 Eo nunc ego secretò te huc foras seduxi,  
 Ut tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem.
- ME.** Da mihi optima scemina manum. **EV.** ubi ea est? quis ea  
 Est nam optima? **ME.** tu. **EV.** tu ne ais? **ME.** si negas,  
 Nego. **EV.** Decet te equidem uera proloqui,  
 Nam optima nulla potest eligi: alia alia  
 Peior, frater est. **ME.** idem ego arbitror, nec tibi  
 Aduersari certum est de istac re unquam, soror.
- EV.** Da mihi operam amabò. **ME.** tua est, utere  
 Atque impera, si quid uis. **EV.** id quod in rem tuam  
 Optimum esse arbitror, te id admonitum aduento.
- ME.** Soror more tuo facis. **EV.** factum uolo. **ME.** quid est id  
 Soror? **EV.** quod tibi sempiternum salutare  
 Sit liberis procreandis. **ME.** ita di faxint.
- EV.** Volo te uxorem domum ducere. **ME.** hei occidi.
- EV.** Quid ita? **ME.** Quia mihi misero cerebrum excutiant  
 Tua dicta soror, lapides loqueris. **EV.** cia hoc face,  
 Quod te iubet soror. **ME.** si iubeat, faciam. **EV.** in rem  
 Hoc tuam est, **ME.** ut quidem emoriar, priusquam ducam.  
 Sed his legibus, si quam dare uis, ducam, quæ

est.  
clude fit

Velim

- Cras ueniat, perendie fors seratur soror.*  
*His legibus quam dare uis cedo, nuptias adorna.*
- EV. *Quam maxima possum tibi frater dare dote.*  
*Sed est grandior natu, media est mulieris etas.*  
*Eam si iubes frater tibi me poscere, poscam.*
- ME. *Num non uis me interrogare te?* EV. *immò si quid uis, roga.*
- ME. *Post mediam etatem, qui mediam ducit uxorem domum,*  
*Si eam senex anum pregnantem fortuitu fecerit,*  
*Quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Posthumus?*  
*Nunc ego istum soror laborem demam, et diminuam tibi.*  
*Ego uirtute deum et maiorum nostrorum diues sum satis.*  
*Istas magnas factiones, animos dotes dapfiles,*  
*Clamores, imperia, eburata uehricula, pallas, purpuram,*  
*Nihil moror, quæ in seruitutem suntibus redigunt uiros.*
- EV. *Dic mihi queso, quis ea est, quam uis ducere uxorem?* ME. *clo*  
*Novisti hunc senem Euclionem ex proximo pauper culi? (quar.*
- EV. *Noui hominem haud malum mecastor.* ME. *eius cupio filiam*  
*Virginem mihi desponderi. uerba ne facias soror.*  
*Scio quid dictura es, hanc esse pauperem, hæc pauper placet.*
- EV. *Di bene uertant.* ME. *idẽ ego spero.* EV. *quid me nũc quid uis?*
- EV. *Et tu frater.* ME. *ego conueniã Euclionẽ, si domi (ME. uale.*  
*Est. sed eccum, nescio unde sese homo recipit domum.*

## EVCLIO, MEGADORVS, senes.

- P**Ræsagibat mihi animus, frustra me ire quã exiã a domo,  
 Itaq; abibam inuitus. nam neq; quisquam curialium  
 Venit, neq; magister, quem diuidere argentũ oportuit.  
 Nunc domũ properare propero: nam egomet sum hic, animus
- ME. *Saluus atq; fortunatus Euclio semper fies.* (domi est.)
- EV. *Di te ament Megadore.* ME. *quid tu? recten' atq; ut uis uales?*
- EV. *Non temerarium est, ubi diues blandẽ appellat pauperem.*  
*Im illic homo aurum me scit habere, eo me salutat blandius.*
- ME. *Ain' tu ualere?* EV. *Pol ego haud a pecunia perbene.*
- ME. *Pol si animus est æquus tibi, satis habes, qui bene uitam colas!*



- EV.** Anus hercle huic indicium fecit de auro, perspicue palam est.  
Cui ego iam linguam præcidam, atq; oculos effodiam domi.
- ME.** Quid tu solus tecum loqueris? **EV.** meam pauperiam conqueror.  
Virginem habeo grandem, dote cassam atq; illocabilem, (clio,  
Neq; eâ queo locare cuiquam. **ME.** tace, bonum habe animum **EV.**  
Dabitur, adinuabere à me, dic si quid opus est, impera.
- EV.** Nunc petit quum pollicetur, inhiat aurum ut deuoret.  
Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.  
Nemini credo, qui largè blandus est diues pauperi.  
Vbi manum inicit benignè, ibi onerat aliquam zaniam.  
Ego istos noui polypos, qui ubi quid tetigerint, tenent.
- ME.** Da mihi operam parumper, paucis Euclio est quod te uolo;  
De communi re appellare mea & tua. **EV.** hei misero mihi,  
Aurum mihi intus harpagatum est, nunc hic eam re uolt, scio;  
Mecum adire ad pactionem, uerum inter uisam domum.
- ME.** Quo abis? **EV.** Lam ad te reuortar, nã est quod uisam domum.
- ME.** Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia,  
Mibi ut despondeat, sese à me derideri rebitur.  
Neq; illo quisquam est alter hodie ex paupertate parciior.
- EV.** Di me seruant, salua res est, saluum est, si quid non perit.  
Nimis malè timui, priusquam intrò redij, exanimatus fui.  
Redeo ad te Megadore, si quid me uis. **ME.** habeo gratiam.  
Quæso quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.
- EV.** Dum quidem ne quid perconteris, quod mihi nõ lubeat loqui.
- ME.** Dic mihi, quali me arbitrare genere prognatum? **EV.** bono.
- ME.** Quid fides? **EV.** bona. **ME.** quid factis? **EV.** neq; malis, neq; imis
- ME.** Aetatè meã scis? **EV.** scio esse grãdè itidè ut pecuniã. (probis.
- ME.** Certè edepol equidem te ciuem sine mala omni malitia  
Semper sum arbitratus, & nunc arbitror. **EV.** aurũ huic olet.  
Quid nũc me uis? **ME.** quoniã tu me, & ego te qualis sis, scio:  
Quæ res rectè uortat, mihiq; tibiq; tueq; filie  
Filiam tuam mihi uxorem posco. promitte hoc fore.
- EV.** Hei Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis.

- Vt inopem atq; innoxium abs te, atq; abs tuis, me irrideas.  
 Nam de te neq; re, neq; uerbis merui, ut faceres quod facis.
- ME. Neq; edepol ego te derisum uenio, neq; derideo,  
 Neque dignū arbitror. E V. cur igitur poscis meam gnatā tibi?
- ME. Vt propter me tibi sit melius, mibiq; propter te et tuos.
- E V. Venit hoc mihi in mentē Megadore, te esse hominem diuitem,  
 Factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum.  
 Nunc si filiam locasim meam tibi, in mentem uenit,  
 Te bouem esse, et me esse asellum, ubi tecum coniunctus sitem.  
 Vbi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in luto.  
 Tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi nunquam sitem,  
 Et te utar iniquiore, et meus me ordo irrideat.  
 Neutrū habeam stabile stabulum, si quid deuortij fuat.  
 Asini me mordicibus scindant, boues incurserint cornibus.  
 Hoc magnum est periculum, ab asinis ad boues transcendere.
- ME. Quā ad probos propinquitate proximē te adiunxeris,  
 Tam optimum est, tu conditionem hanc accipe, ausculta mihi,  
 Atq; a desponde mihi. E V. at nihil est dotis quod dem. M E. ne  
 Dum modō morata rectē ueniat, dotata est satis. (Quis
- E V. Eō dico, ne me thesaurum repperisse censeas.
- ME. Noui, ne doceas, desponde. E V. fiat, sed pro Iuppiter,  
 Nō ego disperij: ME. quid tibi est. E V. quid crepuit quasi ferrū
- ME. Hic apud me hortū cōfodere iussi, sed ubi hic est homo? (modō.  
 Abijt, neq; me certiore fecit, fastidit mei.  
 Quia uidet me suam amicitiam uelle, more hominum facit.  
 Nam si opulentus, ita petitum pauperioris gratiam,  
 Pauper metuit congregi, per metum malē rem gerit:  
 Idem quando ille occasio perit, post serō cupit.
- E V. Si hercle ego te non elinguandam dedero, usq; ab radicibus,  
 Impero, auctorq; sum, ut tu me cuius castrandum loces.
- ME. Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum,  
 Quem senecta etate ludos facias, haud merito meo.
- E V. Neq; edepol Megadore facio, neq; si cupiam, copia est.

Quid?



- ME.** Quid? nunc etiam mihi despondes filiam? **EV.** illis legibus,  
Cum illa dote, quā tibi dixi. **ME.** sponden' ergo? **EV.** spondeo.  
Istuc di bene uortant. **ME.** ita faxint. **EV.** illud facito ut memi-  
Conuenisse, ut ne quid dotis mea ad te afferret filia. (neris)
- ME.** Memini. **EV.** at scio, quo uos pacto soleatis perplexarier.  
Pactum nō pactū est, non pactū pactam est, quod uobis lubet.
- ME.** Nulla controuersia mihi tecum erit, sed nuptias  
Hodie quin facimus, nū quæ caussa est? **EV.** immō edepol optu
- ME.** Ibo igitur, parabo, numquid me uis? **EV.** istuc fiet, uale. (mē.)
- ME.** Heus Strobile, sequere properè me ad macellum strenuè.
- EV.** Illic hinc abiit, di immortales, obsecro aurum quid ualeat?  
Credo ego iam illum inaudijisse, mihi esse thesaurum domi:  
Id inibat, ea affinitatem hanc obstinauit gratia.

EVCLIO senex, STAPHYLA anus.

- EV.** **V**Bi tu es quæ deblaterasti iam uicinis omnibus,  
Meæ me filia daturum dotem? heus Staphyla te uoco,  
Ecquid audis? uascula intus purè propera, atq; elue.  
Filiam despondi ego hodie, huic nuptum Megadoro dabo.
- STA.** Di bene uortant, uerūm ecastor non potest, subitum est nimis.
- EV.** Tace atq; abi, curata sic sint quum à foro redeam domum.  
Atq; occlude ædes: iam ego hic adero. **ST.** quid ego nūc agam?  
Nunc nobis propè adest exitium, mihi atq; herili filia.  
Nam probrum atq; partitudo propè adest, ut fiat palàm,  
Quod celatum est, atq; occultatū usq; adhuc, nunc non potest.  
Ibo intrò, ut hæc quæ imperauit, facta cum ueniat sient.  
Nam ecastor malum mærorem metuo, ne mistum bibam,

STROBILVS seruus, ANTHRAX,

CONGRIO, coqui.

- STR.** **P**ostquam obsonauit herus, & conduxit coquos,  
Tibicinasq; hæc apud forum, edixit mihi,  
Vi dispartirem obsonium hic bifariam.
- CO.** Me tu quidem hercle, dicam palàm, non diuides,  
Si quò tu totum me ire uis, operam dabo.

STR. Bellum & pudicum uerò prostibulum popli.

Pòst si quis uellet te, haud non uelles diuidi.

Atqui ego istuc Anthrax aliouorsum dixeram,

Non istuc quod tu insimulas, sed herus nuptias

Meus hodie faciet. COC. curus ducit filiam?

STR. Vicini huius Euclionis senis è proximo.

Ei adco obsonij hinc dimidium iussit dari,

Cocum alterum, itidemq; alteram tibicinam.

COC. Nempe huic dimidium ducis, dimidium domi?

STR. Sicut dicis. COC. quid hic non poterat de suo

Senex obsonari filiae in nuptijs.

STR. Vab. COC. quid negotij est? STR. quid negotij sit rogas?

Pumex non aequè est aridus, atq; hic est senex.

COC. Ain' tandem ita esse ut dicis? STR. tute existima

Suam rem perijsse, se' que eradicarier,

Quin diuum atq; hominum clamat continuo fidem,

De suo tiglio sumus, si qua exit foràs.

Quin quum id dormitum, follem obstringit ob gulam.

COC. Cur? STR. ne quid animæ fortè amittat dormiens.

COC. Etiam' ne obturat inferiorem gutturem,

Tum' ne quid animæ fortè amittat dormiens?

STR. Hæc te mihi, sicut tibi me æquum est credere.

COC. Inò equidem credo. STR. at scin' etiam quo modo?

Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere.

COC. Censen' talentum maguum exorari potest,

Ab istoc sene ut det, qui fiamus liberi?

STR. Famem hercle utendam, si roges, nunquam dabit.

Quin ipsi pridem tonsor ungues demisserat,

Collegit, omnia abstulit præsegmina.

COC. Edepol mortalem parcè parcum prædicas.

Censen' uerò adco esse parcum, & miserè uiuere?

STR. Pulmentum pridem eadem eripuit miluius,

Homo ad prætorem plorabundus deuenit,



Infit ibi postulare plorans, ciulans,  
 Vt sibi liceret miluium uadarier.  
 Sexcenta sunt, quæ memorem, si sit otium.  
 Sed uter uestrorum est celerior, memora mihi.

CON. Ego ut multo melior. STR. cocum ego, non furem rogo.

CON. Cocum ego dico. AN. quid tu ais? CON. sic sum, ut uides.

AN. Cocus ille nundinalis est, in nonum diem  
 Solet ire coctum. CON. tu trium litterarum homo  
 Me uituperas fur. AN. etiam fur trifurcifer.

STROBILVS, ANTHRAX,  
 CONGRIO, COCVS.

STR. **T**ace nunc iam tu, atq; agnum horum uter est pinguior.

COC. **L**icet. STR. tu Congrio eum sume actutum tibi,  
 Atq; intrò abi illuc, & uos illum sequimini.

Vos ceteri illuc ad nos. COC. hercle iniuria  
 Dispertiuisti, pinguiorem agnum isti habent.

STR. At nunc tibi dabitur pinguior tibia.

Isanè cum illo Phrygia, tu autem Eleusium  
 Huc intrò, abi ad nos. CON. ò Strobile subdole,  
 Huccine detrusisti me ad senem parcissimum?  
 Vbi si quid pascas, ad rauim pascas prius  
 Quam quicquam detur. STR. stultus & sine gratia es.  
 Tibi rectè facere, quando quod facias perit.

CON. Qui uerò? STR. rogitas? iam principio in ædibus  
 Turba istuc nulla tibi erit, si qui uti uoles,  
 Domo abs te afferto, ne operam perdas pascere,  
 Hic apud nos magna turba, ac magna familia est.  
 Supellex, aurum, uestes, uasa argentea:  
 Vbi si periuerit quippiam, quod te scio  
 Facile abstinere posse, si nihil obuiam est,  
 Dicant, coci abstulerunt, comprehendite,  
 Vincite, uerberate, in puteum condite.  
 Horum tibi istuc nihil eueniet, quippe qui

Vbi

Infit

Vbi quid surripiat, nihil est. sequere hac me. CON. sequor.

STROBILVS, STAPHYLA.

STR. **H**Eus Staphyla prodi, atq; ostium apcri. STA. qui uocat?

STR. **H** Strobilus. STA. quid us? STR. hos ut accipias cocos,

Tibicinamq; obsoniumq; in nuptias.

Megadorus iussit Euclioni hæc mittere.

STA. Cererim Strobile istas facturi nuptias?

STR. **Q**ui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo.

STR. At iam afferetur, si à foro ipse redierit.

STA. Ligna hic apud uos nulla sunt. STR. sunt afferes?

STA. Sunt pol. STR. Sunt igitur ligna, ne queras fors.

STA. Quid impurate, quanquam Vulcano studes,

Cœne ne causa aut tuæ mercedis gratia,

Nos nostras ædes postulas comburere?

STR. Haud postulo, duc istos intrò. STA. sequimini.

PYTHODICVS seruus.

**C**Vrate, ego interuisam quid faciant coqui,

Quos pol ut ego hodie seruem, cura maxima est.

Nisi unum hoc faciam, ut in puteo cœnam coquant,

Coctam inde sursum subducemus corbulis.

Si autem deorsum comedent, si quid coxerint,

Superi incœnati sint, & cœnati inferi.

Sic uerba hic facio, quasi negotij nihil fiet,

Rapacidarum ubi tantum fiet in ædibus.

EVCLIO, CONGRIO.

**V**olui animum tandem confirmare hodie meum,

Vt bene haberem meæ me filia, in nuptijs.

Venio ad macellum, rogito pisces, indicant

Caros, agninam caram, caram bubulam,

Vitulinam, cetum, porcina, cara omnia:

Atque eo fuerunt cariora, es non erat.

Abeo illinc iratus, quoniam nihil est qui emam.

Ita illis impuris omnibus adij manum.



Deinde egomet mecum cogitare inter uias  
 Occepi, festo die si quid prodegeris,  
 Profesto egere liceat, nisi peperceris  
 Postquam hanc rationem cordi uentriq; edidi,  
 Accessit animus ad meam sententiam,  
 Quam minimo sumtu filiam ut nuptum darem.  
 Nunc tustulum emi, et hasce coronas floreas,  
 Hæc imponentur in foco nostro lari,  
 Ut fortunatas faciat gnate nuptias.  
 Sed quid ego apertas ades nostras conspicio?  
 Et strepitus est intus, num' nam compilor miser?

CON. Aulam maiorem si potes uicina  
 Pete: hæc est parua, capere non quit. E V. hei mihi.  
 Perij hercle, aurum rapitur, aula queritur.  
 Nimirum occidor, nisi ego intrò huc propero currere.  
 Apollo queso subueni mihi, atq; adiuua,  
 Confige sagittis fures thesaurarios.  
 Cui in re tali iam subuenisti ante id hæc.  
 Sed cesso prius, quàm prorsus perij, currere.

## ANTHRA X.

**D**omo desquama piscis, tu Machærio  
 Congrum muranæ ex dor sua quantum potes,  
 Atq; omnia dum abs sum hinc, ex ossata fac sient.  
 Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto  
 A Congrione: tu istum gallum, si sapis,  
 Glabriorem reddes mihi, quàm uolsus ludius est.  
 Sed quid clamoris oritur hinc ex proximo?  
 Coqui hercle, credo, faciunt officium suum.  
 Fugiam intrò, ne quid hic turbæ fiat itidem.

## CONGRIO.

**O**ptati ciues, populares, incolæ, accolæ, aduenæ omnes,  
 Date uia qua fugere liceat, facite totæ plateæ pateat.  
 Neq; ego unquam nisi hodie, ad bacchas ueni in bac  
 cbanal coquinatum, Itæ

Ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt.  
 Totus dolco, atq; oppidò perij, ita me iste habuit senex gymna  
 Atat perij hercte ego miser, aperitur bacchanal, adest. (sum.  
 Sequitur, scio quam rem geram, hoc ipsius magister me docuit.  
 Neq; ligna ego usquam gentium præberi uidi pulcrius,  
 Itaq; omnis exegit foras, me atq; hos onustos fustibus.

EVCLIO senex. CONGRIO.

- EV. **R**Edi, quò fugis nūc? tene tene. CON. quid stolide clamās?  
 EV. Quia ad trisuiros iā ego deferā tuū nomē. CO. quā obre?  
 EV. Quia cultrū habes. CO. cocū decet. EV. quid cōminatus  
 Mihi. CON. istuc male factum arbitror, quia non latus fōdi.  
 EV. Homo nullus est te scelestior qui uiuat hodie,  
 Neq; cui ego de industria amplius male plus lubens faxim.  
 CON. Pol etsi taceas, palām id quidem est, res ipsa testis est.  
 Ita fustibus sum mollior miser magis, quā ullus cinædus,  
 Sed quid tibi nos mendice homo tactio est? quæ res est?  
 EV. Etiam rogitas? an quia minus quā æquum erat feci?  
 CON. Sine, at hercle cum malo magno tuo si hocce caput sentit.  
 EV. Pol ego haud scio quid pōst fiat, tuum nunc caput sentit.  
 Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negotij,  
 Me absente? nisi ego iusseram, uolo scire. CO. N. tace ergo.  
 Quia uenimus coctum ad nuptias. EV. quid tu malum curas,  
 Vtrum crudum an coctum edam, nisi tu mihi es tutor?  
 CON. Volo scire, sinas an non sinas nos coquere hic cœnam.  
 EV. Volo scire item ego, meæ domi mea ne salua futura?  
 CON. Vtinam mea mihi modò auferam, quæ attuli, salua.  
 EV. Me haud poenitet, tua ne expetam? CON. scio: ne doce, noui.  
 Quid est, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam?  
 Quid fecimus? quid diximus tibi secus quā uelles?  
 EV. Etiam rogitas sceleste homo, qui angulos hic omnis  
 Mearum ædium, & conclauium mihi peruium facitis?  
 Id ubi tibi erat negotium ad focum sic adesces,  
 Non fissile haberes caput, merito id tibi factum est.



Adeò ut tu meam sententiam iam iam noscere possis,  
 Si ad ianuam huc accesseris, nisi iussero, propius  
 Ego te faciam miserimus mortalium uti sis.  
 Scis iam meam sententiam? quò abis?redi rursusum.

CON. Ita me bene amet Lauerna, te iam nisi reddi  
 Mibi uasa iubes, pipulo hic differam te ante ædis.  
 Quid ego nunc agam? ne edepol ueni huc auspicio malo.  
 Nummo sum conductus, plus iam medico mercede opus est.

## EVCLIO. CONGRIO.

EV. **H**oc quid è hercle quòquo ibo nūc, mecū erit, mecū serā.  
 Neq; istuc in tantis periculis unquam cōmittam ut fiet.  
 Ite sanè nunc iam intrò omnes, & coqi & tibi cinz.

Etiā huc introduce, si uis, uel gregem uenaliū.

Coquite, facite, festinate nunc iam quantum lubet.

CON. Temperi postquam impleuisti fustibus istorum caput.

EV. Intrò abi. opera huc est conducta uestra, non oratio.

CON. Heu senex, pro uapulando hercle ego abs te mercedem pctam.  
 Coctum ego, non uapulatum dudum conductus fui.

EV. Lege agito mecum, molestus ne sis, i & cornam coque,  
 Aut abi in malum cruciatum ab ædibus. CON. abi tu modò.

## EVCLIO.

EV. **L**lic hinc abiit. Di immortales facinus audax incipit,  
**I**qui cum opulento pauper homine coepit habere negotium,  
 Aut rem: uelut Megadorus tentat me omnib. miserū modis,  
 Qui simulauit mei honoris mittere huc caussa coqos,  
 Is mea caussa misit, hoc qui surriperent misero mihi.  
 Condiigne etiam meus me intus gallus gallinaceus,  
 Qui erat anni peculiaris, perdidit penissimè.  
 Vbi erat hæc defossa, occæpit ibi scalpurire unguis  
 Circumcirca. quid opus est uerbis? ita mihi pectus peracuit.  
 Capiro sistem, obrunco gallum, furem manifestarium.  
 Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coqos.  
 Si id palam fecisset, exemi ex manu manubrium.

Quid

Quid opus est uerbis? facta est pugna in gallo gallinaceo.  
Sed Megadorus meus affinis, eccum incedit à foro,  
Iam hunc non ausim præterire, quin consistam & colloquar.

MEGADORVS, EVCLIO.

**N** Arraui amicis multis consilium meum  
De conditione hac. Euclionis filiam  
Laudant, sapienter factum & consilio bono:

Nam meo quidem animo si idem faciant ceteri  
Opulentiores pauperiorum filias  
Ut indotatas ducant uxorem domum,  
Et multo fiat ciuitas concordior,  
Et inuidia nos minore utamur quàm utimur.  
Et illæ malam rem metuunt, quàm metuunt magis.  
Et nos minore sumtu simus, quàm sumus.  
In maximam illuc populi partem est optimum.  
In paucioris auidos altercatio est.

Quorum animis auidis, atq; insatietatibus  
Neq; lex, neq; tutor capere, est qui possit, modum.  
Nanq; hoc qui dicat, quo ille nubent diuites  
Dotatæ, si istud ius pauperibus ponitur,  
Quo labeat nubant, dum dos ne fiat comes:  
Hoc ita si fiat, mores meliores sibi  
Parent pro dote quos ferant, quàm nunc ferunt.  
Ego faxim muli precio, qui superant equos  
Sient uiliores gallicis canterijs.

**EV.** Ita me di amabunt, ut ego hunc ausculto lubens.  
Nimis lepidè fecit uerba ad parsimoniam.

**ME.** Nulla ergo dicat, equidem dotem ad te attuli  
Maiorem multo, quàm tibi erat pecunia.  
Enim mihi quidè equū est purpuram atq; aurum dari,  
Ancillas, mulos, muliones, pe dissequas:  
Salutigerulos pueros, uehicula qui uehar.

**EV.** Ut matronarum hic facta pernoit probè.



Moribus præfectum mulierum hunc factum uelim.

- ME.** Nunc quò quo uenias, plus plaustrorum in ædibus  
 Videas, quam ruri, quando ad uillam uencris.  
 Sed hoc etiam pulcrum est, præ quam ubi suntus petunt.  
 Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius,  
 Caupones, patagiarij, industriarij,  
 Flammearij, uiolarij, carinarij,  
 Aut manulearij, aut murrobathrarij,  
 Propole, linteones, calceolarij,  
 Sedentarij, sutores, diabathrarij,  
 Solearij astant, astant molochinarij,  
 Petunt fullones, sarcinatores petunt.  
 Stropharij astant, astant semizonarij.  
 Iam hosce absolutos censeas, cedunt, petunt.  
 Trecenti cum stant phylacista in atrijs,  
 Textores, limbolarij, arcularij, ducuntur, datur  
 Aes, iamq; hosce absolutos censeas,  
 Cum incedunt infectores crocotarij,  
 Aut aliqua mala crux semper est quæ aliquid petat.
- EV.** Compellarem ego illum, ni metuan ne desinat  
 Memorare mores mulierum, nunc sic finam.
- ME.** Vbi nugigerulis res soluta est omnibus,  
 Ibi ad postremum redit miles, es petit.  
 Itur, putatur ratio cum argentario.  
 Impransus miles astat, es censet dari.  
 Vbi disputata est ratio cum argentario,  
 Spes prorogatur militi in alium diem.  
 Hec sunt atq; alie multæ in magnis dotibus  
 Incommoditates, sumtusq; intolerabiles.  
 Nam quæ indotata est, ea in potestate est uiri.  
 Dotatæ maectant & malo & damno uiros.  
 Sed eccum affinem ante ædes, quid ais Euclio?

M. ACCIIPLAUTI  
 EVCLIO, MEGADORVS.

- EV. **N**imium lubenter edi sermonem tuum.
- ME. An audiisti? EV. usq; à principio omnia.
- ME. Tamen, è meo quidem animo, aliquāto facias rectius,  
 Si nitidior sies in filiae nuptijs.
- EV. Pro re nitorem, & gloriam pro copia:  
 Qui habent, meminerint sese unde oriundi sient.  
 Neq; pol Megadore mihi, neq; cuiquam pauperi,  
 Opinione melius res structa est domi.
- ME. Immò est, & dii faciant uti fiet diu,  
 Plus plusq; sospitent istuc quod nunc habes.
- EV. Tam hic scit me habere, quam egomet. anus fecit palam.
- ME. Quid tu te solus de senatu seuocas?
- EV. Pol ego te ut accusem meritò meditabar. ME. quid est?
- EV. Quid sit, me rogitas? qui mihi omnis angulos  
 Furum impleuisti in ædibus misero mihi.  
 Qui mihi intronisti in aedes quingentos coqos,  
 Cum senis manibus, genere geryonacco.  
 Quos si Argus seruet, qui oculus totus fuit,  
 Quem quondam Ioui Iuno custodem addidit,  
 Is nunquam seruet. præterea tibicinam  
 Quæ mihi interbibere sola, si uino scatet,  
 Corinthiensem fontem & Pireneum potest.  
 Tum obsonium autem. ME. pol uel legioni sat est.  
 Etiam agnū misisti. EV. Quo quidem agno sat scio  
 Magis curiosam nusquam esse ullam beluam.
- ME. Volo ex te ego scire qui sit agnus curio.
- EV. Qui ossa atq; pellis totus est, ita cura macer.  
 Quin exta inspicere in sole etiam uiuo licet,  
 Ita is pellucet quasi laterna Punica.
- ME. Cedundum illum ego conduxisti. EV. tum tu idem optimum est  
 Loccs efferendum: nam iam credo mortuus est.
- ME. Potare ego tecum hodie Euclio uolo.



- EV. Non potes ego quidem mehercle. ME. At ego iussero  
Cadum unum uini ueteris à me afferrier.
- EV. Nolo hercle. nam mihi bibere decretum est aquam.
- ME. Ego te hodie reddam madidum, si uiuo, probe,  
Tibi cui decretum est bibere aquam. EV. Scio quã rem agat:  
Ut me deponat uino, eam affectat uiam.  
Post hoc quod habeo ut commutet coloniam.  
Ego id cauebo. nam alicubi abstrudam foris,  
Ego fixo & operam & uinum perdiderit simul.
- ME. Ego nisi quid me uis, eo lauatum ut sacrificem,
- EV. Edepol hæ tu Aula multos inimicos habes.  
Atq; istuc aurum, quod tibi concreditum est,  
Nunc hoc mihi factu est optimum, ut te d auferam  
Aula in Fidei phanum, ibi abstrudam probe.  
Fides nouisti me, & ego te: caue sis tibi  
Ne tu in me mutas sis nomen, si hoc concreduo.  
Ibo ad te fretus tua Fides fiducia.

STROBILVS seruus Lyconidis.

- STR. **H**oc est serui facinus frugi, facere quod ego persequor,  
Ne moræ molestiæq; imperium herile habeat sibi.  
Nam qui hero ex sententia seruire seruus postulat,  
In herum matura, in se sera condecet capessere.  
Sin dormitet, ita dormitet seruum sese ut cogitet.  
Nam qui amanti hero seruitutem seruit, quasi ego seruius,  
Si herum uidet superare amorem, hoc serui esse officium reor,  
Retinere ad salutem: non eum quò incumbat, eò impellere.  
Quasi pueris qui nare discunt, scirpea iuducitur ratis,  
Qui laborent minus, facilius ut nent, & moueant manus:  
Eodem modo seruum ratem esse amanti hero æquum censeo,  
Ut toleret, ne pessum abeat tanquam \*  
Herile imperium ediscat, ut quod frons uelit, oculi sciant.  
Quod iubeat, citis quadrigis citius properet persequi.  
Qui ea curabit, abstinebit censione bubula.

Nec sua opera rediget unquam in splendorem compedes.  
 Nunc herus meus amat filiam huius Euclionis pauperis.  
 Eam hero nunc renunciatū est, nuptum huic Megadoro dari.  
 Is speculatum huc misit me, ut quæ fierent fieret particeps.  
 Nunc sine omni suspitione, in ara hic a sidam sacra.  
 Hinc ego huc & illuc potero, quid agant arbitrarier.

EVCLIO senex, STROBILVS seruus.

EV. **T**V modò caue cuiq̄ indicassis aurū meū esse istic, Fides,  
 Nō metuo ne q̄sq̄ inueniat, ita probè in latebris sitū.  
 Edepol nē illic pulcrā prædā agat, si quis illā inuenierit  
 Aulam onustam auri. uerū id te quæso ut prohibebis, Fides.  
 Nunc lauabo, ut rem diuinam faciam ne affinem morer,  
 Quin ubi accersat me, meam extemplò filiam ducat domum.  
 Vide Fides etiam atq; etiā, nūc saluam ut aulā abs te auferam.  
 Tuæ fidei concedidī aurum, in tuo luco et fano modò est sitū.

STR. Di immortales, quod ego hunc hominem facinus audio loqui?  
 Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano Fidei,  
 Caue tu illi fidelis quæso potius fueris, quàm mihi.  
 Atq; hic pater est, ut ego opinor, huius, herus meus quā amat.  
 Ibo hinc intrò, perscrutabor fanum, si inueniam uspiam  
 Aurum, dum hic est occupatus: sed si repperero, o Fides,  
 Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.  
 Id adeò tibi faciam, uerū ego mihi bibam, ubi id fecero.

EVCLIO.

**N**on temerè est quod coruos cātat mihi nūc ab laua ma  
 Semel radebat pedib. terrā, & uoce grocibat sua, (nu,  
 Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram,  
 Atq; in pectus emicare, sed ego cesso currere.

EVCLIO, STROBILVS.

EV. **F**oràs, foràs, lumbrice, qui sub terra erepisti modò,  
 Qui modò nusquā comparebas, nunc quū cōpares peris.  
 Ego edepol te præstigiator miseris iam accipiam modis.  
 STR. Quæ te mala crux agitât: quid tibi mecū est commercij senex?  
 Quid



Quid me afflictas? quid me raptas? qua me caussa uerberas?

EV. Verberabilissime, etiã rogitas nõ fur, sed trifur? (EV. rogas?

STR. Quid tibi subripui? EV. redde huc sis. ST. quid tibi uis reddã?

STR. Nihil equidẽ tibi abstuli. EV. at illud quod tibi abstuleras cedo.

STR. Hem quid agis? EV. quid agã? auferre non potes. ST. quid uis

EV. Pone hoc sis, aufer cauillum, non ego nunc nugã ago. (tibi?

STR. Quid ego ponam, quin tu eloquere quicquid est suo nomine.

Nõ hercle equidẽ quicquã sumsi, nec tetigi. EV. ostẽde huc ma

STR. Hẽ tibi ostẽdi. eccas. EV. uideo, age ostende etiã tertiam. (nus.

STR. Larue hunc atq; intemperie, insanieq; agitant senem.

Facis? ne iniuria mihi, an nõ? EV. fateor qã nõ pẽdes maximã.

Atq; id quoq; iam fiet, nisi fatere. STR. quid fatear tibi? (stuli.

EV. Quid abstulisti hinc? STR. Di me perdãt, si ego tui quicquã ab

Ni ue adeo abstulisse uellem EV. age dum excutedum pallium.

STR. Tuo arbitrato. EV. ne inter tunicas habeas. ST. tẽta quã lubet.

EV. Vah scelestus, quã benignẽ, ut ne abstulisse intelligam.

Nouisycophãtiã. age rursum, ostende huc manũ (bas profero.

Dexterã. STR. hem. EV. nũc leuã ostende. STR. equidem am-

EV. lam scrutari mitto, redde huc. STR. quid reddam? EV. ah nu-

gas agis. (expetis.

Certe habes. STR. habeo ego, quid habeo? EV. nõ dico, audire

Id meũ quicquid habes redde. STR. insanis, perscrutatus es

Tuo arbitrato, neq; tui me quicquam inuenisti penes.

EV. Mane, mane, quis illic est, qui hic intus alter erat tecum simul?

Perij hercle, ille nunc intus turbat, hunc si omitto, hic abierit.

Postremò iã hunc perscrutauit. hic nihil habet, abi quò lubet.

Iuppiter te diq; omnes perdant. STR. haud malẽ agit gratias.

EV. Ibo intro, atq; illi sociẽno tuo iã interstringã gulã. (te uideam.

Fugin hinc ab oculis? abim hinc an nõ? STR. abeo. EV. caue sis

## STROBILVS.

**E**Mortuum ego me mauelim leto malo,

Quã non ego illi dem hodie infidias seni.

Nãq; hic iam non audebit aurum abstrudere.

Credo referet iam secum, mutabit locum.  
 Atat foris crepuit, senex eccum aurum effert foras.  
 Tantis per hic ego ad ianuam concessero.

EVCLIO. STROBILVS.

EV. **F**idei censebam maximam multo fidem  
 Esse, ea subleuit os mihi peni sumè,  
 Ni subuenisset coruus, perissem miser.  
 Nimis hercle ego illum coruum ad me ueniat uelim,  
 Qui indicium fecit, ut ego illi aliquid boni  
 Dicam. nam quod edi tam diuim, quàm perduim.  
 Nunc hoc ubi abstrudam, cogito solum locum.  
 Syluani lucus extra murum est auius,  
 Crebro salicto oppletus, ibi sumam locum.  
 Certum est Syluano potius credam, quàm Fidei.

STR. Euge euge, dij me saluum & seruatum uolunt.  
 Iam ego illuc præcurram, atq; in scendâ aliquam in arborem,  
 Inde q; obseruabo aurum, ubi abstrudat senex.  
 Quanquam hic manere herus me sese iusserat.  
 Certum est, malam rem potius queram cum lucro.

EVNOMIA mulier, LYCONIDE Sado-  
 lescens, VIRGO.

LY. **D**ixi tibi mater, iuxta rem mecum tenes,  
 Super Euclionis filia, nunc te obsecro  
 Fac mentionem cum auunculo mater mea,  
 Resero q; mater quod dudum obsecraueram.

EV. Scis tute facta uelle me quæ tu uelis.  
 Et istuc confido à fratre me impetrassere.  
 Et caussa iusta est, siquidem ita est ut prædicat,  
 Te eam compressisse uinolentum, uirginem.

LY. Egó ne ut te aduersum mentiar mater mea?

VIR. Perij mea nutrix, obsecro te, uterum dolet,  
 Iuno lucina tuam fidem. LY. hem mater mea,  
 Tibi rem potio rem uideo, clamat, parturit.



- EV. I hac intrò mecum gnate mi ad fratrem meum,  
 Ut istuc quod tu me oras, efficiam tibi,  
 Ut istuc quod me oras, impetratum ab eo auferam.
- LY. I, iam sequor te mater, sed seruum meum  
 Strobilum miror ubi sit, quem ego me iusseram  
 Illic operiri. nunc ego mecum cogito,  
 Si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est.  
 Ibo intrò, ubi de capite meo sunt comitia.

## STROBILVS.

**P**Icos diuitijs, qui aureos montis colunt,  
 Ego solus supero. nam istos reges ceteros  
 Memorare nolo, hominum mendicabula  
 Ego sum ille rex Philippus, ô lepidum diem.  
 Nam ut dudum hinc abij, multo illo adueni prior,  
 Multoq; prius me collocavi in arborem,  
 Inde expectabam ubi aurum abstrudebat senex.  
 Vbi ille abijt, ego me deorsum duco de arbore.  
 Effodio aulam auri plenam, inde ex eo loco  
 Video recipere se senem, ille me non uidet.  
 Nam ego modò declinaui paulum me extra uiam.  
 Atat senem eccum ipsum, ibo ut hoc condam domum.  
 EVCLIOSenex. LYCONIDES adolescens.

- EV. **P**Erij, interij, occidi, quò curram? quò non curram?  
 Tene, tene, quem? quis? nescio, nihil uideo, cæcus eo, atq;  
 Equidè quò eam, aut ubi sim, aut qui sim, nequeo cum animo  
 Certum inuestigare, obsecro uos ego mihi auxilio  
 Oro, obtestor scis, & hominè demonstreretis, qui eã abstulerit.  
 Qui uestitu et creta occultant sese, atq; sedent quasi sint frugi.  
 Quid ais tu? tibi credere certū est. nã esse bonū ē uultu cogno  
 Quid est? qd ridetis? noui oēs, scio fures esse hic cōplures, scio.  
 Hem nemo habet horū, occidisti, dic igitur quis habet, nescis.  
 Heu me miserum, misere perij malè perditus, pessimè ornatus  
 Tantum gemitq; mali molestiæq; hic dies mihi obtulit, (eo.

Famem & pauperiem, perditissimus ego sum omnium in terra.  
 Nam quid mihi opus est uita, qui tantum auri perdidit?  
 Quod custodiri sedulo, egomet me defraudauit,  
 Animumque meum, geniumque meum, nunc eò alij latificantur  
 Meo malo & damno, pati nequeo. (rens?)

LY. Qui nam homo hic ante adis nostras ciulans conqueritur mee  
 Atque hic quidem Euclio est, est opinor, oppidò ego interij,  
 palàm est res.

Scit peperisse iam, ut ego opinor, filiam suam. nunc mihi incertum est,  
 Quid agam? abeam an maneam? an adeam, an fugiam? quid a-  
 gam edepol nescio.

EVCLIO senex. LYCONIDES adolescens.

Qvis homo hic loquitur? LY. ego sum. EV. immò ego  
 sum miser, & miserè perditus,

Cui tanta mala, inconstitudoque obtigit. LY. animo bono es. (tuum

EV. Quo obsecro pacto esse possum? LY. quia istuc facinus, quod  
 sollicitat animum, id ego feci & fateor. EV. quid ego ex te audio?

LY. Id quod uerum est. EV. quid ego de te merui adolescens mali,  
 Quamobrem ita faceres, meque meosque perditum ires liberos?

LY. Deus mihi impulsor fuit, is me ad illam illexit. EV. quo modo?

LY. Fateor me peccauisse, & meam culpam commertum scio.  
 Id adeò te oratum aduenio, ut animo æquo ignoscas mihi.

EV. Cur id ausus facere? ut id quod non tuum esset tangeres?

LY. Quid uis fieri? factum est illud, fieri infectum non potest.  
 Deos credo uoluisse: nam ni uellent, non fieret scio.

EV. At ego deos credo uoluisse, ut apud te me in neruo enecem.

LY. Ne istuc dixis. EV. quid tibi ergo meam me inuito tactio est?

LY. Quia uini uitio atque amoris feci. EV. homo audacissime,  
 Cum istac ne te oratione huc ad me adire ausum impudens?  
 Nam si istuc ius est, ut sic tu istuc excusare possies,  
 Luce claro deripiamus aurum matronis palàm,  
 Post id si prehensi simus, excusamus ebrios  
 Non fecisse amoris causa, nimis uile est uinum atque amor;



Si ebrio atq; amanti impunè facere quod lubeat licet.

**LY.** Quin tibi ultrò supplicatum aduenio, ob stultitiam meam.

**EV.** Non mihi homines placent, qui quãdo malefecerunt, purgitant.  
Tu illam scibas non tuam esse, non attactam oportuit.

**LY.** Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor, quin eam  
Ego habeam potissimum. **EV.** tun' habeas me inuito meam?

**LY.** Haud te inuito postulo, sed meam esse oportere arbitror.  
Quin tu eam inuenies inquam, meã illã esse oportere Euclio.

**EV.** Nisi refers. **LY.** quid tibi ego referã? **EV.** quod surripuisti me  
Iam quidẽ ad prætorẽ hercle te rapiã, et tibi scribã dicã. (um.

**LY.** Surripui ego tuũ? unde? aut quid id est? **E.** ita te amabit Iuppi  
Ut tu nescis. **LY.** nisi quidẽ tu mihi quid queras, dixeris. (ter

**EV.** Aulam auri inquam te reposco, quam tu confessus mihi,  
Te abstulisse. **LY.** neq; cdepol ego dixi, neq; feci. **EV.** negas?

**LY.** Pernego, immò neq; ego aurum, neque ista aula que fiet  
Scio, nec noui. **EV.** illã ex Syluani luco quam abstuleras. cedo,  
I refer, dimidiam tecum potius partem diuidam.

Tamet si fur mihi es, molestus non ero. i uerò, refer.

**LY.** Sanus tu non es, qui furem me uoces. ego te Euclio  
De alia re rescuisse censui, quod ad me attinet.

Magna est res, quam ego tecum otiosè si otium est, cupio loqui.

**EV.** Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti? **LY.** bona. (scies,

**EV.** Neq; scis quis abstulerit? **LY.** istuc quoq; bona. **EV.** atq; id si  
Qui abstulerit, mihi indicabis? **LY.** faciam. **EV.** neq; partẽ tibi  
Ab eo qui qui est, inde posces, neq; furem excipies? **LY.** ita.

**EV.** Quid si fallis? **LY.** tum me faciat quod uolt magnus Iuppiter.

**EV.** Sat habeo, age nunc loquere quid uis. **LY.** si me nouisti minus,  
Genere qui sim gnatus, hic mihi est Megadorus auunculus,  
Meus fuit pater Antimachus, ego uocor Lyconides.

Mater est Eunomia. **EV.** noui genus, nunc quid uis? id uolo

Noscere. **LY.** filiam ex te tu habes. **EV.** immò eccillam domi.

**LY.** Eam tu despondisti opinor meo auunculo. **EV.** omnẽ rẽ tenes.

**LY.** Is me nunc renunciare repudium iussit tibi.

- EV. Repudium rebus paratis, atq; exornatis nuptijs?  
 Vt illum di immortales omnes de aq; quantum est, perduint,  
 Quem propter hodie auri tantum perdidit infelix miser.
- LY. Bono animo es, & benedice, nunc quæ res tibi & gnatae tuæ  
 Bene feliciterq; uortat, ita di faxint inquito.
- EV. Ita di faciant. LY. & mihi ita di faciant, audi nunc iam.  
 Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parui precij  
 Quin pudeat, quin purget sese: nunc te obtestor Euclio,  
 Si quid ego erga te imprudens peccavi, aut gnata tuam,  
 Vt mihi ignoscas, eamq; uxorem mihi des, ut leges iubent.  
 Ego me iniuriam fecisse filiae fateor tuæ,  
 Cereris uigilijs per uinū, atq; impulsu adolescentiæ.
- EV. Hei mihi, quod facinus ego ex te audio? LY. cur eiulus?  
 Quem hodie ego auum feci, iam ut eses filiae nuptijs.  
 Nam tua gnata peperit, decimo mense post, numerum cape.  
 Ea re repudium remisit auunculus causa mea.  
 Intro, exquire sit ne ita, ut ego prædico. EV. perij oppidò,  
 Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant.  
 Ibo intrò, ut quid huius ueri sit sciam. LY. iam te sequor.  
 Hæc propemodum iam esse in uado salutis res uidetur.  
 Nunc seruū esse ubi dicam meum Strobilum, non reperio,  
 Nisi etiam hic operiar tamen paulisper, postea intrò  
 Hunc subsequar, nunc interim spacium ei dabo exquirendi  
 Meum factum, ex gnatae pedisequa nutrice anu ea rem nouit.

## STROBILVS, LYCONIDES.

**D**Immortales, quib. & quantis me donatis gaudijs?  
 Quadrilibrè aulā auro onustā habeo, quis me est diuitor?  
 Quis me Athenis nūc magis quisquam est homo, cui di sint propitij?  
 LY. Certò enim ego uocè hic loquētis modò me audire iussus sum.  
 ST. Herū ne ego aspicio meū? LY. uideo ego hūc Strobilū seruū meū.  
 ST. Ipsus est. LY. haud alius est. ST. cōgrediar. LY. contollā gradū.  
 Credo ego illū ut iussi campse anum adisse huius nutrice uirginis.  
 ST. Quin ego illi me inuenisse dico hanc prædam, atq; eloquor?

Igitur



Igitur orabo ut manu me mittat, ibo atq; eloquar.

Repperi. LY. quid reperisti? ST. non quod pueri clamitant

In faba se reperisse. LY. iam ne autem ut soles deludis?

STR. Here mane, eloquar, iam ausculta. LY. age ergo loquere.

STR. repperi hodie (caulam auri plenam.

Here diuitias nimias. LY. ubi nã? STR. quadrilibrem inquam

LY. Quod ego facinus audio ex te. ST. Euclioni huic seni furripui.

LY. Vbi id est aurũ? ST. in arca apud me, nũc uolo me emitti manu.

LY. Ego ne te emittã manu scelerũ cumulatisime? STR. abi here, Quam rem geras, lepidẽ hercle animũ tuũ tentauĩ, iam (scio Vt eriperes apparabas. quid faceres, si reperissem?

LY. Nõ potes probasse nugas, i redde aurũ. STR. reddã ego aurũ?

LY. Redde inquã, ut huic reddatur. ST. ah unde? LY. quod modò factus es esse (LY. at scin)

In arca. STR. Solco hercle ego garrere nugas, ita loquor.

Quomodo? STR. uel hercle enica, nunquam hinc feres à me.

## ANNOTATIONES.



Omen fabulæ inditum à re quæ negotium & uariat, ac reddit copiosorem expositionem. Ea est olla plena auri, reperta ab Euclione in domo paterna. Huius senis auarissimi & parcissimi filiam ui noctu adolescens Lyconides conpresserat. Itaq; instante partu, cũ puellam ama-

ret, & auunculo desponsam esse cognouisset, rem omnem matri indicat, & per hãc impetrat illa sibi ut nubat. Interea senex de auri custodia delicias facere, & illud tamen amittere. Hinc illæ turbæ querelarũ, & error confesionis, factæ iniuriæ. Tandem adolescens de seruo suo cognoscit, quid de olla sit factũ. Atq; hæcenus Plautina ad nos peruenerunt. Ex proposito autem argumento intelligi potest, tum & aurum redditũ seni, & illum animo mutatum fuisse, & dotatam filiam tradidisse Lyconidi. Hæc Codrum persecutum esse accepimus expositione sua, & illius uersus esse, qui uulgò feruntur. Noster quidem Fabricius annotarat quædam Romæ reperta, quibus supplerentur hæc deficientia: sed ne illa quidẽ fatis Plautina, neque causa

caussa cur adijci uellemus, uisa fuit. Proponitur imago sordidæ parsimonix & morositatis in Euclione. Nam & hoc uitium senile est. Quo ipso quoq; indicatur, unâ cum ætate intelligentiâ animi minui. peruerse enim certè fit, ut tum max. studeatur rei, cum minimè ad usum longi temporis spes relinquitur. Nomina fabulæ sunt: Lar familiaris, id est domesticus genius, seu *δαίμων*. hi duo à ueteribus perhibebantur. Ouidius lib. 2. Fast. de his, — Qui compita seruant,

Et uigilant nostra semper in æde Lares.

Hoc est *προστατικὸν πρόσωπον*, assumtum prologi explicandi causa. Euclio qui sit, sanè me fateor ignorare, nisi fortè est *δὴκλιωρ*, ut *ὄγισμ*, uel *δὴκλιωρ*, uel *δὴκλιώωρ*: quorum alterum bonæ famæ, alterum bene audiendi significationem habet. *σαφύλι*, uua. *σαφύλι* autem Homero Il. β. amussis. *δύνομια*, legum seruans. *μυγέλιωρ* & *μυγέλιωρ*, munificus. *στέβιλωρ*, turbo, uenti, & puerilis ludicri. Est autem & Megadori & Lyconidis seruus Strobilus. et si aliqui fecerunt seruum Lyconidis *στέβιλωρ*, ἀπὸ τ' *στροφῶν*, id est uersutij, sine quidem causa. *αὐθραξ*, carbo. Congrio, *γογγύλωρ*, ἀπὸ τ' *γόγγυρος* *ἰχθύος*. *πυθόλιωρ*, de iure percunctans, aut certior factus. Alii qui maluerunt *πιθόλιωρ*, à dolio. *λυνονίδης*, forma patronymica, ἀπὸ τ' *λύκων*, denominatum hoc ἀπὸ τ' *λύκων*. Virginis nomen erit *φάιδρα*, id est hilaris. fit & Phrygiæ mentio in fabula, quod est gentile nomen. Item *ἰλυσίς*, ab aduentando, cui simile Glycerium & Leontium. *ἀντίμαχ* autem, est repugnator.

Senex auarus.) Argumenti uersus sunt iambici senarij. secundus autem numero *μευρίση*, sed nos ueteris libri scripturam exprimi uoluimus. Eiusdem generis uersibus & alterum argumentum constat.

Ne quis mir.) Prologus fabulæ, compositus uersibus iambicis senarijs, quo argumentum fabulæ exponitur.

Is quoniam.) Repræsentata scriptura libri ueteris, quam & Donatus agnoscit prologo Adelphi.

Cereris uigil.) *τοῖς θεομορφίαις*. Sacra enim hæc à mulieribus ieiunantibus noctura celebrabantur. Et deæ appellabantur *θεομορφῶν*, Ceres & Proserpina.

Exi inquam.) Similes uersus huius scenæ sunt, uersuum superiorum.



riorum. In tertio, Cur me miserā uerberas, nescio quid in mentem Nonio uenerit, ut à uerbis deduceret uocabulum, quasi non pulsata anus uapularit.

Nunc defecato.) Liquido & sereno, id est hilari, uersus sunt similes superiorum.

Tum aquam.) Vel non fiet *ἡδύψις*, uel fiet *διδύψις* in aquam, ut consistent numeri.

Quanquam propè est.) Non uisa causa fuit, cur ueteris libri scripturam mutaremus. In quibusdam tamen editis exemplis legitur, Nusquam adijt quaquam propè, id est, *ἄσ' ἰγγύς*.

Si quid agam.) Et hæc fideliter secundum ueterem librum expressa sunt. Est autem dubitatio senis: qui negat se abiturum domo, si sciat quid factu sit optimum. Nunc in hoc hæsitat, quia metuit, ne absentia à diuisione sua, in suspiciones aliquas incurrat.

Velim te arbitr.) Versus sunt *καταλλήμοι*, pleriq; trimetri, numeris confusis. Usq; ad illum, Num non uis me interrogare. A quo deinceps quadrati *τριχαιίστερις* decurrunt usq; ad finē scenæ.

Ut æquum est.) Cogita inquit, me monere unum quod è re utriusq; esse uideatur, ut æquum est. Alij maluerūt, Et æquum esse. Ita fuerit ordo uerborum explicatior.

Laborem demam.) Ita in ueteri nostro libro. Sed Nonius hūc locum adducens, degam legit, & interpretatur minuam.

Dic mihi quæso.) Priscianus libro 11. ita, Dic mihi fodes, quis ea est: Vbi docet, quis, esse generis communis. & alij Grammatici antiqui solum uocabulum, si audes, Plautinum esse uoluerunt, & ita retulerunt hunc uersum.

Præagibat mihi.) Sunt & hi uersus genere quadrati, numeris pleriq; *τριχαιίστερις*. Magistrum autem Curia, quem uocat Plautus, is nimirum erit *τριττολόχης*, & Curia *τριττὸς*.

Vbi manum inicit ben.) Zamia onerat. Si est *συμία*, intelligemus benignitatē diuitū esse detrimentosam pauperib; et hoc fuerit *πυρρὴ συμία*, ut Pluto, *ὅτις ἰσχυρὸς συμία*. Plinius aut in pinu nominat zamia: lib. 15. cap. 26. Quæ se in arbore ipsa diuisere, uocātur zamia, læduntq; cæteras, nisi detrahātur. Qua significatione uocabulum nunc accipi, non alienū alicui fortasse uideatur.

Expan-

Ex paupertate. ) Id est, ordine seu numero pauperū, ut ex nobilitate.

Et te utar. ) Hi at uersus. Neq; si integer est, in hoc synereses uocalium fient.

Pauper metuit. ) Labascunt numeri. Fortasse ita legendū, Pauper metuit congregier, & per metum malè rem gerit.

Vbi tu es. ) Uersus similiter, ut superioris scenæ, quadrati. *πλερίq; τετραμίτροι κατωλλήνιοι τροχάινιοι.*

Pure propera. ) *ἁλλεπτικῶς*, uide ut purè inundentur. aut aliquid tale. & sequitur instigatio, propera atque elue. aliqui pure aufi fuerunt mutare in purga.

Postquam obsonauit. ) Scenæ huius uersus sunt *καμβίνιοι τεγίμυτροι ἀκατάληκτοι.*

Senex obsonari. ) Vel potius obsonare. Filia autem *ἀκαρπίσος* fiet *τετρασύλλαβον*, ut numeri consent, filia. Nam scripturam libri ueteris & hoc loco exprimi uoluimus.

Tigillo. ) Expressa est ueteris libri scriptura: id est, de tigno. Sed & Nonius Tegillum dicit esse tectum, apud Varronem. Idem tamen hunc locum adducens, de suo ligello, interpretatur ligellum, tuguriolum.

Tace nunc iam. ) Eiusdem generis uersus: id est senarij.

Stultus & sine. ) Id est, stultus es, & ingratus. Et sequitur indignantis oratio imperfecta: Tibi rectè facere, scilicet aliquis aufit? aut simile quid. Sicut illud: Adeónē esse hominē inuenustū?

Quippe qui. ) Nam quis ubi quid furripiat, nihil est.

Hæus Staphyla. ) Eiusdem generis uersus hi sunt cum superioris proximæ scenæ uersibus.

Cererin Strobile. ) Cereris festis ieiunabant, ut Aristophanes *ἄρυσσι, ὡς πρὸς διαμοφορίεσσιν νηστεύομεν*. Et sobriæ mulieres has ferias celebrabant. Torsit se Seruius Georgicorum primo, in hoc uersu explicando:

Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho.

Sed Macrobius dubitationem omnem conatur dissoluere lib. 3. Saturn. ubi etiam uersus Plautinus ita refertur,

Cererin Strobile hi sunt facturi nuptias.

Constat autem, uel de fabula quæ narratur ab Ouidio lib. 5.

Metam.



Metam. Cereri mulsam oblatam fuisse in sacris illius, cum siti ens biberit illud, quod anus

Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta.  
Sed ut in fabula palliata, ad Græcum sacrorum ritum Plautum respexisse, dici etiam potest. Verùm hæc & his familia explicatoribus perquirenda relinquimus.

Curate, ego.) Similiter & hi, & sequentis proximi, & deinde de tertiæ scenæ uersus trimetri iambici sunt ἀκατάλυτοι.

Ego hinc artoptam.) τὴν ἀρτόπτην, ad panes torrendos utensile. De hoc uersu concertasse eruditos, an esset illius poetæ, scripsit Plinius libro decimo octauo, cap. undecimo. Paulo antè, omnibus adij manum, Plautinum prouerbium, expressa & hoc loco & alibi (nam sæpius eo usus est) fideliter scriptura ueteris libri.

Optati ciues.) Versus quadrati, recedentes ad formam Hipponacteorū, quam & sequentes scenæ uersus referunt. Sunt tamen in his confusi numeri, & pleriq; βραχυκατάλυτοι.

Vtinam mea.) Hic uersus integer & plenus non uidetur.

Me baud pœn.) Fortasse, Meum haud: id est, meorum.

Hoc quidem.) Rursum manifestum uersuum genus, τρισημίτην κατὰλυτικῶν τραγῳδιῶν.

Narraui amicis.) Versus huius scenæ sunt τρίμετροι ἰαμβικοί ἀκατάλυτοι.

Quo ille nub.) Ad quos peruenient maritos. uel κατ' ἰσχυρῶν, qui, sicut & mox, Qui lubeat.

Caupones.) Plana et manifesta scriptura in libro ueteri. Sed in editis ferè exemplis, Cinifiones. infectores aut capillorū ita nominabantur, à cinere ad colerandos crines idoneo.

Carinarij.) Ita in nostro libro legitur. In Nonij libris, et Carinarij, in dictione Flammeus: et coriarij, in dictione Violacia. Iam quidam Earinarij fecerunt, ἀπὸ τῶν ἐαρινῶν ἰσχυρῶν.

Myrobathryarij.) Et hæc scriptura in nostro libro certa et liquida. Alij ediderunt myrobrotarij, ἀπὸ τῶν μύρον, καὶ βρέχιδων.

Molochinarij.) à colore. Molochina uestimenta facta esse uult Nonius, maluæ quidem. Ea est μαλάχης, et ueteribus μάλαχης, ut Athenæus docuit.

Limbolaryj.)

*Limbolarij.*) In nostro libro erat, limbuarij. In Nonio, limbo rarij nunc sunt.

*Nimum lib.*) Et hi uersus sunt iambici senarij. Planè autem erat in nostro libro perscriptum uerbum, edi, & ascripta interpretatio, audiui. Et Nonius ita retulit, docens non solum cibos gutture, sed uocem auribus etiam deuorari.

*Ita cura macer.*) id est, macilentus est: uel macet, ut Nonius. nam ueteris libri scriptura hoc loco mendosa erat.

*Hoc est ser.*) Huius scenæ uersus sunt *τετράμετροι καταληκτικοὶ προχαίροντες.*

*Scirpea inducitur.*) In quibusdam exemplis, induitur. In Nonio, Scirpo inducitur ratis.

*Vt toleret ne pessum ab.*) Hic uersus mutilus est, & sine deficitur, & in nostro libro lacuna erat.

*Tu modo caue.*) Similiter & hi uersus sunt quadrati *προχαίροντες.*

*Voce grocibat.*) Expressa scriptura libri nostri. In Nonio, crocice dicitur esse coruorum. Sed permutatio illarum literarum non est inusitata.

*Foras, foras.*) Versus hi etiam sunt *τετράμετροι καταληκτικοὶ τρεῖς.*

*Hem quid agis?*) uel, Heu quid agis.

*Emortuum.*) Versus sunt senarij iambici huius scenæ, itidè sequentis prox. & mox tertiæ & quartæ.

*Tam duim, quàm perduim.*) Manifesta scriptura in nostro libro. sentit autem senex, non daturum quicquam illi coruo quod edat, non quidem magis quàm perdere uelit aliquid. Duo autem & duim, & perduim, sunt ueteris formæ subiunctiæ: sicut & edit, pro dem, & edat.

*Vterum.*) In genere neutro, planè exaratum hoc reperimus in nostro libro, quod & Nonius retulit.

*Effodio aulam.*) Alij integrum exfodio: alij lenierunt, ut fieret ecfodio. Sice fertus. Sed effodio uerum est. nam ad lectionem comparatur scriptio.

*Perij interij.*) Huius scenæ uersus in dolore tumultuante senæ numeris confusi sunt. Sunt autè *καταληκτικοί, τρίμετροι τετράμετροι, & βραχυκατάληκτοι, & ὑπερκατάληκτοι.*



Quis homo hic.) Versus sunt τετραμέτροι κατάλυτινοι ἑξήκοντι, præter ultimos quinq; hipponacteos septenarios.

Inde posces.) Plana scriptura libri hæc nostri. Nonius tamen indipeſces legit hoc loco: & interpretatur, petes, uſurpabis.

Dij immortales.) Versus sunt tetrametri trochaici et hipponactei. Et alij quidem admitti breuiores: sed de diſtinctione nihil affirmo. extant enim in nostro libro exarati confuſius: In quo et ipſo his completa pagina, ſine fabula deficitur.

## CAPTEI VEI

## DRAMATIS PERSONAE.

ERGASILVS *parasitus* HEGIO *ſenex.*  
 ARISTOPHONTES LORARIVS.  
 HEGIONIS *puer* PHILOCRATES *captiuus.*  
 PHILOPOLEMVS TYNDARVS.  
 STALAGMVS GREX.

## ARGVMENTVM.

Captus fuit in pugna Hegionis filius,  
 Alium quadrimum fugiens ſeruos uendidit.  
 Pater capteiuos commercatur alteros,  
 Tantum ſtudens uti natum recuperet.  
 Et interibi emit olim amiſſum filium.  
 Is ſuo cum domino ueſte uorſa ac nomine,  
 Ut amittatur ſecit, ipſus plectitur.  
 Et is reduxit captum & fugitiuum ſimul,  
 Indicio cuius alium agnoſcit filium.

## PROLOGVS

**H**Os quos uidetis ſtare hic capteiuos duos,  
 Illi qui aſtant, ij ſtant ambo, non ſedent.  
 Vos uos mihi teſteis eſtis, me uerum loqui.  
 Senex qui hic habitat, Hegio eſt huius pater.

o Sed

## M. ACCI PLAVTI

Sed is quo pacto seruiat suo sibi patri,  
 Id ego hic apud uos proloquar, si operam datis.  
 Seni huic fuerunt filij nati duo,  
 Alterum quadrimum puerum seruos surpuit,  
 Eumq; hinc profugiens uendidit in Aulide  
 Patri huiusce. Iam hoc tenetis, optimum est.  
 Negat hercle ille ultimus, accedito.  
 Si non ubi sed eas locus est, est ubi ambules,  
 Quando histrionem cogis mendicariet,  
 Ego me tua causa, ne erres, non rupturus sum.  
 Vos qui potestis ope uestra censeriet,  
 Accipite reliquom alieno: uti nihil moror.  
 Fugitiuus ille, ut dixeram ante huius patri,  
 Domo quem profugiens dominum abstulerat, uendidit.  
 Hic postquam hunc emit, dedit eum gnato suo  
 Peculiarem, quia quasi una etas erat.  
 Hic nunc domi seruit suo patri, nec scit pater.  
 Enimvero di nos quasi pilas homines habent.  
 Rationem habetis quomodo unum amiserit.  
 Postquam belligerant Aetoli cum Aulidis,  
 Ut in bello fit, capitur alter filius.  
 Medicus Menarchus emit ibidem in Aulide:  
 Cœpit captiuos commercariet hic alios,  
 Si quem reperire posset, cum quo mutet suum  
 illum captiuum. hunc suum esse nescit, qui domi est.  
 Et quoniam heri inde audiuit, de summo loco,  
 Summoq; genere captum, etiam equitem alterum,  
 Nil precio parsit, filio dum parceret,  
 Reconciliare ut facilius posset domum,  
 Emit hosce de præda ambos de quæstoribus.  
 Hisce autem inter sese hunc confinxerunt dolum,  
 Quo pacto hic seruos suum herum hinc amittat domum.  
 Itaq; inter se commutant uestem & nomina.



Illic uocatur Philocrates, hic Tyndarus.  
 Huius illic, hic illius hodie fert imaginem.  
 Et hic hodie expediet hanc doctè fallaciam,  
 Et suum herum faciet libertatis compotem,  
 Eodemq; pacto fratrem seruabit suum.  
 Reducemq; faciet liberum in patriam ad patrem  
 Imprudens, itidem ut sepe iam in multis locis  
 Plus insciens quis fecit, quàm sciens boni.  
 Sed inscientes sua sibi fallacia,  
 Ita compararunt et confinxerunt dolum.  
 Itaq; hi commenti de sua sententia,  
 Ut in seruitute hic ad suum maneat patrem,  
 Ita nunc ignorans suo sibi seruit patri.  
 Homunculi quanti sunt, cum recogito,  
 Hæc res agetur nobis, uobis fabula.  
 Sed etiam est paucis quod monitos uos uoluerim.  
 Profectò expediet fabule huic operam dare.  
 Non pertractatè facta est, neq; item ut ceteræ.  
 Neq; spurcidici insunt uersus immemorabiles.  
 Hic neq; periurus leno est, nec meretrix mala.  
 Neq; miles gloriosus. Etiam ne uereamini  
 Quia bellum Aetolis esse dixi cum Aulidis,  
 Foris illic extra scenam sient prælia.  
 Nam hoc penè iniquum est comico choragio,  
 Conari de subito nos agere tragœdiam.  
 Proim si quis pugnam expectat, lites contrahat.  
 Valentiorem nactus aduersarium  
 Si erit, ego faciam ut pugnam inspectet non bonam,  
 Adèd ut spectare postea omneis oderit.  
 Abeo, ualete iudices iustissimi,  
 Domi belliq; duellatores optimi.

M. ACCII PLAVTI  
 ERGASILVS, PARASITVS.



Ventus nomen indidit scorto mihi,  
 Eò quia inuocatus soleo esse in conuiuio.  
 Scio absurde dictum hoc derisores dicere,  
 At ego aio rectè. Nam in conuiuio sibi  
 Amator talos cum iacit, scortum inuocat.

Est ne inuocatum, an non est? est planissimè.  
 Verum hercle uerum nos parasiti planius,  
 Quos nunquam quisquam neq; uocat, neq; inuocat,  
 Quasi mures semper edimus alienum cibum.  
 Vbi res prolatae sunt, cum rus homines eunt,  
 Simul prolatae res sunt nostris dentibus.  
 Quasi cum caletur cochleae in occulto latent,  
 Suo sibi succo uiuunt, ros si non cadit:  
 Item parasiti rebus prolatis latent  
 In occulto miseri, uictitant succo suo:  
 Dum ruri rurant, homines quos liguriant.  
 Prolatis rebus parasiti uenatici  
 Sumus, quando res redierunt, molosici  
 Odiosiciq; & multum incommodistici.  
 Et hic quidem hercle, nisi qui colaphos perpeti  
 Potis parasitus, frangiq; aulas in caput,  
 Vel extra portam ire trigeminam ad saccum licet.  
 Quod mihi ne eueniat, nonnullum periculum est.  
 Nam postquam meus rex est potitus hostium,  
 Ita nunc belligerant Aetolicum Aulidis.  
 Nam Aetolia haec est, illic captus est in Aulide  
 Philopolemus huius Hegionis filius  
 Senis, qui hic habitat quae aedes lamentariae  
 Mihi sunt, quas quotiescunq; conspicio, fleo.  
 Nunc hic occæpit quæstum hunc filij gratia  
 Inonestum, max. alienum ingenio suo.  
 Homines captiuos commercatur, si queat



Aliquem inuenire, suum quicum mutet filium.  
Nunc ad eum pergam, sed aperitur ostium,  
Vnde saturitate sepe ego exijebrius.

HEGIO senex. LORARIVS. PARASITVS. ERGASILVS.

**A**Duerte animum sis tu, istos captiuos duos,  
Hære quos emi de præda, de quæstoribus,  
His indito catenas singularias!

Istas maiores, quibus sunt uincti, demito.

Sinito ambulare, si foris, si intus uolent.

Sed uti aßeruentur magna diligentia.

Liber captiuus auis ferè consimilis est.

Semel fugiendi si data est occasio,

Satis est, nunquam post illa possis prædere.

LOR. Omnes profectò liberi lubentius

Sumus, quàm seruimus. HE. non uidere ita tu quidem.

LOR. Si non est quod dem, me ne uis dem ipse in pedes?

HEG. Si dederis, erit extemplò mihi, quod dem tibi.

LOR. Auis me ferè consimilem faciam, ut prædicas.

HEG. Ita ut dicis, nam si faxis, te in caueam dabo.

Sed satis uerborum est, cura quæ iussi, atq; abi.

PAR. Quod ego quidem nimis quàm cupio, ut impetret.

Nam ni illum recipit, nihil est quò me recipiam.

Nulla est iuuentutis spes, sese omnes amant.

Ille demum antiquis est adolescens moribus,

Cuius nunquam uoltum tranquillauit gratijs.

Condignè est pater eius moratus moribus.

HEG. Ego ibo ad fratrem, ad alios captiuos meos.

Viam ne nocte hac quippiam turbauerint,

Inde me continuo recipiam rursus domum.

PAR. Aegrè est mihi hunc facere quæstum carcerarium,

Propter sui gnati miseriam, miserum senem.

Sed si ullo pacto ille huc conciliari potest,

Vel carnificinam hunc facere, possum perpeti.

HEG. Quis hic loquitur? PAR. ego qui tuo mœrore maceror,  
Macesco, consenesco & tabesco miser.

Ossa atq; pellis sum misera macritudine.

Neq; unquam quicquam me iuuat quod edo domi.

Fortis aliquantillum etiam quod gusto, id beat.

HEG. Ergasile saluc. PAR. di te bene ament Hegio.

HEG. Ne sic. PAR. ego ne illum non sicam? ego ne non desleam

Talem adolescentem? HEG. semper sensi filio

Meo te esse amicum, & illum intellexi tibi.

PAR. Tum deniq; homines nostra intelligimus bona,

Cum quæ in potestate habuimus, ea amissimus.

Ego postquam gnatus tuus potitus & hostium,

Expertus quanti fuerit nunc desidero.

HEG. Alienus cum eius incommodum tam ægrè ferat,

Quid me patrem par facere est? cui ille est unicus.

PAR. Alienus ego? alienus ille? ah Hegio,

Nunquam istuc dixis, neq; animum induxis tuum.

Tibi ille unicus est, mihi est unico magis unicus.

HEG. Laudo, malum cum amici tuum ducis malum.

Nunc habe animum bonum. PA. cheu. HEG. huic illud dolet,

Quia nunc remissus est edendi exercitus.

PAR. Nullum ne interea nactus, qui posset tibi

Remissum, quem dixti, imperare exercitum?

HEG. Quid credis? fugitant omnes hanc proninciam,

Posteaquam captus est Philopolemus tuus.

PAR. Non pol mirandum est, fugitare hanc prouinciam,

Multis & multigeneribus opus est tibi

Militibus, primum dum opus est pistoriensibus,

Eorum sunt genera aliquot pistoriensium.

Opus panicis, opus placentinis quoq;

Opus turdetanis, opus est sicedulensibus.

Lam maritumi omnes milites opus sunt tibi.



HEG. Vt sepe summa ingenia in occulto latent?  
 Hic qualis imperator, nunc priuatus est.  
 Habe modò bonum animum. nam illum confido domum  
 In his diebus me reconciliaffere.  
 Nam eorum captiuum hic adolescentem habeo alium,  
 Prognatum genere summo, & summis diuitijs.  
 Hoc illum me mutare confido fore.

PAR. Ita di de aq; faxint. HE sed num quò foras  
 Vocatus ad coenam? PAR. nusquam equidem quod sciam.  
 Sed quid tu id queris? HEG. quia mihi natali st dies,  
 Propterea te uocare ad coenam uolo.

PAR. Facetè dictum. HEG sed si pauillum potes  
 Contentus esse. PAR. ne per pauillum modò.

HEG Nam istoc me asiduo uictu delecto domi.

PAR. Age sis roga. HEG. entum nisi qui meliorem afferet,

PAR. Quae mihi atq; amicis placeat conditio magis?

HEG. Quasi fundum uendens meis me addicam legibus.

PAR. Profundum uendis, tu quidem haud fundum mihi.

HEG. Sed si uenturus tempori. PAR. hem uel iam ocium est.

HEG. I modò uenare leporem. nunci, rem tenes.

Non meus scruposam uictus commeat uiam.

PAR. Nunquam istoc uinces me Hedio, ne postules,

Cum calceatis dentibus ueniam tamen.

HEG. Affer meus uictus sanè est. PAR. sentis ne esitas?

HEG. Terrestris coena est. PAR. sus, terrestris bestia est.

HEG. Multis oleribus PAR. curato egrotos domi.

Nunquid uis? HEG. uenias tempori. PAR. memorem mones.

HEG. Ibo intrò, atq; intus subducam ratiunculam,

Quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet.

Ad fratrem quò ire dixeram, mox iuero.

LORARI, PHILOCRADES, TYNDARVS, captiui.

LOR. SI di immortales id uoluerit uos hanc arumnam exequi,  
 Decet id pati a quo animo. si id facietis, leuior labor erit.

Domi fuistis credo liberi.

Nunc seruitus si euenit, ei uos morigerari mos bonus est,

Eamq; herili imperio ingenijs uestris lenem reddere.

Indigna digna habenda sunt herus que facit. CAP. oboho.

LOR. Eiulatione haud opus est multa, oculis multam miseriam additis.  
In re mala animo si bono utare, adiuuat.

CAP. At nos pudet, quia cum cathenis sumus. LOR. at pigeat postea  
Herum nostrum, si uos eximat uinculis,  
Aut solutos sinat, quos argento emerit.

CAP. Quid a nobis metuit? scimus nos  
Nostrum officium quod est, si solutos sinat.

LOR. At fugam fingitis, sentio quam rem agitis. (nos id deceat,

CAP. Nos fugiamus? quomodo fugiamus? LO. in patria. CA. apage haud  
Fugitiuos imitari. LO. imo edepol si erit occasio, non dehortor.

CAP. Vinum exorare uos finite nos. LO. quid nam id est? CA. ut sine  
Atque uobis nobis detis locum loquendi. (his arbitris

LOR. Fiat, abscedite hinc, nos concedamus huc. Sed breuem oratio  
nem incipere. (TYN. obnoxij ambo

PHI. Hem istuc mihi certum erat, concedo huc. LO. abite ab istis.

Vobis sumus propter hanc rem, cum quod uolumus nos  
Copia est, ea facitis nos compotes.

Secede huc nunc iam, si uidetur, procul,

Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant:

Neue permānet palam hæc nostra fallacia.

Nam doli non doli sunt, nisi astu colas:

Sed malum maximum, si id palam prouenit.

Nam si herus mihi es tu, atque ego me tuum esse seruum assimilo:

Tamen uiso opus est, cauto est opus, ut hoc sobrietate sine arbitris

Accurate hoc agatur, doctè et diligenter.

Tanta incepta res est, haud somniculose hoc

Agendum est. TYN. ero ut me uoles esse. PHI. spero.

Nam tu nunc uides pro tuo caro capite,

Carum offerre meum caput uilitati.



TYN. Scio. PHI. at scire memento, quando id quod uoles habebis.

Nam ferè maxima pars, morem hunc homines habent, quod sibi uolunt,

Dum id impetrant, boni sunt: sed id ubi iam penes sese habent,  
Ex bonis pessimi & fraudulentissimi  
Sunt. nunc ut te mihi uolo esse, autumo.

TYN. Quod tibi suadeo, suadeam meo patri.

PHI. Polego si te audeam, mecum patrem nominem.

Nam secundum patrem tu es pater proximus.

TYN. Audio. PHI. & propterea sepius te ut memineras moneo.

Non ego herus tibi, sed seruus sum. nunc obsecro te hoc unum,  
Quoniam di immortales animum ostenderunt suum,  
Ut qui herum me tibi fuisse atq; esse conseruum uelint.  
Quod ante hac iure imperitabam meo, nunc oro per precem,  
Per fortunam incertam, & per mei te erga bonitatem patris,  
Perq; conseruitium commune, quod hostica euenit manu,  
Ne me secus honore honestes, quam cum seruibas mihi.  
Atq; ut qui fueris, & qui nunc sis, meminisse ut memineras.

TYN. Scio quidem me te esse nunc, & te esse me. PHI. hē istuc si potes  
Memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutia.

HEGIO, PHILOCRAATES,

TYNDARVS.

HEG. **I**Am ego reuertar intus, si ex his quæ uolo inquisi uero.

Ubi sunt isti, duos ante ædis iussi huc produci foras?

PHI. Edepol tibi ne in questione essemus cautum intelligo,  
Ita uinclis custodijsq; circummœniti sumus.

HEG. Qui cauet ne decipiatur, uix cauet cum etiam cauet.

Etiam cum cauisse ratus, sæpe is cautor captus est.

An uerò non iusta causa est, ut nos seruem sedulo,  
Quos tam grandi sim mercatus presenti pecunia?

PHI. Neq; pol tibi nos, quia nos seruas, equom est uitio uortere:

Neq; te nobis, si abeamus hinc, si fiat occasio.

HEG. Ut uos hic, itidem illic apud nos meus seruetur filius.

PHI Captus est? HE. ita. PHI. non igitur nos soli ignaui fuimus.

HEG. Secede huc. nam sunt ex te quæ solo scitari uolo,  
Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo. PHI. non ero,  
Quod sciam. si quid nesciui, id nescium tradam tibi.

TYN. Nunc senex est in tonstrina, nunc iam culeros attinet.  
Ne id quidē inuolucris iniicere uoluit, uestem ut ne inquinet.  
Sed utrum strictim ne attonsurum dicā esse, an per pectinem,  
Nescio: uerūm si frugi est, usq; admutilabit probē.

HEG. Quid tu? seruus ne esse an liber mavelis? memora mihi.

PHI. Proximum quod sit bono, quodq; à malo longissimè,  
Id uolo. quanquam non multum fuit molesta seruitus:  
Nec mihi secus erat, quàm si essem familiaris filius.

TYN. Euge pol Thalem talento non enim Milesium.  
Nam ad sapientiam huius ille nimis nugator fuit.  
Vt faceret orationem ad seruitutem contulit?

HEG. Quo de genere natus illic Philocrates. PHI. Polyplustio,  
Quod genus illic unum est pollens atq; honoratissimum.

HEG. Quid ipse hic? quo honore est illic? PH. summo, atq; à summis

HEG. Tū igitur ei cum in alijs tāta gratia est, ut predicās, (uiris.  
Quid diuitiæ sunt ne optumæ? PH. unde excoquat se uē senex.

HEG. Quid pater, uiuit ne? PH. uiuū cum inde abijimus, liquimus.  
At nunc uiuat, nec ne, id orcum scire oportet scilicet.

TY. Salua res est, philosophatur quoq; non mendax modò est.

HEG. Quod erat ei nomen? PHI. Thesaurochrysonochrysidēs.

HEG. Videlicet propter diuitias inditum id nomen quasi est.

PHI. Immodè pol propter auaritiam ipsius, atq; audaciam.  
Nam ille quidem Theodorome des fuit germano nomine.

HEG. Quid tu ais, tenax ne pater eius est? PHI. imò edepol pertinax.  
Quin etiam ut magis noscas, genio suo ubi quando sacrificat,  
Ad rem diuinam quibus est opus Samijs uasis utitur,  
Ne ipse genius surripiat, proinde alijs ut credat uide. (suero.

HEG. Sequere hanc me igitur, eadem ego ex hoc quæ uolo exque-  
Philocrates hic fecit hominem frugi ut facere oportuit.



Nam ego ex hoc quo genere gnatus sis scio, hic fassus tibi.  
 Hec tu eadem si confiteri uis, tua è re feceris.  
 Quæ tamen scito scire me ex hoc. TY. fecit officium hic sum,  
 Cum tibi est confessus uerum. quanquam uolui se dulò  
 Meam nobilitatem occultare, & genus & diuitias meas.  
 Hegio, quando patriam & libertatem perdidit,  
 Non ego istunc me potius, quàm te metuere æquum censeo.  
 Vis hostilis cum istoc fecit meas opes æquabiles.  
 Memini cum dicto haud audebat, factò nunc ledat licet,  
 Sed uidet? fortuna humana fingit artatq; ut lubet.  
 Me qui liber fueram, seruum fecit, è summo infimum.  
 Qui imperare insueueram, nunc alterius imperio obsequor.  
 Et quidem si proinde ut ipse sui imperator familie,  
 Habeam dominum, non uerear ne iniuste aut grauius mihi im  
 Hegio hoc te monitum, nisi forte ipse non uis, uoluerã. (peret.

HEG. Loquere audacter. TY. tã ego sui antè liber, quàm gnatus tuus,  
 Tam mihi, quàm illi libertatem hostilis eripuit manus.  
 Tam ille apud nos seruit, quàm ego nunc hic apud te seruiò,  
 Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus auditq; & uidet.  
 Is uti tu me hic habueris, proinde illum illic curauerit.  
 Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit,  
 Quàm tu filium tuum, tam pater me meus desiderat.

HEG. Memini ego istoc, sed faterin' eadem quæ hic fassus tibi

TY. Ego patri meo esse fateor summas diuitias domi,  
 Meq; summo genere gnatum, sed te obtestor Hegio,  
 Ne tuum animum auariorum faxint diuitiæ meæ.  
 Ne patri tametsi unicus sum, decere uideatur magis,  
 Me saturum seruire apud te sumtu & uestitu tuo,  
 Potius quàm illi ubi minimè honestū est, mēdicantē uiuere.

HEG. Ego uirtute deum & maiorum nostrum diues sum satis.  
 Non ego omnino lucrum omne esse utile homini existimo.  
 Scio ego multos iam lucrum lulentos homines reddidit.  
 Est etiam ubi profectò damnum præstet facere, quàm lucrum.

Odi ego aurum, multa multis sepe suasit perperam.  
 Nunc hoc animum aduertito, ut ea quæ sentio pariter scias.  
 Filius meus illic apud uos seruit captus Aulide,  
 Eum si reddis mihi, prætere a unum nummum ne duis.  
 Et te & hunc amittam hinc, alio pacto abire hinc non potes.

TYN. Optimum & æquissimum oras, optimumq; hominū es homo.  
 Sed is priuatam seruitutem seruit illi, an publicam?

HEG. Priuatam medici Menarchi. PH. pol hic quidē huius est cliens.  
 Tam hoc quidē tibi in procliui, quam imber est quando pluit.

HEG. Facis homo ut redimatur? TY. Faciam. sed te id oro Hegio.

HEG. Quid uis, dū ab re ne quid ores. faciam. TY. ausculta, tū scies.  
 Ego me amitti domicum ille huc redierit, non postulo:  
 Verūm quæso te, ut æstimatū hūc mihi des, quæ mittā ad patrē,  
 Ut is homo redimatur illi. HEG. immò alium potius misero  
 Hinc, ubi erunt induciæ illuc tuum qui conueniat patrem.

Qui tua quæ tu miseris mandata, ita ut uelis, perferat.

TYN. At nihil est ignotum ad illum mittere, operam luseris.

Hunc mitte, hic omne transactum reddet, si illuc uenerit.

Nec quenquam fideliozem, neq; cui plus credat, potes

Mittere ad eum, nec qui magis sit seruos ex sententia.

Neq; adeò quoi suum concredat filium hodie audacius.

Ne uereare, meo periculo huius ego experiar fidem,

Fretus ingenio eius, quod me esse scit erga se beneuolum.

HEG. Mittam equidem istunc æstimatum tua fide, si uis. TY. uolo,

Quam citissimè potest, tam hoc cedere ad factum uolo.

HEG. Num qua causa est, quin si ille huc non redeat, uiginti minas

Mihi des pro illo? TY. optima. imò. HE. soluite istū nūc iam,

Atq; utrunq;. TY. di tibi omnes omnia optata afferant,

Cum me tanto honore honestas, cumq; ex uinculis eximis.

Hoc quidem haud molestum est, quòd collus collaria caret.

HEG. Quod bonis beneficit beneficium, gratia ea grauida est bonis.

Nunc tu illū, si illo es missurus, dice, monstra, præcipe,

Quæ ad patrem uis nunciari. uim' uocē hunc ad te? TY. uoca.

HEGIO.



## HEGIO, PHILOCRATES,

## TYNDARVS.

- HEG. **Q**uæ res bene uortat mihi, meoq; filio,  
 Vobisq; uolt te nouus herus operam dare  
 Tuo ueteri domino, quod is uelit, fideliter.  
 Nam ego te æstumatum hinc dedi uiginti minis,  
 Hic autem te ait mittere hinc uelle ad patrem  
 Meum, ut illic redimat filium, mutatio  
 Inter me atq; illum ut nostris fiat filijs.
- PHI. Vtroq; uorsum rectum est ingenium meum.  
 Ad te atq; ad illum pro rota uti me licet.  
 Vel ego huc uel illuc uortar, quò imperabitis.
- HEG. Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum,  
 Cum feruitutem ita fers, uti ferri decet.  
 Sequere hæc, hem tibi hominem. TY. gratiam habeo tibi,  
 Quom copiam istam mihi & potestatem facis:  
 Ut ego ad parentes hunc remittam nuncium,  
 Qui me quid rerum hic agitem, & quid fieri uelim,  
 Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.  
 Nunc ita conuenit inter me atq; hunc Tyndare,  
 Ut te æstumatum in Aulidem mittam ad patrem.  
 Si non rebitas huc, ut uiginti minas  
 Dem pro te. PHI. rectè conuenisse sentio.  
 Nam pater exspectat aut me, aut aliquem nuncium,  
 Qui hinc ad se ueniat. TY. Ergo animum aduortas uolo,  
 Quæ nunciare hinc te uolo in patriam ad patrem.
- PHI. Philocrates ut adhuc locorum feci, faciam sedulo,  
 Ut potissimum quod in rem rectè conducat tuam,  
 Id petam, idq; persequar corde & animo atq; uiribus.
- TYN. Facis ita ut te facere oportet. Nunc animum aduortas uolo,  
 Omnium primum salutem dicito matri ac patri,  
 Et cognatis, & si quem alium beneuolentem uideris.

Me hic ualere & seruitutem seruire huic homini optumo,  
Qui me honore honestiorem semper fecit & facit.

**PHI.** Istuc ne præcipias, facile memoria memini. **TY.** tamen.  
Nam quidē nisi quod custodem habeo, liberū me esse arbitror.  
Dicito patri, quo pacto mihi cum hoc conuenerit,  
De huius filio. **PH.** quæ memini, mora mera est monerier.

**TY.** Vt eum redimat, & remittat nostrum huc amborum uicem.

**PHI.** Meminero. **HE.** at quāprimū poteris, id in rē utriq; est maxu-

**PHI.** Non tuū tu magis uidere, quā ille suū gnātū cupit. (mē.)

**HEG.** Meus mihi, suus cuiq; est carus. **PH.** nunquid aliud wis patri

Nunciari. **TY.** Me hic ualere, & tute audacter dicito,  
Tyndare, inter nos fuisse ingenio haud discordabili,  
Neq; te commeruisse culpam, neq; me aduersatum tibi,  
Beneq; hero gessisse morem in tantis ærumnis tamen.

Neq; medunquam deseruisse te, neq; factis neq; fide,  
Rebus in dubijs egenis. hæc pater quando sciet,  
Tyndare, ut fueris animatus erga suum gnatum atq; se,  
Nunquam erit tam auarus, quin te gratijs emittat manu.  
Et mea opera, si hinc rebito, faciam ut faciat facilius.

Nam tua opera, & comitate, & uirtute, & sapientia,  
Fecisti ut redire liceat ad parentes denuō,  
Cum apud hunc confessus es & genus & diuitias meas.  
Quo pacto emisti ē uinculis tuum herum, tua sapientia.

**PHI.** Feci ego ista ut commemoras: et te meminisse, id gratū est mihi.  
Meritō tibi ea euenerunt à me. nam nunc Philocrates,  
Siego item memorem quæ mederga multa fecisti bene,  
Nox diem adimat. nam si seruus meus esses, nihilo secius  
Obsequiosus mihi semper fuisti. **HEG.** di uostram fidem,  
Hominum ingenium liberale, ut lacrimas excutiunt mihi.  
Videas corde amare inter se, quantis laudibus suum herum  
Seruus collaudauit? **PH.** pol istic haud me centesimam  
Partem laudat, quam ipse meritus est, ut laudetur laudibus.

**HEG.** Ergo cum optime fecisti, nunc adest occasio,

Bene-



Benefacta cumulare, ut erga hunc rem gr̄as fideliter.

PHI. Magis non factū possum uelle, quā opera experiar persequi.

Id ut scias, Iouem sup̄remum testem laudo Hegio,

Me infidelem non futurum Philocrati. HE. probus es homo.

PHI. Nec me secus unquam ei facturum quicquā quā memet mihi.

TY. Istac dicta te experiri & operis & factis uolo.

Et quo minus dixi de te, quā uolo, animum aduortas uolo.

Atq; horum uerborum caussa, caueto mihi iratus fuas,

Sed te quaeso cogitato, hinc mea fide mitti domum,

Te aestimatum, et meam esse uitam hic pro te positam pignori.

Ne tu me ignores, cum extemplo meo ē conspectu abscesseris.

Quom me seruum in seruitute pro te hic dereliqueris,

Tuq; te pro libero esse ducas, pignus deseras.

Neq; des operam pro me, ut huius reducem facias filium.

Scito te hinc minis uiginti aestimatum mittier?

Fac fidelis sis fideli, caue fidem fluxam geras.

Nam pater scio faciet, quae illum facere oportet omnia.

Serua tibi in perpetuū amicū me, atq; hunc inuentum inueni.

Hec per dextram tuam te dextera retinens manu

Obsecro, infidelior mihi ne fuas, quā ego sum tibi.

Tu hoc age, tu mihi nunc herus es, tu patronus, tu pater.

Tibi commendo spes opesq; meas. PH. mandauisti satis.

Satin' habes mandata, quae sunt facta, si refero: TY. satis.

PHI. Et tua, & tua, huc ornatus reueniam ex sententia.

Nūquid aliud? TY. ut quāprimū possis redeas. PH. res monet.

HEG. Sequere me, uaticum ut dem hinc à trapezita tibi,

Eadem operā à praetore sumam sygraphum. TYN. quem

sygraphum?

HEG. Quē hic ferat secum ad legionē, hinc ire huic ut liceat domum.

Tu intrō abi. TY. bene ambulato. PH. bene uale. HE. edepol rē

Constabiliui, cū illos emi de praeda à quaestoribus. (meam

Expediui ex seruitute filium, si dis placet.

At etiam dubitauī hos homines emerem, an non emerem, diu.

Serua-

Seruate istum sultis intus serui, ne quôquam pedem  
 Efferat sine custode iam ego apparebo domi,  
 Ad fratrem modò capteiuos alios inuiso meos.  
 Eadem percontabor, ecquis hunc adolescentem nouerit.  
 Sequere tu te ut ammittam, ei rei primum praeuorti uolo.

ERGASILVS PARASITVS.

**M**iser homo est, qui ipse sibi quod edit querit, et id aegrè inuenit.  
 Sed ille est miserior, qui et aegrè querit, et nihil inuenit.  
 Ille miserrimus est, qui cum esse cupit, quod edit non habet.  
 Nam hercle ego huic diei si liceat oculos effodiam libens,  
 Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.  
 Neque ieiuniosorem, neque magis effertum fame  
 Vidi: nec cui minus procedat, quicquid facere ceperit.  
 Itaque uenter gutturque resident esuriales ferias.  
 Illicet parasiticae arti in maxumam malam crucem,  
 Ita iuuentus iam ridiculos inopesque ab se segregat.  
 Nihil morantur iam Laconas ini subsellij uiros,  
 Plagipatidas, quibus sunt uerba sine penu et pecunia.  
 Eos requirunt, qui libenter cum ederint, reddant domi.  
 Ipsi obsonant, quae parasitorum ante erat prouincia.  
 Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones cunt,  
 In tribu quam aperto capite fontes condemnant reos.  
 Neque ridiculos iam teruncij faciunt, sese omnes amant.  
 Nam ut dudum hinc abij, accessi ad adolescentes in foro:  
 Saluete, inquam. Quò imus, unà inquā ad prandiū? atque illi ta  
 Quis ait hoc, aut quis profitetur inquā? quasi muti silēt. (cent.  
 Neque me rident, ubi coenam inquam? atque illi abnuunt.  
 Dico unum ridiculum dictum, de dictis melioribus,  
 Quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier,  
 Nemo ridet. sciui extemplò rem de compacto geri.  
 Ne canem quidem iritatam uoluit quisquam imitarier.  
 Saltem si non arriderent, dentes ut restringerent.  
 Abeo ab illis, postquam uideo me sic ludificarier.

Pergo



Pergo ad alios, uenio ad alios, deinde ad alios: una res.  
 Omnes compacto rem agunt, quasi in uelatro olearij.  
 Nunc redeo inde, quoniam me ibi uideo ludificariet.  
 Item alij parasiti frustra obambulabant in foro.  
 Nunc barbarica lege certum est ius meum omne persequi.  
 Qui concilium iniere, quo nos uictu et uita prohibeant,  
 His diem dicam, irrogabo multam, ut mihi coenas decem  
 Meo arbitrato dent, cum cara annona sit, sic egero.  
 Nunc ibo ad portum hinc. Est illic mihi una spes coenatica.  
 Si ea decollabit, redibo huc ad senem, ad coenam asperam.

## H E G I O.

**Q**uid est suauius, quam bene rem gerere bono publico?  
 sicut ego feci heri,  
 Cum enim hosce homines, ubi quisq; uident, eunt obuiam,  
 Gratulanturq; eam rem: ita me miserum restitendo,  
 Retinendoq; lassum reddiderunt.  
 Vix ex gratulando miser iam eminebam,  
 Tandem abij ad pretorem, ibi uix requieui, rogo syngraphū:  
 Datur mihi, ilico dedi Tyndaro, ille abijt domum.  
 Inde ilico reuortor domum, postquam id actum est, eo  
 Protinus ad fratrem, inde abij, mei ubi sunt alij captiui.  
 Rogo Philocratem ex Aulide ecquis omnium nouerit?  
 Tandem hic exclamat, cum sibi esse sodalem, dico esse eum  
 Apud me, hic extemplo orat, obsecratq; eum sibi ut liceat  
 Videre, iussi ilico hunc exolui, nunc tu sequere me,  
 Vt quod me orauisti, impetres, hominem ut conuenias.

## T Y N D A R V S.

**N**unc illud est, cum me fuisse quam esse nimio mauelim,  
 Nunc spes, opes, auxiliaq; a me segregat, spernūtq; me.  
 Hic ille est dies, cum nulla uita mea salus sperabilis est.  
 Neq; exiliū est, neq; adeo spes, quae mihi hunc aspellat metū.  
 Nec mendacijs subdolis mihi usquam mantellum est meis.  
 Nec sycophantijs, nec fucis ullum mantellum obuiam est.

P

Neq;

Neq; deprecatio perfidijs meis, nec male factis fuga est.  
 Nec confidentia usquam hospitium est, nec diuerticulū dolis.  
 Opera quæ suere, aperta sunt, patent præstigiæ.  
 Omnis res palam est: neq; de hac re negotium est, quin malè  
 Occidam, oppetamq; pestem heri uicem, meamq;.  
 Perdidit me Aristophontes hic qui intrò uenit modò.  
 Is me nouit, is sodalis Philocrati & cognatus est.  
 Neq; iam seruare Salus, si uolt, me potest: nec copia est,  
 Nisi si meo aliquam corde machinor astutiam.  
 Quàm malum quid machiner? quid comminiscar? maximas  
 Nugas, ineptiasq; incipisso, hæreo.

HEGIO, TYNDARVS, ARISTOPHONTES.

HEG. QVò illū nūc hominē proripuisse foràs se dicā ex ædib.  
 TYN. Nūc enim uerò ego occidi, eū ad te hostes. Tyndare, qd  
 Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi loquar?  
 Res omnis in incerto sita est. quid rebus confidam meis?  
 Utinam te di prius perderent, quàm perijsti è patria tua  
 Aristophontes, qui ex parata re imparatam omnem facis.  
 Occisa est hec res, nisi reperio atrocem mihi aliquā astutiam.  
 HEG. Sequere. hē tibi hominē. adi, atq; alloquere. TY. quis homo est  
 me hominum miserior?

AR. Quid istuc est, quod meos te oculos dicam fugitare Tyndare?  
 Proq; ignoto me aspernari, quasi me nunquam noueris?  
 Equidem tam sum seruus, quàm tu. etsi ego domi liber fui,  
 Tu usq; à puero seruitutem seruiuisti in Aulide.

HEG. E de pol minime miror, si te fugitat, aut oculos tuos,  
 Aut si te odit qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate.

TYN. Hegio hic homo rabiosus habitus est in Aulide,  
 Ne tu quod istie fabuletur aures immittas tuas.  
 Nam istic hastis insectatus est domi matrem & patrem.  
 Et illic isti qui sputatur morbus interdum uenit. (uerbero?  
 Proin tu ab istoc procul recedas. HE. ultro istū à me. A R. aīr  
 Me rabiosum? atq; insectatum esse hastis meū memoras patrē?  
 Et



Et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier?

HEG. Ne uerere, multos iste morbus homines macerat,

Quibus insputari saluti fuit, atque alijs profuit? (sanū esse me.)

AR. Quid tu autem etiā huic credis? HE. quid ego credā huic? AR. in-

TY. Viden tu hūc, quā inimico uultu intuetur, cōcedi optumū ē.

Hegio, sit quod ego tibi dixi, gliscit rabies, caue tibi.

HEG. Credidi esse insanum extemplō, ubi te appellauit Tyndarum.

TY. Quia suum ipse interdum ignorat nomen, neque scit qui fiet.

HEG. At etiam te suum sodalem esse aiebat. TY. haud uidi magis.

Et quidem Alcmaeo atque Orestes et Lycurgus postea,

Vna opera mihi sunt sodales, qua iste. AR. at etiam furcifer!

Malē mihi loqui audes? non ego te noui? HE. pol planū id qui-

Nō nouisse, qui istū appelles Tyndarū pro Philocrate. (dē est

quem uides, cum ignoras: illum nominas, quem non uides.

AR. Immo iste eum sese ait qui non est, esse: et qui uerō est, negat.

TY. Tu enim repertus Philocratem, qui superes ueruerbio.

AR. Pol ego ut rē uideo, tu inuētus uera uanitudine (AR. dic modō

qui conuincas, sed quaeso hercle agedū aspice ad me. TY. hem.

Te negas Tyndarū esse? TY. nego inquit. AR. tun te Philocratē esse ais?

TY. Ego inquit. AR. tū ne huic credis? HE. plus quidē, quā tibi aut mihi.

Nā ille quidē, quē tu hunc memoras esse, hodie hinc abiit Aulidē

Ad patrē huius. AR. quē patrē, qui seruus est? TY. et tu quidē

Seruus, et liber fuisti, et ego me confido fore,

Si huius huc reconciliaffo in libertatem filium.

AR. Quid ais furcifer, tun te gnatum memoras esse liberum?

TY. Nō equidem me liberū, sed Philocratem esse aio. AR. quid est?

Vt sceleratus Hegio nunc iste ludos hic facit.

Nam is est seruus ipse, neque prater se unquam ei seruus fuit.

TY. Quia tute ipse eges in patria, nec tibi qui uiuas domi est,

Omnis inueniri similes tibi uis, non mirum facis.

Est miserorum, ut maleuolentes sint, atque inuideant bonis.

AR. Hegio uide sis, ne quid tu huic temerē insistas credere.

Atque ut perspicio profecto iam aliquid pugnae edidit.

- Filiam tuam quod redimere se ait, id ne utiquam mihi placet.
- TY.** Scio te id nolle fieri: efficiam tamen id ego, si di adiuuant. Illam restituam huic, hic autem in Aulidem me meo patri Propterea ad patrem hinc amisi Tyndarum. **AR.** quin tute is est Neque praeter te in Aulide ullus seruus istoc nomine est.
- TY.** Pergin seruum me exprobrare esse, id quod ui hostili obtigit?
- AR.** Enim uero iam nequeo contineri. **TY.** heus audin quid ait, quin sciam illic hic nos insectabit lapidibus, nisi illum iubes <sup>(gisse)</sup> Comprehendi **AR.** crucior. **TY.** ardent oculi, sit opus Hegio. Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis? **Atra bilis** agitat hominem. **AR.** at pol te, si hic sapiat senex, **Atra pix** agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat.
- TY.** iam deliramenta loquitur, laruae stimulant uirum.
- HE.** Quid? quid si hunc comprehendi iusserim? **TY.** Sapias magis.
- AR.** Crucior lapidem non habere me, ut illi mastigiae Cerebrum excutiam, qui me insanum uerbis concinnat suis.
- TY.** Audin lapidem queritare? **AR.** solum te solum uolo Hegio. **HE.** istinc loquere si quid uis, procul tamen audiam.
- TY.** Nanque edepol si ad bites propius, os de nasabit tibi Mordicus. **AR.** neque pol me insanum Hegio esse creduis, Neque fuisse unquam, neque esse morbum quem istic autumat. Verum si quid metuis a me iube me uinciri, uolo, Dum istic itidem uinciatur. **TY.** immo enim uero Hegio, Istic qui uolt uinciatur. **AR.** tace modo, ego te Philocrates Falsae faciam, ut uerus hodie reperiare Tyndarus. Quid mi abnutas? **TY.** tibi ego abnuto: quid agat, si absis longius?
- HE.** Quid ais? quid si ad eam hunc insanum? nugae ludificabitur. Garriet quod neque pes unquam, neque caput compareat. Ornamenta absunt. Aiace hunc cum uides, ipsum uides.
- HE.** Nihil factio, tamen adibo. **TY.** nunc ego omnino occidi. Nunc ego inter sacrum saxumque sto, nec quid faciam scio.
- HE.** Do tibi operam Aristophontes, si quid est quod me uelis.
- AR.** Ex me audibis uera, quae nunc falsa opinare Hegio.



- Sed hoc primum me expurgare tibi uolo, me insaniam  
 Neq; tenere, neq; mihi esse morbum, nisi quod seruiuo.  
 At ita me rex deorum atq; hominum faxit patriæ compotem,  
 Ut istic Philocrates nō magis est, q̄ aut ego aut tu. HE. cho dic  
 Quis illic igitur ē? AR. Quē dudū dixi à principio tibi. (mibi.  
 Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi  
 Et parentum et libertatis apud te deliquio fiet. (istuc rogo.  
 HE. Quid tu ais? TY. me tuū esse seruū, et te meū herū. HE. haud  
 Fuisse liber? TY. fu'. AR. enim uero non fuit, nugas agit.  
 TY. Qui tu scis? an tu fortasse fuisti meæ matri obstetrix,  
 Qui id tam audacter dicere audes? AR. puerū te uidi puer.  
 TY. At ego te uideo maior maiorem, hem rursus tibi  
 Meam rem non cures, si recte facias. num ego curo tuam?  
 HE. Fuit ne huic pater thesauro Chrysonico Chrysidēs?  
 AR. Non fuit, neq; ego istuc nomen unquam audiui ante hūc diem.  
 Philocrati Theodoromedes fuit pater. TY. pereo probē.  
 Quin quiescis dicere etum cor meum, ac suspende te.  
 Tu suffultas, ego miser uix asto præ formidine.  
 HE. Satin' istuc mihi exquisitū est fuisse hūc seruū in Aulide? (cus.  
 Neq; esse hunc Philocratē. AR. tā satis, q̄ nunq̄ hoc inuenies se  
 Sed ubi is nūc ē? HE. ubi ego minime atq; ipse se uult maxime.  
 Tum igitur ego erumnatus deartuatus sum miser  
 Huius scelesti technis, qui me ut lubitum est ductauit dolis.  
 Sed uide sis? AR. Quin exploratū dico et prouisam hoc tibi.  
 HE. Certo? AR. Quin nihil unquā inuenies magis hoc certo cer-  
 Philocrates iā inde usq; amicus fuit mihi à puero puer. (tius.  
 HE. Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? AR. dicam tibi.  
 Macilento ore, naso acuto, corpore albo, et oculis nigris,  
 Subrufus, aliquantum crispus, cincinnatus. HE. conuenit.  
 TY. Ut quidem hercle in medium ego hodie pessime processerim.  
 Væ illis uirgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo.  
 HE. Verba mihi data esse uideo. TY. quid cessatis compedes  
 Currere ad me? me atq; amplecti crura, ut uos custodiam?

Satin' me illi hodie scelesti captiui cæperunt dolo?

Illic seruum se a simulabat, hic sese autem liberum.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.

Ita mihi stolido sursum uersum os subleuere offucijs.

Hic quidem me nunquã irridebit. Colaphe, Cordalio, Corax,

Itē istuc, atq; efferte lora. LO. num lignatum mitimur?

HEGIO, TYNDARVS, ARISTOPHONTES.

HEG. **I**nscite huic astutum manicas mastigie.

TYN. **I**quid hoc est negotij? quid ego deliqui? HE. rogas?

Sator, sartorq; scelerum, & me sator maxime.

TYN. Non occatorem dicere audebas prius?

Nam semper occant prius quã sarriunt rustici.

HEG. At ut confidenter mihi contrã astuit.

TYN. Decet innocentem seruum atq; innoxium

Confidentem esse suum apud herum potissimum.

HEG. Astringite isti sultis uehementer manus.

TYN. Tuus sum, tuus quidem uel præcidi iube.

Sed quid negotij est, quam obrem succenses mihi?

HEG. Quia me, meamq; rem, quod in te uno fuit,

Tuis scelestis falsidicis fallacijs

Delacerauisti, de artu auistiq; opes.

Confecisti omnes res ac rationes meas.

Ita mi exemisti Philocratem fallacijs.

Illum esse seruum credidi, te liberum.

Ita uosmet aiebatis, itaq; nomina

Inter uos permutastis. TY. fateor omnia

Facta esse ita, ut tu dicis, & fallacijs

Abiisse eum abs te mea opera atq; astutia.

An, obsecro hercle te, id nunc succenses mihi?

HEG. At cum cruciatu maximo id factum est tuo.

TYN. Dum ne ob male facta peream, parui id æstimo.

Si ego hic peribo, at ille ut dixit, non redit.

At erit mihi hoc factum mortuo memorabile,



Meum herum captiuum ex seruitute atq; hostibus  
 Reducem fecisse liberum in patriam ad patrem,  
 Meumq; me potius caput periculo  
 Praeoptauisse, quam is periret, ponere.

HEG. Facito ergo ut Acherunti clueas gloria.

TYN. Qui per uirtutem peritat, non interit.

HEG. Quando ego te exemplis excruciaueri pessumis,

Atq; ob scelus tuas te morti misero,  
 Vel te inter iisse, uel per iisse praedicent,  
 Dum peres nihil interdico, dicant uiuere.

TYN. Pol si istuc faxis, haud sine poena feceris.

Si ille huc redibit, sicut confido affore.

AR. Prò di immortales, nunc ego teneo, nunc scio

Quid sit hoc negotij, meus sodalis Philocrates

In libertate est ad patrem, in patria bene est.

Nec est quisquam mihi aequè melius cui uelim.

Sed hoc mihi aegrè est, me huic dedisse operam malam,

Qui nunc propter me, meaq; uerba uinctus est.

HEG. Vetur te quicquam hodie mihi falsum proloqui?

TYN. Vetauisti. HEG. cur es ausus mentiri mihi?

TYN. Quia uera obessent illi, cui operam dabam,

Nunc falsa profunt. HEG. at tibi oberunt. TY. optimè est.

At herum seruauit, quem seruatum gaudeo,

Cui me custodem addiderat herus maior meus.

Sed male ne id arbitrare factum. HE. pessumè.

TYN. At ego aio rectè, qui abs te seorsum sentio.

Nam cogitato, si quis hoc gnato tuo

Tuus seruus fixit, qualem haberes gratiam?

Emitteres ne, nec ne, eum seruum manu?

Esset ne apud te is seruus acceptissimus?

Responde. HE. opinor. TY. cur ergo iratus mihi es?

HEG. Quia illi fuisisti, quam mihi, fidelior.

TYN. Quid tu una nocte postulauisti et die,

Recens captum hominem nuperum & nouitium,  
Te perdocere, ut melius consulerem tibi  
Quàm illi, qui cum unà puero aetatem exegeram.

HE. Ergo ab eo petito gratiam istam. ducite,  
Vbi ponderosas crassas capiat compedes.  
Inde ibis porrò in latomias lapidarias.  
Ibi quom ostonos alij lapides effodint,  
Nisi cotidianos sesquiotopus confeceris,  
Sescenteplago nomen indetur tibi.

AR. Per deos atq; homines ego te obtestor Hegio,  
Ne tu istunc hominem perduis. HE. curabitur.  
Nam noctu neruo uinctus custodibitur,  
Interdus sub terra lapides eximet.  
Diu ego hunc cruciabo, non uno absoluam die.

AR. Certum ne est tibi istuc? HE. non moriri certius st.  
Abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum,  
Iubete huic crassas compedes impingier.  
Inde extra portam ad meum libertum Cordalum,  
In lapidicinas facite deductus fiet.  
Atq; hunc ita uelle me dicite curarier,  
Ne qui deterius huic sit, quàm cui pessimè est.

TY. Cur ego te inuito me esse saluum postulem?  
Periculum uitæ meæ, stat tuo periculo.  
Post mortem in morte nihil est quod metuum mali.  
Etsi peruiuo usq; ad summam aetatem, tamen  
Breue spacium est perferendi quæ minitas mihi.  
Vale atq; salue, etsi aliter ut dicam meres.  
Tu Aristophontes, de me ut meruisti, ita uale.  
Nanq; mihi propter te hoc obtigit. HE. abducite.

TY. At unum hoc quæso, si huc rebitet Philocrates,  
Vt mihi eius facias conueniundi copiam.

HE. Perijtis, nisi hunc iam è conspectu abducitis.

TY. Vis hæc quidem hercle est, & trahi & trudi simul.



HEG. Illic abductus et recta in phylacam, ut dignus est.

Ego illis captiuis alijs documentum dabo,

Ne tale quisquam facinus incipere audeat.

Quod absq; hoc esset, qui mihi hoc fecit palam.

Vsq; offerre natum, suis me ductarent dolis.

Nunc certum est nulli post hæc quicquam credere.

Satis sum semel deceptus, speravi miser

Ex seruitute me exemisse filium.

Ea spes elapsa est, perdidit unum filium

Puerum quadrimum, quem mihi seruus surpuit.

Neg; cum seruum unquam repperi, neg; filium

Maior potitus hostium est, quod hoc est scelus?

Quasi in orbitatem liberos produxerim.

Sequere hac, reducam te ubi fuisti, neminis

Misereri certum est, quia mei miseret neminem.

A R. Exauspicari ex vinculis, nunc intelligo

Redauspicandum esse in cathenas denuò.

ERGASILVS PARASITVS.

E R. Iuppiter supreme seruas me, measq; auges opes.

Maximas opimitates, opiparasq; offers mihi:

Laudem, lucrum, ludum, tocum, festiuitatem, ferias,

Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium.

Nec cuiquam homini supplicare nunc certum est mihi.

Nam uel prodesse amico possum, uel inimicum perdere,

Ita hic me amœnitate amœna amœnus oneravit dies.

Sine sacris hæreditatem sum aptus effertissimam.

Nunc cursum ad senem capeffam hunc Hegionem, cui boni

Tantum affero, quantum ipse adipisci optat, atq; etiam am-  
plius.

Nunc res certa est eodem pacto, ut comici serui solent,

Conijciam in collum pallium, primò ex me hanc rem ut audiat.

Speroq; me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum.

HEGIO senex. ERGASILVS parasitus.

HEG. **Q**uanto in pectore hanc rem meo magis uoluto,  
Tanto mihi ægritudo auctior est in animo.

Ad illum modum sublitum mihi os esse

Hodie mihi, neq; id perspicere quiu.

Quod cum scibitur, per urbem irridebor.

Cum extemplò ad forum aduenero, omnes loquentur.

Hic ille est senex ductus, qoi uerba data sunt.

Sed Ergasilus est ne hic procul quem uideo?

Collecto quidem est pallio, quid nam acturus sit?

ER. Moue abs te moram, atq; Ergasile age hanc rem.

E minor, interminorq; ne quis mi obstitcrit obuam;

Nisi quis sat diu uixisse sese homo arbitrabitur.

Nã qui obstitcrit, ore sistet. HE. hic homo pugillatum incipit.

ER. Facere certum est, proinde ut omnes itinera insistant sua,

Ne quis in hac platea negotij conferat quicquam sui.

Nãm meus est balista pugnus, cubitus catapulta est mihi,

Humerus aries: tum genu ut quemq; icero, ad terram dabo.

Dentilegos omnes mortales faciam, quemq; offendero.

HEG. Quæ illæc eminatio est? nam nequeo mirari satis.

ER. Faciam ut eius dici, lociq; meiq; semper meminereit.

Qui mihi in cursu obstitcrit, saxo uitæ is extemplò obstitcrit sua.

HEG. Quid hic homo tantum incipissit facere cum tantis minis?

ER. Prius edico, ne quis propter culpam capiatur suam.

Continete uos domi, prohibete à uobis uim meam.

HEG. Mira edepol sunt, ni hic in uentrem sum sit confidentiam.

Ve misero illi, cuius cibo iste factus imperiosior.

ER. Tum pistores scrophipasci qui alunt fur furi sues,

Quarum odore præterire nemo pistrinum potest.

Eorum si quouisquam scropham in publico conspexero,

Ex ipsis dominis meis pugnus exculcabo fur fures.

HEG. Basilicas edictiones atq; imperiosas habet.

Satur homo est, habet profectò in uentre confidentiam.



- ER.** Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos,  
 Qui aduehuntur quadrupedanti crucianti cantherio,  
 Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum:  
 Eis ego ora uerberabo surpiculis piscarijs,  
 Ut sciant alieno naso quam exhibeant molestiam.  
 Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues,  
 Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt.  
 Qui petroni nomen induunt uerueci sectario,  
 Eum ego si in uia petronem publica conspexero,  
 Et petronem & dominum reddam mortales miserrimos.
- HEG.** Euge edictiones ædilitias hic habet quidem.  
 Mirumq; adeo est, ni hunc fecere sibi Aetoli agoranomum.
- ER.** Non ego nunc parasitus sum, sed regum rex regalior,  
 Tantus uentri commeatus meo adest in portu cibus.  
 Sed ego cesso hunc Hegionem onerare leticia senem?  
 Qui homine hominum adequè nemo uiuit fortunatior.
- HEG.** Quæ ille est leticia, quam hic letus largitur mihi?
- ER.** Heus ubi estis uos? Ecquis hoc aperit ostium? **HE.** hic homo  
 Ad cœnam recipit se ad me. **ER.** aperite hæc ambas fores,  
 Priusquam pultando assulatim foribus exitium affero. (cat?)
- HEG.** Perlubet hunc hominè colloqui, Ergasile. **ER.** Ergasilum qui uo.
- HEG.** Respice. **ER.** fortuna quod tibi nec faciet, nec facit, (mihi.  
 Hoc me iubet, sed qui est? **HE.** respice ad me, Hegio sum. **ER.** oh  
 Quantū est hominū optumorū, optumè in tempore aduenis.
- HEG.** Nescio quæ ad portum nactus es ubi cœnes, eo fastidis. (tene.
- ER.** Cedo manū. **HE.** manū? **ER.** manū inquā cedo tuā actutū. **HE.**
- ER.** Gaude. **GE.** quid ego gaudeā? **ER.** quia ego impero. age gaude
- HEG.** Pol mœrores mi ante uortūt gaudijs. **ER.** noli irascier, (modò,  
 Iam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.  
 Gaude audacter. **HE.** gaudeo, etsi nihil scio, quod gaudeam.
- ER.** Bene facis, iube. **HE.** quid iubeam? **ER.** ignem ingētem fieri.
- HEG.** Ignē ingētē? **ER.** ita dico, magnus ut sit. **HE.** quid in eo uolt u-  
 Tuar causa me ædeis incensurū cēses? **ER.** noli irascier. (rier?  
 Iubens

- Iuben' an non iubes astitui aulas: patinas clui?  
 Laridum atq; epulas foueri fœculis feruentibus,  
 Alium pisces præsternatum abire: HE. hic uigilans somniat.
- ER. Alium porcinam, atq; agninam, & pullos gallinaceos.
- HE. Scis bene esse, si sit unde. ER. pernam atq; ophthalmia,  
 Hor. eum, scombrum et trigonum, & cetum, & mollè caseum.
- HE. Nominandi istorum tibi erit magis, quàm edundi copìa,  
 Hic apud me Ergasile. ER. mean' me caussa hoc censes dicere?
- HE. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, ne frustra fies.  
 Proin' tu tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas.
- ER. Quin ita faciam, ut te cupias facere sumtum, et si ego uetem.
- HE. Egó ne? ER. tute. HE. tū tu mihi igitur herus es. ER. imò bene  
 Vin' te faciã fortunatū? HE. malim, quàm miserū qdē. (uolēs.
- ER. Cedo manū. HE. hē manū. ER. di te oēs adiuuāt. HE. nihil sen-
- ER. Non enim es in senticeto, eò non sentis. sed iube (tio.  
 Vasa tibi pura appararier ad rem diuinam citò, (fices.  
 Atq; agnum afferri proprium, pinguem. HE. cur? ER. ut sacru
- HE. Cui deorū? ER. mihi hercle. nã ego tibi nūc sum summus lup-  
 Idem ego sum salus, fortuna, lux, letitia, gaudium, (piter.  
 Proin tu deum huncce saturitate facias tranquillum tibi.
- HE. Esurire mihi uidere. ER. mihi quidem esurio, non tibi.
- HE. Iuppiter te diq; perdant. ER. te hercle mihi æquum est grãti-  
 Agere ob nuncium, tantum ego nunc porto à portu tibi boni.  
 Nunc tu mihi places. HE. abi stultus, post tempus uenis.
- ER. Igitur olim si aduenissem, magis tu tum istuc diceres.  
 Nunc hanc letitiam accipe à me quam fero. nam filium  
 Tuum modò in portu Philopolemū uiuū, saluum & sospitem  
 Vidi in publica celoce, ibidemq; illum adolescentulum  
 Alium unã, & tuum Stalagnum seruum qui aufugit domo,  
 Qui tibi surripuit quadrimū puerū filiolum tuum.
- HE. In malam rem. ludis me. ER. ita me amabit sancta saturitas  
 Hegio, itaq; suo me semper condecoret cognomine, (meum.  
 Ut ego uidi. HE. meum gnatum? ER. tuum gnatū, & genium



- HE. Et captiuū illū Aulidensem? ER. μὰ τὸν ἀπὸ πᾶσιν. HE. et seruo  
 Meū Stalagmū, meū qui gnatū surripuit? ER. νὴ τοῦ σόφρου. (lū  
 HE. Iamdiu? ER. νὴ τοῦ τρωανέσ κρ. HE. uenit. ER. νὴ τοῦ σιγνίου.  
 HE. Certon? ER. νὴ τοῦ φροσινῶνα. HE. uide sis. ER. νὴ τοῦ ἀλάτρι-  
 HE. Quid tu p̄ barbaricas urbes iuras? ER. q̄a enim itē asperæ. (ερ.  
 Sunt, ut tuū uictum autumabas esse. HE. ue etati tuæ.  
 ER. Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico sedulo.  
 Sed Stalagmus q̄oius erat tunc nationis, cum hinc abiit?  
 HE. Siculus. ER. at nunc Siculus non est, Boius est, Boiam terit,  
 Liberorum querundorum caussa ei credo uxor data est.  
 HE. Dic bonam̄ fide tu mihi istæc uerba dixisti? ER. bona.  
 HE. Di immortales iterum gnatus uideor, si uera autumas.  
 ER. An tu dubium habebis, etiam sanctè cum iurem tibi?  
 Postremò Hægio, si parua iurijurando est fides,  
 Vise ad portū. HE. facere certū est, tu intus cura quod opus ē.  
 Sume, posce, prome quiduis, te facio cellarium.  
 ER. Nam hercle nisi mantiscinatus probè ero, susi plectito.  
 HE. Aeternum tibi dapinabo cibum, si uera autumas.  
 ER. Vnde id? HE. à me oq̄; gnato. ER. sponde tu istud. HE. spon  
 ER. At ego tuum tibi aduenisse filium respondeo. (deo.  
 HE. Cur à quàm optumè potes. ER. bene ambula & redambula.

## ERGASILVS.

**I**llic hinc abiit, mihi rem summam credidit cibariam.  
 Di immortales iam ut ego collos prætruncabo tergoribus.  
 Quanta pernis pestis ueniet, quanta labe larido:  
 Quanta sumini absumedo, quanta callo calamitas?  
 Quanta lanis lassitudo? quanta porcinaris?  
 Nam si alia memorè, quæ ad uentris uictū conducūt, mora est.  
 Nunc ibo ad meam præfecturam, ut ius dicam larido,  
 Et quæ pendent indemnate perne, eis auxilium ut feram.

## PVER HEGIONIS.

**D**espiter te diq̄; Ergasile per dant, & uentrem tuum,  
 Parasitosq̄; oēs, & qui posthac cœnā parasitis dabit.  
 Claudes

Clades calamitasq; intēperies, modò in nostrā aduenit domū.  
 Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum.  
 Nimisq; hercle ego illum malè formidabam, ita frendebat den  
 Adueniens deturbauit totum cum carne carnariam. (tibus.  
 Arripuit gladium, prætuncat tribus tergoribus glandia.  
 Aulas, calicesq; omnes confregit, nisi quæ modiales erant.  
 Cocum percontabatur, possent ne seriæ seruescere?  
 Cellas refregit omnes intus, reclusitq; armarium.  
 Afferuate istunc sultis serui, ego ibo ut conueniam senem.  
 Dicam ut sibi penum aliud ornet, siquidem sese uti uolet.  
 Nam hic quidem ut adornat, aut iā nihil est, aut iam nihil erit.

HEGIO, PHILOPOLEMVS, PHILO-  
 CRATES, STALAGMVS.

HEG. **I**oui dijsq; ago gratias meritò magnas,  
 Quom te reducem tuo patri reddiderunt,  
 Quomq; ex miserijs plurimis me exemerunt,  
 Quæ adhuc te carens dum hic fui sustentabam.  
 Quomq; hunc conspicio in potestate nostra,  
 Quomq; hæc reperta est fides firma nobis.  
 Satis iam dolui ex animo, & cura me sat  
 Et lacrimis maceraui, satis iam audiui  
 Tuas ærumnas, ad portum mihi quas memorasti.  
 Hoc agamus. PHILOC. quid nunc quoniam tecū seruauit fidē,  
 Tibiq; hunc reducem in libertatem feci? HE. fecisti ut tibi,  
 Philocrates, nunquam referre gratiam possim satis, (potes  
 Proinde ut tu promeritus de me & filio meo. PHILOP. immò  
 Pater, & poteris, & ego potero, & di eam potestate dabunt,  
 Ut beneficium benemerenti nostro meritò munceres,  
 Sicut tu huic potes pater mi facere meritò maxime.

HEG. Quid opus est uerbis? lingua nulla est, qua negē quicquid roges.  
 Philoc. Postulo abs te, ut mihi illū reddas seruom, quē hic reliquerā:  
 Pignus pro me, qui mihi melior, quam sibi semper fuit.  
 Pro benefactis eius uti ei precium possim reddere.

HEG. Quod benefecisti, referretur gratia, id quod postulas.

Et



Et id, & aliud, quod me orabis, impetrabis, atq; te  
Nolum succensere, quod ego iratus ei feci male.

**Philoc.** Quid fecisti? **HEG.** in lapidicinas compeditum condidi,  
Vbi rescini mihi data esse uerba. **PHILOC.** uae misero mihi,  
Propter meum caput labores homini euenisse optumo.

**HEG.** At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.  
Gratis à me, ut sit liber, abducito. **PHILOC.** edepol Hego  
Facis benignè, sed quaeso hominem ut iubeas arcesse. **HE.** licet.  
Vbi estis uos? ite actutum Tyndarum huc arcesse te.  
Vos ite intrò. interibi ego ex hac statua uerbera uolo  
Erogitare, meo minore quid sit factum filio. (trò. **PHI** sequor.  
Vos lauare interibi. **PHILOC.** sequere hanc Philocrates me in-

**HEG.** Age tu illuc prode bone uir, lepidum mancipium meum.

**STA.** Quid me oportet facere, ubi tu talis uir falsum autumas.  
Fui ego bellus, lepidus, bonus uir nunquam, neq; frugi bonè.  
Neq; ero unquam, ne tu spem ponas me bonæ frugi fore.

**HEG.** Propemodum ubi loci fortunæ tuæ sint, facile intelligis.  
Si eris uerax, tua ex re facies, ex mala meliusculam.  
Recta est uera loquere, sed neq; uerè, neq; rectè adhuc (mes?  
Fecisti unquam. **STA.** quod ego fatear, credin' pudeat cū autu-

**HEG.** At ego faciã ut pudeat, nam in ruborem te totum dabo.

**STA.** Eia credo ego imperito plagas minitaris mihi.  
Tandem ista aufer, dicq; quid fers, ut feras hinc quod petis.

**HEG.** Satis facundus, sed fieri dictis compendium uolo.

**STA.** Ut uis fiat. **HEG.** bene morigerus fuit puer, nunc non decet.  
Hoc agamus, iam animū aduerte, ac mihi quæ dicam ediffere.  
Si eris uerax, è tuis rebus feceris meliusculas.

**STA.** Nugæ istæ sunt, non me censes scire quid dignus siem?

**HEG.** At ea subterfugere potis es pauca, si non omnia.

**STA.** Pauca effugiam scio, nam multa euenient, & merito meo.

Quia & fugi, & tibi surripui filium, & eum uendidi.

**HEG.** Cui homini? **STA.** Theodoromedi in Aulide Polyplusto  
Sex minis. **HEG.** prò di immortales, is quidem huius est pater

Philo-

Philocratis. STA. quin melius noui, quàm te, & uidi sepius.  
Serua Iuppiter supreme & me, & meum gnatum mihi.  
Philocrates per tuum te genium obsecro exi, te uolo.

PHILOCRATES, HEGIO, STALA.

**H**Egio assum, si quid me uis, impera. HE. hic gnatum meum  
Tuo patri ait se uendidisse sex minis in Aulide.

PHI. Quam diu id factum est? STA. hic annus incipit uicesimus.

PHI. Falsa memorat. ST. aut ego, aut tu. nam tibi quadrimum  
Tuum pater peculiarem paruulum puero dedit.

PHI. Quid erat ei nomen, si uera dicis, memora dum mihi.

STA. Pagnium uocitatus est, post uos indidistis Tyndaro.

PHI. Cur ego te non noui? STA. quia mos est obliuisci hominibus,  
Neque nouisse, cuius nihil sit faciunda gratia.

PHI. Dic mihi, is ne istic fuit, quem uendidisti meo patri,  
Qui mihi peculiaris datus est huius filius?

HE. Viuit ne is homo? STA. argentum accepi, nihil curauit caterum.

HE. Quid tu ais? PHI. quin istic ipsus est Tyndarus tuus filius?  
Ut quid hic argumenta loquitur. nam is mecum a puero puer  
Bene, pudiceque educatus est, usque ad adolescentiam.

HE. Et miser sum & fortunatus, si uos uera dicitis.  
Eo miser sum, quia male illi feci, si gnatus meus est.  
Eheu quare ego plus, minusque feci, quam equum fuit.  
Quod male feci, crucior modo, si infectum fieri possiet.  
Sed eccum incedit huc ornatus, audax suis uirtutibus.

TYNDARVS, HEGIO, PHILOCRATES, STALAGMVS.

**V**idi ego multa sepe picta, quae Acheruntia fierent  
Cruciameta: uerum enim uero nulla adaeque est Ache-  
runtis.

Atque ubi ego fui in lapidinis, illic demum est locus,  
Vbi labore lassitudo omnium exigunda ex corpore.  
Nam ubi illud adueni, quasi patricijs pueris, aut mone duke,  
Aut anates, aut coturnices dantur, qui cum lusitent,

Itidem



Itidem hæc mi aduenienti upupa, qui me deleſtet, data eſt.  
 Sed herus, eccum ante oſtium, & herus alter eccum ex Aulide  
 Redijt. HE. ſalue exoptate gnate mi. TY. hē quid gnate mi?  
 At at ſcio cur te patrem aſimiles eſſe & me filium,  
 Quia mihi item ut parentes lucis das tuendæ copiam.

PHI. ſalue Tyndare. TY. & tu quouiſ cauſſa hanc ærumnā exigo.

PHI. At nunc liber in diuitiis ſaxo uenies. nam tibi  
 Pater hic eſt, hic ſeruus, qui te huic hinc quadrimum ſurpuit,  
 Vendiditq; patri meo te ſex minis. is te mihi  
 Paruulum peculiarem paruulo puero dedit.  
 Illic indicium fecit. nam hunc ex Aulide huc reducimur.

TYN. Quid huius filium? PH. intus eccum fratrem germanū tuum.

TYN. Quid tu aiſ: adduxim illum huius captiuum filium?

PHI. Quin inquā intus hic eſt. TY. feciſti edepol & recte & bene.

PHI. Nunc tibi pater hic eſt, hic ſur eſt tuus qui paruum hinc te ab-  
 ſtulit.

TYN. At ego hunc grādis grandē natu ob ſurtū ad carnificē dabo.

PHI. Meritus eſt. TY. ergo edepol huic meritam mercedem dabo.

Sed dic oro, pater meus tū ne eſ? HEG. ego ſum gnate mi.

TYN. Nunc ego demum in memoriam redeo, cum mecum cogito,

Nunc edepol demum in memoriam regredior, audiſſe me,

Quaſi per nebulam, Hegionem patrem meum nominari.

HEG. Ego ſum. PHI. compedibus quaſo ut tibi ſit leuior filius.

Atq; hic grauior ſeruus. HE. certū eſt principiū id præuortier.

Eamus intrō, ut accerſatur ſaber, ut iſtas compedes

Tibi adimam, huic dem. ST. cui peculij nihil eſt, recte feceris.

## G R E X.

**S**pectatores ad pudicos mores facta hæc fabula eſt.

Nec; in hac ſubagitationes ſunt, nec; ulla amatio,

Nec pueri ſuppoſitio, nec argenti circumductio,

Nec; ubi amans adoleſcens ſcortum libertet clam patrē ſuum.

Huiusmodi paucas poete reperiunt comædias,

Vbi boni meliores ſiant. nunc uos, ſi uobis placet,

Et si placuimus, neq; odio fuimus, signum hoc mittite:  
Qui pudicitia esse uolitis premium, plausum date.

## ANNOTATIONES.



Abulæ huic nomē Captiui duo, inter Plauti-  
nas omnes hæc & argumento & expositione  
opt. est & elegantissima. Ipse etiam poeta hæc  
commendat, ut pudicè scriptâ. Multeq; bonæ  
sententiæ in hac insunt, & eximia fidei exem-  
plum serui erga herilem filium. Cum enim bel-  
lum esset inter Aetolos & Aulidenses, capitur Philopolemus  
Aetolus Hegionis filius, itemq; Aulidensis Philocrates. Hunc  
Hegio unâ cū seruo Tyndaro emit, quod speraret posse aliqua  
permutatione captiuorum recuperare se filium suum. Sed inter  
dominum & seruum conuenit, ut seruus se dominum esse si-  
mularet. Ira dimissus æstimatus Philocrates ut seruus, rediit  
in patriam. Fraude detecta per alterum captiuum Aristophon-  
tem, uehementissimè irascitur senex, & Tyndarum compedi-  
tum in lapidicinas conijcit. Hic erat filius ipsius, furto surre-  
ptus ætate puerili à seruo. Interea reuertitur Philocrates, & ad-  
ducit filium Hegionis, & seruum etiam illum furem. Itaq; ag-  
nitus Tyndarus, in libertatem & familiam suam restituitur.  
Personæ fabulæ sunt, ἄγλιον, à ductu & principatu. φιλανθέτης, à  
studio uictoriæ & potentia, quod est λεγάτος. τῶν δαριῶν anti-  
quum nomen Laconicum: qui & τῶν δαριῶν, pater Helena,  
quæ & τῶν δαριῶν ἀριστοφάντης, ut ἀργεφόντης, à cæde optimatum. φιλ-  
λοπόλιμος, bellicæ rei, uel ipsius belli studiosus. σπλάγμιος, à stillici  
dijs seu guttis. ἄργεσις est ἀπὸ τῆς ἀργασίας, id est ab opere. Fit &  
horum mentio: μινάριον, quo uirium & animositatis principa-  
tus significatur: διωδωραμύθος, in quo significatio est diuini doni  
et intelligentiæ: πολάριον, ab alapa: χορδαλίον, qui est Cordalio,  
abiecta aspiratione, à fideiculis: κόραιον, corui. Itemq; ἰππολόγιον,  
facti à distractione uel solutione equorum: χορδαίος, qui est &  
ipse sine aspiratione Cordalus, à neruis uel fideiculis. Argumen-  
tum ita est sumtum, quasi res geratur in Aetolia.

Argumentum itemq; prologus, et deinceps duæ sequen-  
tes



tes scenæ, compositræ sunt uersibus senarijs iambicis.

*Negat hercle.*) Expressa est scriptura nostri libri, sed numeris deficientibus, ut uersus non integer esse uideatur. Similiter et in eo quod sequitur, medicarier, mēdum esse suspicor. uel certe iudico. Est autem ἀπεσροφῆ ad aliquem obstrepentem prologo de ultima cauea.

*Cum Aulidis.*) Et numeri labant, et Aulidis pro Aulidensibus durum est, quod tamē mox iterū atq; iterum legitur: nisi αὐλιδῆς et Latine Aulideus, sicut Atreus, Plautus fecisse uideatur. Vereor igitur, ut hic emendatus uersus sit. (bitrantur.

*Hisce.*) id est, isti. ut Hisce hoc munere suam esse Thaidem ar *Vbi res prolata.*) Et pro Murena, rebus prolatis: et ad Atticum lib. 7. Rerum prolatio apud Ciceronem, significatur negotiorum suspensio, et iurisdictionis silentium, uel iusticio indicto belli temporibus, uel ferijs et uacationibus.

*Tranquillauit gratijs.*) Nunquam exhilaraui illum absq; præmio aut mercede. Gratijs, gratis: ut ingratijs, ingratiss.

*Ossa atq; cutis.*) Prouerbialis hyperbole de macilentia. ut Apollonius Argon. 2.

— πίνω τί τίς ἀσπαλίη & χροῖα  
ἠσπάλια, πίνω ἴστω δστέα μούνην ἐργον.

*Tum deniq;.*) Elegans sententia Sophoclea illa quidem Aiaæ, et si Plautus γυνωτίστην hanc pronunciauit.

ἔι γδ νανοὶ γνώμασι τὰ γὰδ ἄν χροῖον  
ἔχοντες, ἔν ἴσασιν, πρὶν τις ἠβῆλη.

*Posteaquam.*) Ex scriptura nostri libri colligitur huius uersus lectio talis: Cui obtigerat, postquam captus est Philopolemus tuus. quam, quod uera uideretur, omnino indicandam duxi. Hoc autem ait, cuiuscunq; obuenisset epulandi prouincia, eum illam recusare ac fugere.

*Age sis roga.*) Voca, inquit Parasitus, me, si uiderur. Nisi, inquit senex, alia melior cōditio offeratur. Imò hæc, inquit Parasitus, maximè placet. At ego, inquit senex, certis legib. te uoco, perinde ac si fundū uendā. Imò tu exultabūdus, parasitus inquit, profundū uēdis: ist est, plusquā fundū. Sed senex hæc cōcludēs, Abi modo, inquit, et lautius aliquid sequere, nūc rē tenes. Hæc

ita *ωαγίφρασα*, ut sententiam uenustam & consentaneam esse appareret, eorum uerborum quæ de nostro libro curassemus exprimi. Huic autem, Nunc i, rem tenes: simile quodammodo est Horatianum illud, Nunc i, rem strenuus auge. Asper autem uictus, is est quem Græci *ἀνανδῶς* uocarunt.

Si di immort.) Versus sunt huius scenæ dubijs & incertis numeris, breuiores & longiores: de quibus minus uerborum ideo faciendum putauit, quia ratio esset horum inexplorata.

Multam miseriam additis.) In nostro libro scriptura erat corrupta hoc loco, nos coniecturam sequentes hoc fecimus.

Iam ego reuertar.) Versus huius scenæ sunt *τις βάλυροι κατὰ δυνάμει καὶ ποχαινοί.*

Sunt ne optumæ.) Ita quidem scribitur hoc uocabulum in nostro libro: sed in mentem uenit rectius fortasse esse, opimæ, ex eo quod sequitur: & de nostro fideliter expressum est, Vnde excoquat seum senex. significat enim, pingues esse diuitias: id est, illum patrem Philocratis *τῶν πωχέων.*

Thesauorchryso.) Lusit more ueteris comædiæ, in mirifica nominis compositione. Est autem huius significatio, thesauri & auri, & uictoriæ. Si autem scribatur rhesauorchrysonychryfides, unguis erit significatio in nomine.

Est profectò.) Sophoclea sententia de Electra, *εἰς μίγαν ἐν δ' ἄνδρ' ἴδω, ὃς ἐπορᾷ πάντα.*

Quæ res bene.) Versus sunt ab initio huius scenæ, 24. senarij iambici. Reliqui ad finem usq; *τις βάλυροι κατὰ δυνάμει καὶ ποχαινοί.*

Cum apud.) Fortasse, quoniam scriberetur rectius, ut plenius numeri procedant.

Id ut scias.) Laudo, Nonius ait significare nomino. Hiat autem uersus. Est quidem & Græcis *ἀνίστασθαι*, tam celebrare oratione, quam promittere.

Fac fidele sis.) Nonius pro fideliter ait positum. In nostro libro planè extat, fac fidelis sis: & iudico esse uerum, inq; eo deceptum Nonium, quòd ueteres, cum ita perscriberent omnia, sicuti pronuntiatione efferebantur, corripientes hanc syllabam elisa litera, s, ita protulisse uideantur.

Et tua & tua.) *Ἄεν ἰμῶς*: id est, utriusq; ex sententia.

Efferat



*Efferat sine.*) Versus numeris deficiens, neq; integer, ut uis  
detur.

*Miser homo est.*) Quadrati uersus ἀκατάληκτοι & καταληκτικοί τρι-  
χαίροντες.

*licet paras.*) Imperfecta oratio. In crucem ire iam licet arti,  
inquit, nostræ.

*Laconas plagipatidas.*) Iocatus fuit de solenni uerberatione  
puerorum Laconicorū. Plagas autem pati se posse negat ille  
in Eunuchō Terentij.

*Barbarica lege.*) Romana de uetitis coitionibus.

*Quid est suauis.*) Versus sunt confusi numeris, & fortasse mi-  
nus exquisitè distincti. habent autem crebras καταλήξεις.

*Nunc illud est.*) Versus huius scenæ quadrati sunt plerique ἀ-  
κατάληκτοι.

*Neq; exilium.*) id est, exitio. Atq; hoc ascriptum interpretatio-  
nis loco, in uersum ab imperitis inculcatum fuit.

*Occidam.*) Hic, ut & alij quidā huius scenæ uersus, est καταληκ-  
τικός. Si tamē est integer. et, que finale, διαίρεσις διασύνταξιν.

*Nisi si meo.*) Vereor ne quid in hoc uersu uerborū desideres-  
tur. Vltimus autē huius scenæ planè mihi uidetur esse mutilus.

*Quo illum nunc hominem.*) Versus sunt quadrati, sed plerique  
καταληκτικοί τριχαίροντες.

*Fit opus.*) Planè exarata hæc sunt in nostro libro. hoc autem  
dicit, iam illum furore corripit.

*Ornamenta.*) Plana scriptura in nostro, et uera: id est, orna-  
tus scenicus. Morbum autem comitalem despui, suetum esse  
Plinius etiam scripsit lib. 10. cap. 23.

*Inijcite.*) Scenæ huius uersus sunt τρίμετροι ἀκατάληκτοι ιαμβικοί.

*Decet innocentem.*) ἄρνυ ἰνδλίφως pronuncianus uersus, ut nu-  
meri procedant.

*Facito ergo.*) Apud Acherontē fac ut celebreris laudibus. Est  
autem Plauto Aggeruns, is qui ἀχέρων Græcis. Et mox, Qui per  
uirtutem peritat, nō interit. Expressa scriptura est libri nostri,  
ac διαίρεσις, qui fiet διασύνταξιν. Apud Nonium refertur uersus  
ita: Qui per uirtutē perit, at nō interit. docet enim, multū in-  
ter esse inter perire et interire. Mihi uenit in mentem, posse su-

spicari aliquem, legendum, perbitat. ita illam *διείρησιν* adhibere non fuerit necesse.

*Cotidianos sesq.*) Id, est, coridie præter illos amplius dimidio, qui erunt 12. est enim hic numerus *ἑξήμισι*, id est sesqui ad 8. & paulo antè effo dint, pro effoderint: ut edim, ederim.

*Iuppiter supr.*) Versus huius scenæ sunt *τρίμετροι*, pleriq; *καταληκτικοὶ τροχαϊστικοί*.

*Max, opin.*) Expressa scriptura libri nostri. In Nonio & hic locus, et alter de Asinaria adducitur, et legitur optimitas ab optimo, corruptis libris à librarijs, ut apparet.

*Quanto in pecc.*) Huius scenæ uersus à principio 10. mistis pedibus iambicis et trochaicis, *τρίμετροι καταληκτικοί* sunt. Reliqui quadrati *ἀπώλυτοι* et *καταληκτικοὶ τροχαϊστικοί*.

*Furfuri sues.*) Sicut parti miscetur in una: in Ciceronis uersu, mutato e in i longum.

*Subbasilicanos.*) Qui sub basilica uersantur. *ὃ ἢ μάττω πλὴν βουλοῦ κλῶ ἢ πὸ τὸ βυλαυτήριον πῆ ἀγορᾶ πικρίβασι, ἢ εἰς περιεῖαρ ἐκάλισιν*, ait Plutarchus Catone.

*Surpiculis.*) Id est, assulis de sirpis. ut Porpertius, Sirpiculis mediò puluere ferre rosam. id est, sportulis sirpijs.

*In portu cibus.*) Priscianus lib. 6. genituum hunc esse uult, ut sit tantus commeatus cibi.

*Respice.*) Hi continui quatuor uersus, nescio in quos alios numeros deslectuntur. Nos scripturam nostri libri editione se qui uoluimus.

*Epulus fou.*) Cum animaduertissem Hermolaum Barbar. in corrolarijs suis hoc loco fecisse Ebulas, indicandum et ipsum putauit, quamuis quale esset non intelligerem.

*Mantiscinatus.*) Planè in nostro libro hoc perscribitur, ideoq; mutare noluius.

*Illic hinc abijt.*) Similes hi sunt uersus uersib. prox. superioris scenæ, *τρίμετροι*, quales & mox sequentis scenæ.

*Adueniens deturbauit.*) Hoc quidem integrè perscribitur in nostro libro, sed numeri requirunt *συναλοιφῶν*, ut fiat deturbat. et mox, penum aliud ornet, Prisc. 5. Curet.

*Ioui dijsq; .*) XII. uersus ab initio sunt numeris permistis Iambi



Iambicis et trochaicis, *δίμυροι παταλνυτικοί*. Reliqui *τῶν ἀμειψιῶν*  
*παταλνυτικοὶ* *φραγμαῖοι*. itidem ut mox sequentis scenæ.

Acherunti.) Sed antiqua scriptura est Aggerunti, et Agger-  
 runs, mutata crassa in mediam. sicut ex Phrygibus Bruges fa-  
 cti fuerunt.

Monetula.) Hæc scriptura in nostro libro extat, et monedue-  
 las à moneta dictas uolunt.

FINIS.

## CURCULIO.

## DRAMATIS PERSONAE.

PALINVRVS	seruos.
PHÆDROMVS	adolescens.
LENA	anus.
PLANESIUM	uirgo.
CAPPADOX	leno.
COQVS.	
CURCULIO	parasitus.
LYCO	trapezita.
CHORAGVS.	
THERAPONTIGONVS	miles.


## ARGVMENTVM.

Curculio missus à Phædromo it in Cariam,  
 Ut petat argentum ibi ille eludit annulo  
 Riualet, scribit atq; obsignat litteras.  
 Cognoscit signum Lyco ubi uidit militis,  
 Ut amicam mittat precium lenoni dedit.  
 Lyconem miles ac lenonem in ius rapit.  
 Ipsus sororem quam peribat repperit,  
 Oratu cuius Phædromo nuptum locat.

9 4

ACTVS

M. ACCII PLAVTI  
 ACTUS PRIMUS.  
 PALINVRVS seruus, PHAEDRO-  
 MVS adolescens.

- PA.  Vò te hoc noctis dicam proficisci foràs,  
 Cū istoc ornatu, cūq; hac pompa Phædrome?
- PHæ. Quo Venus cupidoq; imperat, suadetq; amor.  
 Si media nox est, siue est prima uespera:  
 Si status condictus cum hoste intercedit dies,  
 Tamen est eundem quò imperant ingratijs.
- PA. At tandem tandem. PHæ. tandem es odiosus mihi.
- PA. Istuc quidem nec bellum est, nec memorabile,  
 Tute tibi puer es lautus, luces cereum.
- PHæ. Egon' apicularum opera congestum non feram,  
 Ex dulci oriundum, melliculo dulci meo?
- PA. Nam quò te dicam ego ire? PHæ. si tu me roges,  
 Dicam, ut scias. PA. si rogitem, quid respondeas?
- PHæ. Hoc Aesculapij sanum est. PA. plus iam anno scio.
- PHæ. Huic proximum illud ostium oclufissimum.  
 Salue, ualuis'tin' ostium oclufissimum?
- PA. Caruit ne febris te here, uel nudu' tertius?  
 Et heri cœnauisti ne? PHæ. derides' ne me?
- PA. Quid tu ergo insane rogitas, ualeat' ne ostium?
- PHæ. Bellissimum hercle uidi, & taciturnissimum.  
 Nunquam ullum uerbum mutit, quum apetur tacet:  
 Cumq; illa noctu clanculum ad me exit, tacet.
- PA. Nunquid tu quod te aut genere indignum sit tuo  
 Facis, aut inceptas facinus facere Phædrome?  
 Num tu pudicæ cuiquam insidias locas?  
 Aut quam pudicam oportet esse? PHæ. nemini.  
 Nec me ille sinit Iuppiter. PA. ego item uolo.  
 Ita tuum conferto amare semper, si sapias,  
 Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.  
 Semper curato ne sis intestabilis.



Quod amas, amato testibus presentibus.

- PH. Quid istuc est uerbi? PA. caute ut incedas uia.  
 PH. Quin leno hic habitat. PA. nemo hic prohibet, nec uetat,  
 Quin quod palam est uenale, si argentum est, emas.  
 Nemo ire quenquam publica prohibet uia,  
 Dum ne per fundum septum facias semitam,  
 Dum tete abstineas nupta, uidua, uirgine,  
 Iuuentute, pueris, liberis, ama quid lubet.  
 PH. Lenonis hæ sunt ædes. PA. malè istis eueniat.  
 PH. Qui? PA. quia scelestam seruitutem seruiunt.  
 PH. Obloquere. PA. fiat maximè. PH. etiam tu taces?  
 PA. Nempe obloqui me iusseras. PH. at nunc ueto,  
 Id uti occæpi dicere, ei ancillula est.  
 PA. Nempe huic lenoni, qui hic habitat? PH. rectè tenes.  
 PA. Nimis formido ne exedat. PH. odiosus es.  
 Eam uolt meretricem facere, ea me deperit.  
 Ego autem cum illa facere nolo mutuum.  
 PA. Quid ita? PH. quia proprium facio, amo pariter simul,  
 PA. Malus clandestinus est amor, damnunus merum.  
 PH. Est hercle ita ut tu dicis. PA. iam ne ea fert iugum?  
 PH. Tam à me pudica est, quasi soror mea sit, nisi  
 Si est osculando quippiam impudicior.  
 PA. Semper tu scito, flamma fumo est proxima.  
 Fumo comburi nihil potest, flamma potest.  
 Qui è nuce nucleum esse uolt, frangit nucem.  
 Qui uolt cubare, pangit saltem suauium.  
 PH. At illa est pudica, neq; dum cubitat cum uiris.  
 PA. Credam, pudor si cuipiam lenoni fiet.  
 PH. Immò ut illum censeres? ut queq; illi occasio est  
 Surripere se ad me, ubi sauium oppegit, fugit.  
 Id eò fit, quia hic leno ægrotus incubat,  
 In Aesculapij psano. is me excruciat. PA. quid est?  
 PH. Aliàs me poscit pro illa triginta minas,

- Aliàs talentum magnum, neq; quicquam queo  
Aequi boniq; ab eo impetrare. PA. iniurius:  
Qui quod lenoni nullist, id ab eo petas.
- PH. Nunc hinc parasitum in Cariam misi meum,  
Petitum argentum à meo sodali mutuum:  
Quod si non affert, quò me uortam nescio.
- PA. Si deos salutas, dextrouorsum censeo.
- PH. Nunc ara Veneris hæc est ante horum fores,  
Me inferre Veneri uoui iam ientaculum.
- PA. Quid antepones Veneri à ientaculo?
- PH. Me, te, atq; hosce omnes. PA. tum tu Venerem uomere uis?
- PH. Cedo puere sinum. PA. Quid facturus? PH. iam scies.  
Apus hic solet cubitare custos, ianitrix,  
Nomen ei est lena, multibiba atq; merobiba.
- PA. Quasi tu lagenam dicas, ubi uinum solet  
Chium esse. PH. Quid opust uerbis? uino sissima est.  
Eaq; extempulo ubi uino has cõspersi fores,  
De odore adesse me scit, aperit illico.
- PA. Ei ne hic cum uino sinus fertur. PH. nisi ne uis.
- PA. Nolo hercle. nam istunc qui fert, afflictum uelim.  
Ego nobis afferri censui. PH. Quin tu taces?  
Si quid super illi fuerit, id nobis sat est.
- PA. Quisnam istic fluuius est, quem non recipiat mare?
- PH. Sequere hac Palinure me ad fores, si mi obsequens.
- PA. Ita faciam. PH. agite, bibite, festiue fores,  
Potate, site mihi uolentes, propitiæ.
- PA. Voltis ne oliuas, aut pulpamentum, aut capparim?
- PH. Exuscitate uostram huc custodem mihi.
- PA. Profundis uinum. quæ te res agitant? PH. sine,  
Vident ut aperiuntur ædes festiuissimæ?  
Non mutit cardo? est lepidus. PA. quin das sauium.
- PH. Tace, occultemus lumen et uocem. PA. licet.



C V R C V L I O.  
LENA anus, PHAEDROMVS,  
PALINVRVS.

251

**F**Los ueteris uini meis naribus obiectus est.  
Eius amos cupidam me huc prolicet per tenebras.  
Vbi ubi est, prope me est, euax habeo: Salue anime mi,  
Liberi lepos ut ueteris uetusti cupida sum:  
Nam omnium unguentum odor prae tuo nautea est.  
Tu mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa,  
Tu crocum & casta es, tu bdellium, nam ubi  
Tu profusus, ibi ego me peruelim sepultam.  
Sed quum adhuc naso odos obsecutus est meo,  
Da uicissim meo gutturi gaudium.

Nihil ago tecum, ubi est ipse? ipsum expeto  
Tangere, inuergere in me liquores tuos  
Sino ductim, sed hanc abiit, hanc persequar.

**PH.** Sinit haec anus. **PA.** quantulum sinit? **PH.** modica est,  
Capit quadrant al. **PA.** pol ut tu praedicas,  
Vindemia haec huic anui non satis est soli.

Canem esse hanc quidem magis par fuit, sagax  
Nasum habet. **AN.** amabo cuius uox sonat procul?

**PH.** Censeo hanc appellandam anum. **Adibo.** redi,  
Et respice ad me huc lena. **AN.** imperator quis est?

**PH.** Vini pollens, lepidus, liber,  
Tibi qui screanti siccae, semisomne,  
Affert potionem, & sitim sedatum it.

**AN.** Quam longe abest a me? **PH.** lumen hoc uide.  
Grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro.  
Salue. **AN.** egon' salua sim? quae siti sicca sum?

**PH.** At iam bibes. **AN.** diu sit. **PH.** hem tibi anus lepidus.

**AN.** Salue oculissime homo. **PA.** age effunde hoc citò,  
In baratrum, pro pere, pro lue cloacam. **PH.** tace.  
Nolo huic maledici. **PA.** faciam igitur male potius.

**AN.** Venus de paulo, paululum hoc tibi dabo,

Haud

- Haud libenter.nam tibi amantes propinantes,  
 Vinum potantes dant omnes,mibi haud saepe  
 Eueniunt tales hereditates.PA.hoc uide ut  
 Ingurgitat impura in se merum auariter,  
 Faucibus plenis.PH.perij hercle,huic quid primum dicam  
 Nescio.PA.hem istuc quod mihi dixti.PH.quid id est?
- PA. Perijisse ut te dicas.PH.malè tibi di faciant.
- PA. Dic isti.AN.ab.PA.quid est?ecquid lubet?AN.lubet.
- PA. Etiam mihi quoq; stimulo fodere lubet te.
- PH. Tace noli.PA.taceo.ecce autem bibit arcus,pluet  
 Credo hercle hodie.PH.iam 'ne ego huic dico? PA.quid dices?
- PH. Me perijisse.PA.age dice.PH.anus audi.hoc uolo  
 Scire te,perditus sum miser.AN.at pol ego oppidò  
 Seruata.sed quid est?quid lubet perditum  
 Dicere te esse?PH.quia id quod amo,carco.
- AN. Phedrome mi ne plora amabò,tu me  
 Curato ne sitiam,ego tibi quod amas,iam huc adducam.
- PH. Tibi 'ne ego,si fidem seruas mecum,  
 Vincam pro aurea statua statuam,que tuo  
 Gutturi sit monumentum?qui me in terra aequè  
 Fortunatus erit,si illa ad me bitet  
 Palinure?PA.edepol qui amat,si eget,misera afficitur  
 Aerumna.PH.non ita res est.nam confido  
 Parasitum hodie aduenturum cum argento ad me.
- PA. Magnum inceptas,si id expectas,quod nusquamst.
- PH. Quid si adcam ad fores,atq; occentem?PA.si lubet,  
 Neq; ucto,neq; inbeo,quando ego te uideo  
 Immutatis moribus esse here,atq; ingenio.
- PH. Pessuli heus pessuli,uos saluto lubens,  
 Vos amo,uos uolo,uos peto,atq; obsecro,  
 Gerite amanti mihi morem amcenissimi.  
 Fite caussa mea Lydi barbari,  
 Susillite obsecro,et mittite istanc foras,



Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.  
 Hoc uide ut dormiunt pessuli pessumi,  
 Nec mea gratia commouent se ocyus,  
 Respicio nihili meam uos gratiam facere.  
 Sed tace, tace. PA. taceo hercle, quid est? PH. sentio sonitum,  
 Tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt.

ANVS, PLANE SIVM uirgo, PHAEDRO-  
 MVS, PALINVRVS.

**P**Lacidè egredere, & sonitum prohibe forum, & crepi-  
 tum cardinum.

Ne quod hîc agimus, herus percipiat fieri mea Planesium.  
 Mane, suffundam aquulam. PA. uiden' ut anus tremula medi-  
 cinam facit? (bibant.)

Eapse merum quum didicit bibere, foribus dat aquam quam

PLA. Vbi tu es: qui me conuadatus Vencrijs uadimonijs,

Vbi tu es: qui me libello Vencrio citauisti. ecce me.

Sisto ego tibi me, & mihi contrà itidem ut sistas suadeo.

PH.e. Assum. nã si absim, haud recusem quin mihi malè sit mel meû.

PLA. Anime mi procul quidè amantè abesse haud consentaneû est.

PH.e. Palinure, Palinure. PA. eloquere, quid est q. Palinurû uoces?

PH.e. Est lepida. PA. nimis lepida. PH.e. sum Deus. PA. immò homo  
 haud magni preci.

PH.e. Quid uidisti, aut quid uidebis magis dijs equiparabile? (tace.)

PAL. Malè ualere te, quod mihi agrè est. PH. malè mihi morigerus,

PA. Ipsus se excruciat, q. homo quod amat uidet, nec potitur dū licet.

PH.e. Rectè obiurgat, sanè haud quicquãst magis quod cupiã tâdiu.

PLA. Tene me, amplectere ergo. PH. hoc etiam est quamobrem cu-  
 piam uiuere, (prohibere quit:

Quia te prohibet herus, clàm hero potior. PL. prohibet, nec

Nec prohibebit, nisi mors meum animum abste abalienauerit.

PAL. Enim uero nequeo durare, quin ego herum accusem meum:

Nam bonum est pauxillum amare sanè, insanè non bonû est.

Verùm totum insanum amare, hoc est quod meus herus facit.

Sibi

- PL.** Sibi sua habeant regna reges, sibi diuitias diuites:  
Sibi honores, sibi uirtutes, sibi pugnas, sibi praelia,  
Dum mihi abstineat inuidere, sibi quisq; habeant quod suū est.
- PA.** Quid tu Veneri peruigilare te uouisti Phædrome?  
Nam hoc quidē edepol haud multo post luce lucebit. **PH.** tace.
- PA.** Quid taceam, quin tu is dormitū? **PH.** dormio, ne occlanites.
- PA.** Tu quidē uigilas. **PH.** at meo more dormio, hic somnuſt mihi.
- PA.** Heus tu mulier, malē mereri de immerente inſcitia est.
- PLA.** Irascere, si te edentem hīc à cibo abigat. **PA.** ilicet.  
Pariter hos perire amando uideo. uterq; insaniunt.  
Vident' ut miserē moliantur, nec queunt completi satis.  
Etiam diſpertimini. **PL.** nulli est homini perpetuum bonum.  
Iā huic uoluptati hoc adiuſtū est odiū. **PA.** quid ais propu-  
tum etiam cum nocturnis oculis, odium me uocas? (diūm,  
Ebriola perſole nuge. **PH.** Tum meam Venerem uituperas?  
Quod quidem mihi polluctus uirgis seruus sermonem serat.  
At ne tu hercle cum cruciatu magno dixisti id tuo.  
Heus tibi maledictis pro istis, dictis moderari ut queas.
- PA.** Tuam fidem Venus noctu uigila. **PH.** pergin' etiam uerberos?
- PL.** Noli amabo uerberare lapidem, ne perdas manum.
- PA.** Magnum flagitium probrumq; Phædrome expergefacis,  
Bene monstrantem pugnis cædis, hanc amas, nugas meras.  
Hoccine fieri, ut immodestis te hīc moderere moribus?
- PH.** Auro contra cedo modestum amatorem, à me aurum accipe.
- PA.** Cedo mihi contra oricalco cui ego sano seruiam.
- PL.** Bene uale oculo mi, nam sonitum & crepitū clauſtrorū audio,  
Aedituum aperire fanum: quousq; queſo ad hunc modum  
Inter nos utimur amore semper surrepticio?
- PH.** Minimè. nam Parasitum miſi nudius quartus Cariam,  
Petere argentum, is hodie hīc aderit. **PL.** nimiū consultas diu.
- PH.** Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduum nunquam ſinam  
In domo eſſe iſtac, quin ego te liberalem liberem.
- PL.** Facito ut memineris, tene etiam priuſquam hinc abeo ſaniam.  
Siqui-



- PH.** Siquidē hercle mihi regnū detur, nunquā id potius persequar,  
 Quādo ego te uidebo. **PL.** Ehem istoc uerbo uindictam para.  
 Si amas, eme: ne rogetes: scito uti precio peruincas tuo.  
 Bene uale. **PH.** iam ne ego relinquor? pulchrē Palinure occidi.  
**PA.** Ego quidē qui et uapulādo, et somno perco. **PH.** sequere me.

## ACTVS SECVNDVS.

CAPPADOX leno, PALINURVS seruus.

- M**igrare certum est iam nunc ē sano foras,  
 Quando Aesculapij ita sentio sententiam.  
 Ut qui me nihili faciat, nec saluom uelit.  
 Valetudo decrescit, accrescit labor.  
 Nam iam quasi zona liene cinctus ambulo.  
 Geminos in uentre habere uideo filios.  
 Nihil metuo, nisi ne medius disruppar miser.
- PA.** Si rectē facias Phedrome, auscultes mihi,  
 Atq; istam exturbes ex animo aegritudinem.  
 Pauca, parasitus quia non redijt Caria.  
 Afferre argentum credo, nam si non ferat,  
 Tormento non retineri potuit ferro,  
 Quin reciperet se huc esum ad praesepim suam.
- CA.** Quis hic est qui loquitur? **PA.** quoniam uocem audio?
- CA.** Est ne hic Palinurus Phedromi? **PA.** Qui hic est homo?  
 Cum collatiuo uentre, atq; oculis herbei?  
 De forma noui, de colore non queo  
 Noui, se iam iam noui, leno est Cappadox,  
 Congrediar. **CA.** salue Palinure. **PA.** o scelorum caput,  
 Salucto, quid agis? **CA.** uiuo. **PA.** nempē ut dignus es.  
 Sed quid tibi est? **CA.** lien necat, renes dolent,  
 Pulmones distrahuntur, cruciatur iecur,  
 Radices cordis pereunt, Chirae omnes dolent.
- PA.** Tum te igitur morbus agitat hepatarius.
- CA.** Facile est miserum irridere. **PA.** quin tu aliquot dies

Perdu-

Perdura, dum intestina exputescunt tibi,  
Nunc dum falsura sat bonast, si id feceris,  
Venire poteris intestinis uilius.

CA. Lien diere et ust. PA. ambula, id lieni optimum est.

CA. Aufer istec quaeso, atq; hoc responde quod rogo.  
Potin coniecturam facere, si narrem tibi  
Hac nocte quod ego somniaui dormiens?

PA. Vah, solus hic homo est, qui sciat diuinitus.  
Quin coniectores à me consilium petunt,  
Quod eis respondi, ea omnes stant sententia.

COQVS, CAPPADOX, PALINVRVS,  
PHAEDROMVS.

CO. **P**Alinure quid stas, quin depromuntur mihi,  
Quae opus sunt, parasito ut sit parato prandium,  
Quom ueniat. PA. manes dum huic conijcio somnium.

CO. Tute ipse, si quid somniasti, ad me refers.

PAL. Fateor. CO. abi deprome. PA. age tu interea huic somnium  
Narra, meliorem quam ego sum, suppono tibi.  
Nam quod scio, omne ex hoc scio. CA. operã ut det. PA. dabit.

CA. Facit hic quod pauci, ut sit magistro suo obsequens.  
Da mihi igitur operam. CO. tametsi non noui, dabo.

CA. Hac nocte in somnis uisus sum uiderier,  
Procul sedere longè à me Aesculapium,  
Neq; cum ad me adire, neq; me magnipendere  
Visust. CO. item alios deos facturos scilicet,  
Sanè illi inter se congruunt concorditer.  
Nihil est mirandum melius, si nihil sit tibi.

Nanq; incubare satius te fuerat Ioui,  
Tibi qui auxilium in iurciurando tulit.

CA. Siquidem incubare uelint, qui periurauerint,  
Locus non praeberi potis est in Capitolio.

CO. Hoc animum aduerte, pacem ab Aesculapio  
Petas, ne fortè tibi eueniat magnum malum,

Quod



Quod in quiete tibi portentumst. CA. bene facis.

Ibo atq; orabo. CO. quæ res malè uortat tibi.

Prò di immortales quem conspicio, qui illic est?

Est ne hic parasitus, qui missus in Cariam?

Heus exi Phædrome, exi, exi, exi inquam ocyus.

PH. Qui istic clamorem tollis? CO. parasitum tuum

Video currentem, illum usq; in platea ultima.

Hinc auscultemus quid agat. PH. sanè censeo.

C V R C V L I O, P H A E D R O M V S, P A-

L I N V R V S seruus.

**D**Ate uia mihi noti atq; ignoti, dū ego hic officium meum

Facio. fugite omnes, abite, & de uia secedite. (genus.)

Ne quæ in cursu capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut

ita nunc subitò, properè, et celere obiectumst mihi negocium.

Nec quisquam sit tam opulentus, qui mihi obsidat in uia,

Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus,

Nec demarchus, nec comarchus, nec cum tanta gloria,

Quin cadat, quin capite sistat in uia de semita,

Tam isti Græci palliati capite operto qui ambulat,

Qui incedunt suffarinati cum libris, cum sportulis,

Constant, conferunt sermones inter sese drapeta.

Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententijs,

Quos semper uideas bibentes esse in Hermopolio,

Vbi quid surripuere operto capitulo calidum bibunt,

Tristes atq; ebrioli incedunt: eos ego si offendero,

Ex uno quoq; eorum excutiam crepitum polentarium.

Tum isti qui ludunt datatim serui scurrarum in uia,

Et datores, & factores omnis subdam sub solum.

Proinde se domi contineant, uitent infortunia.

PH. Rectè hic monstrat, si imperare possit: nā ita nunc mos uiget,

Ita nunc seruitiumst. profectò modus haberi non potest.

CV. Ecquas est, qui mihi commonstret Phædromum genium meum?

Ita res subita, celeriter mihi hoc homine conuenio est opus.

M. ACCII PLAVTI

258

- PA. Te ille querit. PH. quid si adcamus? heus Curgulio, te uolo.
- CV. Quis uocat, quis nominat me? PH. qui te conuentum cupit.
- CV. Haud magis cupis, quàm ego te cupio. PE. ô mea opportuni-  
Curgulio exoptate salue. CV. salue. PH. saluum gaudeo (tas,  
Te aduenire. cedo tuam mihi dexteram, ubi sunt spes mea  
Eloq̃re obsecro hercle. CV. eloq̃re ted obsecro, ubi sunt mea?
- PH. Quid tibi est? CV. tenebrae oboriuntur, genua inedia succidunt.
- PH. Lassitudine hercle credo. CV. retine retine me obsecro.
- PH. Videri ut expalluit? datin isti sellam, ubi assidat citò,  
Et aequalè cum aqua? properatim ocyus? CV. animo malè est.
- PH. Vin' aqua. CV. si frustulèta est, da obsecro hercle, obsorbeam.
- PH. Væ capiti tuo. CV. obsecro hercle facite uentum ut gaudeam.
- PH. Maximè. CV. qd facitis queso? PA. uetũ. CV. nolo equidè mihi  
Fieri uentulũ. PH. quid igitur uis? CV. esse ut uentũ gaudeam.
- PH. Iuppiter te diq; perdant. CV. perij, prospicio parum,  
Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame,  
Ita cibi uacuitate uenio lassus lactibus. (maulo;
- PH. Iã cdes aliquid. CV. nolo hercle aliquid, certum quàm aliquid
- PH. Immò si scias, reliquiae quae sint. CV. scire nimis lubet  
Vbi sient. nam illis conuentis sanè opus est meis dentibus.
- PH. Pernam, abdomen, sumen, suis glandiũ. CV. ain' tu omnia haec  
In carnario fortasse dicis. PH. immò in lancibus,  
Quae tibi sunt parata, postquam scimus uenturum. CV. uide,  
Ne me ludas. PH. ita me amabit, quã ego amo, ut ego haud mē  
Sed quò te misi, nihilo sum certior. CV. nihil attuli. (tior.
- PH. Perdidisti me. CV. inuenire possim, si mihi operam datis.  
Postquam tuo iussu profectus sum, perueni in Cariam.  
Video tuum sodalem, argenti rogo uti faciat copiam.  
Scires uelle gratiam tuam noluit frustrarier,  
Ut decet uelle hominem amicum amico, atq; opitularier.  
Respondit mihi paucis uerbis, atq; adeò fideliter,  
Quod tibi est, item sibi esse magnam argenti inopiam.
- PH. Perdis me tuis dictis. CV. immò seruo, & seruatum uolo.

Post.



Postquam mihi responsum est, ab eo ab illo mcestus ad forum.

Me illò frustra deuenisse, fortè afficio militem.

Aggredior hominem, saluto adueniens, salue, inquit mihi.

Præhendit dextram, seducit, rogat quid ueniam Cariam?

Dico me illò aduenisse animi caussa, ibi me interrogat,

Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam nouerim?

Dico me nouisse, quid lenonem Cappadocem? annuo

Visitasse, sed quid eum uis? quia de illo emi uirginem

Triginta minis, uestem, aurũ, et pro ijs decẽ coaccedũt mine.

Dedisti tu argentũ? inquã, immò apud trapezitam situm est,

Illum quem dixi Lyconem: atq; ei mandauit, qui annulo meo

Tabulas obsignatas attulisset, ut daret operam,

Vt mulierem ille à lenone cum auro & ueste abduceret.

Postquam hoc mihi narrauit, ab eo ab illo, reuocat me illico.

Vocat ad cœnam: religio fuit, denegare nolui.

Quid si adeamus, ac decumbamus? inquit, consilium placet,

Neq; diem decet me morari, neq; nocti nocerier.

Omnis res paratast, & nos quibus paratum est assumus.

Postquam cœnati, atq; appoti, talos poseit sibi in manum.

Prouocat me in aleam, ut ego ludam, pono pallium.

Ille suum anulum opposiuit, inuocat Planesium.

**PH.** Meos ne amores. CV. tace parumper, iacit uoltorios quatuor.

Talos arripio, inuoco aliam meam nutricem, Herculem

Iactò basilicum, propino magnum poculum, ille ebibit.

Caput deponit, condormiscit, ego ei subduco anulum.

Deduco pedes de lecto clam, ne miles sentiat.

Rogant me serui, quò eam? me dico ire quò saturi solent.

Ostium ubi conplexi, exinde me illico protinam dedi.

**PH.** Laudo. CV. laudato, quando illud quod cupis, effecero.

Eamus nunc intrò, ut tabellas consignemus. PH. non moror.

**CV.** Atq; aliquid prius obtrudamus, pernam, sumen, glandium,

Hæc sunt uentri stabilimenta, panem & assa bubula.

Poculum grande, aula magna, ut satis consilia suppetant.

Tute tabellas consignato, hic mihi ministrabit, ego edam.  
Dicam quemadmodum conscribas. sequere me hac intrò. PH.  
sequor.

## ACTVS TERTIVS.

LYCO, CVRCVLIO, LENO.

- LY. **B**eatu*s* uideor, subduxi ratiunculam,  
Quantum eris mihi sit, quantumq; alieni fiet.  
Diues sum, si non reddo eis, quibus debeo:  
Si reddo illis quibus debeo, plus alieni inest.  
Verum hercle uerò cum uerè recogito,  
Si magis me in*st*abunt, ad pratorcm sufferam,  
Habent hunc morem pleriq; argentarij,  
Vt alius alium poscant, reddant nemini.  
Pugnis rem soluant, si quis poscat durius.  
Qui homo mature quæsiuit pecuniam,  
Nisi eam mature parsit, mature esurit.  
Cupio aliquem emere puerum, qui usurarius  
Nunc mihi queratur. usus est pecunia.
- CV. Nil tu me saturum monueris. memini & scio.  
Ego hoc effectum lepidè tibi tradam. tace.  
Edepol ne ego hic me intus expleui probè,  
Et quidem reliqui in uentre cellæ uni locum,  
Vbi reliquiarum reliquias reconderem.  
Quis hic est, qui operto capite Aesculapium  
Salutat? Attat quem quærebam. sequere me.  
Simulabo quasi non nouerim. heus tu, te uolo.
- LY. Vnocule salue. CV. quæso, derides 'ne me?
- LY. De Coclitum prosapia te esse arbitror:  
Nam ij sunt unoculi. CV. Catapultæ hoc ictum est mihi  
Apud Sicyonem. LY. nam quid id refert mea,  
An aula quassa cum cinere effossus fiet.
- CV. Superstitiosus hic quidem est, uera prædicat.  
Nam illæce catapultæ ad me crebrò comment.



Adolescens ob rem publicam hoc intus mihi  
Quod insigne habeo, quaeso ne me in comitibus.

- LY. Licet ne infrare, si in comitiis non licet?
- CV. Non infrabis me quidem, non mihi placet  
Tuum profectò neq; forum, nec comitium.  
Sed hunc quem quaero, demonstrare si potes,  
In bis à me solidam et grandem gratiam.  
Lycōnem quaero trapezitam. LY. dic mihi,  
Quid cum nunc quaeris, aut cuiatis? CV. eloquar,  
Ab Therapontigono Platagidoro milite.
- LY. Noui e de pol nomen, nam mihi istoc nomine,  
Dum scribo, expleui totas ceras quatuor.  
Sed quid Lycōnem quaeris? CV. mandatum est mihi,  
Ut has tabellas ad eum ferrem. LY. quis tu homo es?
- CV. Libertus illius, quem omnis Summanum uocant.
- LY. Summane salue, qui Summanus? fac sciam.
- CV. Quia uestimenta, ubi obdormiui ibi ebrius,  
Summano, ob eam rem me omnes Summanum uocant.
- LY. Alibi te melius quaerere hospitium tibi:  
Apud me profectò nihil est Summano loci:  
Sed istum, quem quaeris, ego sum. CV. quaeso tu ne is es  
Lycō trapezita? LY. ego sum. CV. multam me tibi  
Salutem iussit Therapontigonus dicere,  
Et has tabellas dare me iussit. LY. mihi? CV. ita.  
Cape, signum nosce, nostim? LY. quid ni nouerim?  
Clipeatus elephantum ubi machera discit.
- CV. Quod istic scriptum est, id te orare iusserat,  
Profectò ut faceres, suam si uelles gratiam.
- LY. Concede, inspiciam quid sit scriptum. CV. maxime,  
Tuo arbitratu, dum auferam abs te id quod peto.
- LY. Miles Lycōni in Epidaurō hospiti suo,  
Therapontigonus Platagidorus plurimam  
Salutem dicit. CV. Meus hic est, hanc uorat.

- LY. Tecum oro, & queso, qui has tabellas afferet  
 Tibi, ut ei datur, quam istic emi uirginem,  
 Quod te presente istic egi, teq; interprete,  
 Et aurum, & uestem: iam scis, ut conuenerit.  
 Argentum des lenoni, huic des uirginem.
- LY. Vbi ipse cur non uenit? CV. ego dicam tibi,  
 Quia nudius quartus uenimus in Cariam  
 Ex India: ibi nunc statuam uolt dare auream,  
 Solidam faciendam ex auro Philippico que fiet  
 Septempedalis, factis monumentum suis.
- LY. Quamobrem istuc? CV. dicā, quia enim Persas, Paphlagonas,  
 Synopeas, Arabes, Caras, Cretanos, Syros,  
 Rhodiam atq; Lyciam, Perediam & Perbibeisiam,  
 Centauromachiam & Clasiā, Vaomanmiam,  
 Libyamq; oram omnem Conterebromniam,  
 Dimidiam partem nationum usq; omnium,  
 Subegit solus intra uiginti dies.
- LY. Vah. CV. quid mirare? LY. quia enim in cauea si forent,  
 Conclusi uidem uti pulli gallinacci,  
 Ita non potuerunt uno anno circumirier.  
 Credo hercle te esse ab illo. nam ita nugas blatis.
- CV. Immo etiam porro (si uis) dicam. LY. nihil moror,  
 Sequere hac, te absoluam, qua aduenisti gratia.  
 Atq; eccum uideo, leno salue. LE. Dite ament.
- LY. Quid hoc, quod ad te uenio? LE. dicat quid uelis.
- LY. Argentum accipias, cum illo mittas uirginem.
- LE. Quid quod iuratus sum? LY. Quid id refert tua?  
 Dum argentum accipias. LE. qui monet, quasi adiuuat.  
 Sequimini. CV. leno caue in te sit mihi mora.

## ACTVS QVARTVS.

## CHORAGVS.

**E** Depolnugatorem lepidum, lepidè hunc nactus est Phædromus.  
 Halophantam, ac sycophantam, hūc magis esse dicam nescio.



Ornamenta, quæ locavi metuo ut possim recipere.  
 Quanquam cum istoc mihi negotij nihil est: ipsi Phædromo  
 Credidi, tamen asseruabo. sed dum hic egreditur foras,  
 Commonstrabo, quo in quemq; hominẽ facillẽ inueniatis loco.  
 Ne nimio opere sumat operam, si quem conuentum uelit,  
 Vel uitiosum, uel sine uitio, uel probum, uel improbum.  
 Qui periurum conuenire uult hominem, mitto in Comitium.  
 Qui mendacem, & gloriosum, apud Cloacinæ sacrum.  
 Ditis damnosos maritos sub basilica querito.  
 Ibidem erunt scorta exoleta, quicq; stipulari solent.  
 Symbolarum collatores apud forum piscarium.  
 In foro infimo boni homines, atq; dites ambulant.  
 In medio propter canalem ibi ostentatores meri.  
 Confidentes, garruliq; & maleuoli supra lacum.  
 Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam,  
 Et qui ipsi sat habent, quod ipsis possit uerẽ dici.  
 Sub ueteribus, ibi sunt qui dant, quicq; accipiunt fœnore.  
 Pone adem Castoris, ibi sunt qui subitò, quibus credas malè.  
 In Tusco uico, ibi sunt homines, qui ipsi sese uenditant,  
 In Velabro uel pistorem, uel lanium, uel aruspicem,  
 Vel qui ipsi uortant, uel qui alij subuersentur præbeant.  
 Ditis damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam.  
 Sed interim fores crepuere, linguæ moderandum est mihi.

## C. V. R. C. V. L. I. O., CAPPADOX,

## L Y C O.

- CV.** **I** Tu præ uirgo, non queo quod pone me est, seruare.  
 Et aurũ, & uestẽ omnẽ suã aiebat, quicquid hæc haberet.
- CA.** Nemo it inficias. LY. attamen meliusculum est monere,  
 Memento promississe te, si quisquam hanc liberali  
 Caussa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri,  
 Minas triginta. CA. meminero. de istoc quietus esto.  
 Et nunc idem dico. LY. & commeminissee hæc ego uolam te,
- CA.** Memini, & m' accipio tibi dabo. CV. egon. ut ab lenone quicquã

- Mancipio accipiam? quibus sui nihil est, nisi una lingua.  
 Qui abiurant, si quid creditum est, alienos mancupatis,  
 Alienos manu mittitis, alienisq; imperatis.  
 Nec uobis autor ullus est, nec uosmet estis ulli.  
 Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo,  
 Vti muscaeq; culicesq; pedesq; pulicesq;  
 Otio & malo & molestia, bono usui estis nulli.  
 Nec uobiscum quisquam in foro frugi consistere audet.  
 Qui constitit, culpant eum, conspuitur, uituperatur:  
 Eum rem fidemq; perdere, tametsi nihil fecit, aiunt.
- LY. Edepol lenones meo animo nouisti lusce lepide.  
 CV. Eodem hercle uos pono & paro, parisimi estis iibus.  
 Hi saltem in occultis locis prostant, uos in foro ipso.  
 Vos scenore, hi male suadendo, & lustris lacerant homines.  
 Rogitationes plurimas propter uos populus sciuit,  
 Quas uos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam.  
 Quasi aquam feruentem frigidam esse, ita uos putatis leget.
- LY. Tacuisse mauellem. LB. hau male meditate, male dicax es.  
 CV. Indignis si male dicitur, maledictum id esse dico:  
 Verum si dignis dicitur, benedictum est meo quidem animo.  
 Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quenquam.  
 Lyco nunquid uis? LY. bene uale. CV. uale. CA. heus tu, tibi  
 ego dico.
- CV. Eloquere, quid uis? CA. quaeso ut hanc cures, bene ut sit isti.  
 Bene ego istam eduxi meae domi et pudice. CV. si huius miseret,  
 Ecquid das, qui bene sit? CA. malum. CV. tibi opus est hoc, qui  
 te procures.
- CA. Quid stulta ploras? ne time, bene hercle uendidi ego te.  
 Fac sis bonae frugi fies, sequere istum bella belle.
- LY. Summane nunquid nunc iam me uis? CV. Vale atq; salue:  
 Nam & operam & pecuniam benigne praeuisti.
- LY. Salutem multam dicito patrono. CV. nunciabo.
- LY. Nunquid uis leno? CA. istas ninas decem, qui me prociarem?



Dum melius sit mihi, des. CV. dabuntur. cras peti iubeto.

- CA. Quando bene gesti rem, uolo hic in sano supplicare.  
 Nam illam minis olim decem puellam, paruolam emi.  
 Sed eum, qui mihi uendidit illam, nunquam post illa uidi:  
 Perisse credo, quid id mea refert? ego argentum habeo.  
 Quoi homini dei sunt propitij, lucrum ei profectò obijciunt.  
 Nunc rei diuinae operam dabo: certum est bene me curare.

MILES THERAPONTIGONVS,

LYCO trapezita.

- MI. Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundia,  
 Sed eapse illa, qua excidionē facere cōdidici oppidis.  
 Nunc nisi tu mihi propterē properas dare iam triginta minas,  
 Quas ego apud te deposui, uitam propera ponere.
- LY. Non edepol nunc ego te mediocri maecto infortunio,  
 Sed eapse illo, quo maectare soleo, quoi nihil debeo.  
 Nec te mihi facias ferocem, aut supplicare censeas.  
 Nec tu me quidem unquam subiges redditum ut reddam tibi,  
 Nec daturus sum. MI. idem ego istuc quum credebam credidi,  
 Te nihil esse redditurum. TRA. quare nunc à me igitur petis?
- MI. Scire uolo quoi reddidisti. TRA. Lusco liberto tuo,  
 Is Summanum se uocari dixit, eij reddidi,  
 Qui has tabellas obsignatas attulit. MI. quas tu tabulas?  
 Quos tu mihi Luscos libertos, quos Summanos somnias?  
 Nec mihi quidem libertus ullus. TR. facis sapientius,  
 Quam pars lenonum, libertos qui habent, & eos deserunt.
- MI. Quid fecisti? LY. Quod mandasti, feci tui honoris gratia,  
 Tuum qui signum ad me attulisset nuncium, ne spernerem.
- MI. Stultior stulto fuisti, qui ijs tabellis crederes.
- LY. Quis res publica & priuata geritur, nonne ijs crederem?  
 Ego abeo. tibi res solutast rectè. bellator uale.
- MI. Quid ualeam? TR. at tu egrotas, si lubet per me, etatē quidē.
- MI. Quid ego nunc faciam? quid refert me fecisse regibus,  
 Ut mihi obedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit?

M. ACCII PLAVTI  
CAPPADOX leno, MILES.

- Q**ui homini dii sunt propicij, ei non esse iratos puto.  
Postquam rem diuinam feci, uenit in mentem mihi,  
Ne trapezita exulatum abierit, argentum ut petam,  
Vt ego potius comedim, quàm ille. **MI.** iusseram saluere te.
- CA.** Therapontigone platagidore: salue, saluus quum aduenis  
In Epidaurum, hic hodie apud me nunquam delinges salem.
- MI.** Bene uocas, uerùm uocata res est, ut sit malè tibi. (dem.  
Sed quid agit meū mercimoniū apud te? **CA.** nihil apud me qui  
Ne facias testis, neq; equidem debeo quidquam. **MI.** quid est?
- CA.** Quod sui iuratus feci. **MI.** reddin an non uirginem,  
Priusquam te huic meæ macheræ obijcio mastigia?
- CA.** Vapulare ego te uehementer iubeo. ne me territes,  
Illa abducta est. tu auferere hinc à me, si perges mihi  
Malè loqui profectò, cui ego nisi malum nihil debeo.
- MI.** Mihin' malū minitare? **CA.** atq; edepol nō minitabor, sed da-  
Mibi si pergis molestus esse tu. **MI.** leno minitatur mihi. (bo,  
Meaq; pugna. praliare plurimæ  
Obtrita iacent.  
At ita me machera & clypeus bene iuuent pugnantem  
In acie, nisi mihi uirgo redditur.  
Iam ego te faciā ut hic formicæ frustillatim differant.
- CA.** At ita me Volsellæ, pecten, speculum, calamistrum meum  
Bene me amasint, meaq; axicia linteamq; extersum,  
Vt ego tua magnifica uerba, neq; istas tuas magnas minas  
Non pluris facio, quàm ancillam meam, quæ latrinam lauat.  
Ego illā reddidi, qui argentū à te attulit. **MI.** quis is ē homo?
- CA.** Tuum libertum sese aiebat esse Summanum. **MI.** meum?  
Atat Curculio hercle uerba mihi dedit, quum cogito.  
Is mihi annulum surripuit. **CA.** perdidistin tu annulum?  
Miles pulcrè centuriatus est expuncto in manipulo.
- MI.** Vbi nunc Curculionem inueniam. **CA.** in tritico facillimè,  
Vel quingentos cureuliones pro uno faxo reperis.



Ego abeo. uale atq; saluē. MI. malē uale, malē sit tibi.  
 Quid ego faciā, manēā an abeā, siccine mihi esse os oblitum?  
 Cupio dare mercedem, qui illunc ubi sit commonstret mihi.

## ACTVS QVINTVS.

## PARASITVS.

**A** Ntiquom poetam audiui scripsisse in tragœdia,  
 Mulieres duas peiores esse, quā unam. res ita est.  
 Verū mulierem peiorem, quā hęc amica est Phædromi.  
 Non uidi, neq; audiui, neq; pol dici, nec fingi potest (lum.)  
 Peior quā hęc ē, quæ ubi me hūc habere cōspicata est annu-  
 Rogat unde habeā, quid id tu quæris? gā mihi quæsitost opus.  
 Nego me dicere. ut eum eriperet, manum arripuit mordicus.  
 Vix forās me arripui, atq; effugi. apage istanc caniculam.

PLANESIVMuirgo, PHÆDRO.

MVS adolescens, CVRCVLIO,

MILES.

**P**Hædrome propra. PH. quid properem? PL. parasitum  
 ne amiseris. (leriter.)

Magna res est. PH. nulla est mihi. nam quam habui, absum si ce

PL. Tene. PH. quid negotij est? PL. rogita unde istunc habeat an-  
 Pater istum meus gestauit. CV. at mea matertera. (nulum:

PLA. Mater ei utendum dederat. CV. pater tuus rursus tibi.

PLA. Nugas garris. CV. soleo: nam propter eas uiuo facilius.

Quid nunc? PL. obsecro parentes ne meos mihi prohibeas.

CVR. Quid ego sub genman abstrusos habeo tuā matrē & patrē?

PLA. Libera ego sum nata. CV. & alij multi, qui nunc seruiunt.

PLA. Enimvero irascor. CV. dixi equidē tibi, unde ad me hic perue-  
 Quoties dicendū est? elusi militē inquā in alea. (ncrit.)

MIL. Saluos sum, ecom quē quærebā. quid ais bone uir? CV. audio,  
 Si uis trib. bolis, uel in clamydem. MI. quin tu is in malā crucē  
 Cum boletis, cum bulbis. redde etiam argentū, aut uirginem.

PH. Quod argentū, quas tu mihi tricas narras? quam tu uirginem  
 Me reposcis? MI. quam ab Icnone abduxti hodie. scelus uiri.

Nul-

- PH. Nullā abduxi. MI. certè eccisā uideo. PH. uirgo hæc libera ē.  
 MI. Mean' ancilla libera ut sit? quam ego nunquam emisi manu.  
 PH. Quis tibi hanc dedit mancipio, aut unde emisisti? fac sciam.  
 MI. Ego quidem pro ista rem solui ab Trapezita meo.  
 Quam ego pecuniam quadruplicem abs te et lenone auferam.  
 PH. Qui scias mercari furtiuas atq; ingenuas uirgines,  
 Ambula in ius. MI. non eo. PH. licet antestari? MI. non licet.  
 PH. Iuppiter tete malè perdat, intestatus uiuito.  
 MI. At ego quem licet te. PH. accede huc. CV. serū antestari, uide.  
 MI. Hem ut scias me liberum esse, ergo ambula in ius, hem tibi.  
 CV. O ciues ciues. MI. quid clamas? PH. quid istum tibi tactio est?  
 MI. Quia mihi libitū ē. PH. accede huc, tu: ego illū tibi dedā; tace.  
 CV. Phædrome obsecro serua me. PH. tanquam met geniū meum.  
 Miles, quaeso ut mihi dicas, unde illunc habeas annulum,  
 Quem parasitus hic te elusit. PL. per tua genua te obsecro,  
 Ut nos facias cerciores. MI. quid istuc ad uos attinet?  
 Queratis chlamydē, et macherā hanc, unde ad me peruene-  
 CV. Ut fastidit gloriosus. MI. mitte istum, ego dicam omnia. rit.  
 CV. Nihil est quicquid ille dicit. PH. fac me certiozem obsecro.  
 MI. Ego dicam, surge: hanc rem agite, atq; animum aduortite.  
 Pater meus habuit Periphances Planesium,  
 Is priusquam moritur, mihi dedit tanquam suo,  
 Ut æquum fuerat, filio. PL. prò Iuppiter.  
 MI. Et iste me hæredem fecit. PL. pietas mea,  
 Serua me, quando ego te seruauī sedulo.  
 Frater mi salue. MI. qui credam istuc ego? cedo,  
 Si uera memoras, quæ fuit mater tua?  
 PL. Cleobula. MI. nutrix quæ fuit? PL. Arcestrata.  
 Ea me spectatum tulerat per Dionysia,  
 Postquam illò uentum est, iam ut me collocauerat,  
 Exoritur uentus turbo, spectacula ibi ruunt.  
 Ego pertimesco: tum ibi me nescio quis arripit,  
 Timidam atq; pauidam, nec uiuam, nec mortuam.



- Nec, quo me pacto abstulerit, possum dicere.
- MI.** Meministi hanc turbam fieri? sed tu dic mihi ubi  
 Is est homo, qui te surripuit? **PL.** nescio.  
 Verum hunc seruauī semper mecum unā annulum.  
 Cum hoc olim perij. **MI.** cedo ut inspiciam. **PH.** sanan es?  
 Que isti committas. **PL.** sine modo. **MI.** prob Iuppiter,  
 Hic est quem ego tibi misi natali die.  
 Tam facile noui, quam me. salue mea soror.
- PL.** Frater mi salue. **PH.** de os uolo bene uortere  
 Istam rem uobis. **CV.** & ego nobis omnibus,  
 Tu ut hodie adueniens coenam des fororiam.  
 Hic nuptialem cras dabit. **PH.** promittimus.
- MI.** Tace tu. **CV.** non taceo, quando res uortit bene.  
 Tu istanc desponde huic miles, ego dotem dabo.
- PH.** Quid dotis? **CV.** ego ne? ut semper dum uiuat, medalat.
- MI.** Verum hercle dico, me lubente feceris.  
 Et leno hic debet nobis triginta minas.
- PH.** Quamobrem istuc? **MI.** quia ille repromisit mihi,  
 Si quisquam hanc liberali asseruisset manu,  
 Sine controversia omne argentum redderet.
- PH.** Nunc eamus ad lenonem. **MI.** laudo. **PH.** hic prius uolo  
 Meam rem agere. **MI.** quid id est. **PH.** ut mihi hanc despondeas.
- CV.** Quid cessas miles, hanc huic uxorem dare?
- MI.** Si hæc uolt. **PL.** mi frater cupio. **MI.** fiat. **CV.** bene facis.
- PH.** Spondes ne miles mihi hanc uxorem? **MI.** spondeo.
- CV.** Et ego hoc idem unum spondeo. **MI.** lepidè facis.  
 Sed eccum lenonem, incedit, thesaurum meum.

LENO Cappadox, MILES, PHAEDRO-  
 MVS, PLANESIYM.

- CA.** **A**rgentarijs malè credi, qui aiunt, nugas predicant. (sum.  
 Nā et bene et male credi dico, id adeò hodie ego exptus  
 Nō male creditur, qui nunquā reddunt, sed prorsus perit.  
 Velut decem minas dum soluit, omnis mensas transijt.

- Postquã nihil sit, clamore hominẽ posco. ille in ius me uocat.  
 Pessime metui, ne mihi hodie apud prætorem solueret.  
 Verùm amici compulerunt, reddit argentum domo.  
 Nunc domum properare certum est. MI. heus tu leno, te uolo.
- PH.** Et ego te uolo. CA. at ego uos uolo ambos. MI. stasis illico.  
 Atq; argentũ properè propera uomere. CA. quid mecũ est tibi?  
 Aut tecum? aut? MI. quia ego ex te faciã pilũ catapultarium,  
 Atq; ita te neruo torquebo, itidem uti catapultarũ solent,  
 Delicatum te hodie faciã cum catello, ut accubes,  
 Ferreo ego dico. CA. at ego uos ambo in robusto carcere  
 Ut pereatis. MI. collũ obstringe, abduce istũ in malã crucẽ.
- PH.** Quicquid est ipse ibit potius. CA. pro deum atq; hominũ fidẽ,  
 Hoccine pacto indemnatum atq; intestatum me arripi?  
 Obscero Planesium, et te Phædrome, auxilium ut feras.
- PLA.** Frater obscuro te, noli hunc condemnatum perdere,  
 Bene et pudicè me domi habuit. MI. haud uoluntate id sua.  
 Aesculapio huic habeto, quod pudica es, gratiam.  
 Nam si ualuisse iam pridem, quoquo posset, mitteret.
- PH.** Animaduortite, si potissimum hoc inter uos componere.  
 Mitte istunc. accede huc leno, dicam meam sententiam.  
 Siquidem uultis, quod decrero, facere. CA. tibi permittimus,  
 Dũ quidẽ hercle ita iudices, ne quisquã à me argentũ auferat.
- MIL.** Quod ne promisti. CA. quid promisti? PH. lingua. CA. eadẽ nũc  
 Dicendi, non rẽ perdendi hæc gratia nata est mihi. (nego.)
- MIL.** Nihil agit, collũ obstringe homini. PH. iamã faciã ut iusseris.
- MIL.** Quando uir bonus es, responde quod rogo. CA. roga quod lu-
- MIL.** Promististi, si liberali quisquam hanc assereret manus, (bet.  
 Te omne argentum redditurum? CA. non commemini dicere.
- MIL.** Quid negas? CA. nego hercle uerò. quo præsentem? quo in loco?
- MIL.** Me ipso præsentem, et Lycone trapezita. CA. non taces?
- MIL.** Non taceo. CA. non ego te floccifacio, ne me territes.
- MIL.** Me ipso præsentem, et Lycone factum est. PH. satis credo tibi.  
 Nunc adeo, ut tu scire possis leno meam sententiam,



Libera hæc est. hic huius frater est, hæc autem illius soror.

Hæc mihi nubet, tu huic argentū redde. hoc iudiciū meum est.

MIL. Tu autem in neruo iam iacebis, nisi mihi argentum redditur.

CA. Hercle istam rem iudicasti perfidiosè Phædrome.

Et tibi oberit, & te miles di deæq; perduint.

Tu me sequere. MI. quò sequar ego te? CA. ad trapezitā meū,  
Ad prætorem. nam inde rem soluo omnibus, quibus debeo.

MIL. Ego te in neruom, haud ad prætorē hinc rapiam, ni argentū

CA. Ego te uehementer perire cupio, ne tu me nescias. (refers.

MI. Ita ne uerò? CA. ita hercle uerò. MI. noui ego hos pugnos meos.

CA. Quid tū? MI. quid tum rogitas? hinc ego, si tu me irritaueris,

Placidum te hodie reddā. CA. age ergo recipe astutū. PH. li-

Tu miles apud me cœnabis, hodie sicut nuptiæ. (cet.

MI. Quæ res bene uortat mihi & uobis, spectatores, plaudite.

Finis Curculionis.

ANNOTATIONES.



Vius comœdiæ argumentum est tenue & simplex, in sola parasiti fraude fortuita paulo plenius. Nam introducitur adolescens amans puellam à lenone auaro, quam ille quidem redimeret, nisi pecunia deesset. Hanc in Caria se posse mutuo sumere, sperans mittit illò parasitum suum, qui petat. Is pecuniam quidem, quam mutuo accipiat, reperit nullam: sed annulum in potu suffuratur militis, à quo fuerat ad cœnam inuitatus. Atq; ut de eodem cognouerit, quòd emisset puellam à lenone, & pecuniam suam esse apud trapezitam, consignat annulo militis litteras: easq; Trapezitæ reddit, atq; opera huius mulierem abducit, tanquam à milite missus. Venit postea miles, & se circumuentum, inq; ira ac indignatione mulierem illam sororem esse suam cognoscit. Itaq; petiti hæc datur Phædromo, & à lenone triginta minç exiguntur. Res geritur Epidauri. Personarum dramatis nomina sunt: Palinurus seruus, quod nomē fortè à custodia deductum est, q̄per enim custodes sunt. Martialis ludit in ambigua etymologia, fecit enim à meiendo. Vrinā aut̄ rō ēper dixerūt. Sic igitur ille in Paulinum quendā:

Minxi-

Minxisti Palinure semel currente carina:

Mingere uis iterum, nunc Palinurus eris,

Phædromus adolescens, uel ab hilaritate, id est,  $\tau\epsilon\ \phi\alpha\epsilon\delta\rho\mu\acute{o}\varsigma$ , non uisitata deriuatione: uel  $\acute{\alpha}\pi\omicron\ \tau\omicron\ \phi\epsilon\delta\rho\mu\omicron\varsigma$  potius, cum initiali syllaba Phæ, quasi  $\phi\alpha\acute{\iota}\delta\rho\mu\omicron\varsigma$ : non enim uideo quæ huius nominis alia ratio sit. Planesium,  $\acute{\alpha}\pi\omicron\ \tau\omicron\varsigma\ \pi\lambda\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$  uisitate factum. Cappadox, gentili nomine dictus. Curculio, ridiculè uel de gutture, cuius illa est appellatio, propriè ea parte, qua  $\lambda\acute{\alpha}\nu\omicron\gamma\epsilon\varsigma$  eminet, quam in comedendo moueri cernimus: uel de uermiculis, qui in frumentis nascuntur. In hoc nomine mutatum etiam fuit cin g, ut Gurgulio fieret. Lyco  $\pi\alpha\rho\nu\nu\delta\mu\omicron\varsigma$  à lupo, qui est  $\lambda\acute{\upsilon}\kappa\omicron\varsigma$ . Choragus solebat ea præbere, quibus opus esset ad actionem fabularum. Penes hunc enim erat supellex scenica, & instrumentum ludorum. Therapontigonus, sicut Antigonus,  $\theta\epsilon\rho\alpha\pi\omicron\nu\tau\acute{\iota}\gamma\omicron\nu\varsigma$ . Postea sit gloriosius etiam nomen, Therapontigonoplatagidori, cuius significationes exquirere nihil attinet. Sunt tamen  $\theta\iota\rho\acute{\alpha}\pi\omicron\nu\tau\omicron\varsigma$ , &  $\gamma\acute{\alpha}\nu\tau\omicron\varsigma$ , &  $\pi\lambda\alpha\tau\alpha\gamma\acute{\iota}\sigma\mu\alpha\tau\omicron\varsigma$ , &  $\delta\acute{\alpha}\rho\omicron\nu\omicron$ .

I N A R G V M E N T O.

Primum argumenti uersum mendosum esse, certum est. Sed omnino existimo paulo sic rectius lectum iri, ut subscripsimus,

Curculio parasitus Phædromi it in Cariam.

Sed hæc Caria quæ sit, aut ubi terrarum sita, quærendum, quò ille undeq; redire potuerit quatruiduo. Sic enim ait adolescens, Parasitum misi nudius quartus in Cariam, Petere argentum. is hodie hic aderit.

Nam in Cariam Ionix, Epidaruo naui ueniendum fuit: neque tam breuis traiectus esse potuit. Versus sunt senarij iambici.

Quò ted hoc.) Interpositam d literam, ut sæpe alibi, ita & hoc loco in ueteri libro reperimus, separandarum uocalium gratia. Versus huius scenæ sunt iambici Senarij: id est,  $\phi\iota\mu\iota\phi\omicron\iota\ \acute{\alpha}\rho\ \kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\lambda\lambda\eta\mu\tau\omicron\iota$ .

Nec me ille finit.) Id est sinat, antiqua forma uerbi: ut edit, pro edat. Etsi alicubi sirit, pro siuerit reperitur. Sed in ueteri libro planè legitur, finit. & numeri tamen, sirit, requirere uidentur.

Id uti



*Id uti occæpi dicere.*) Hunc uersum ita emendandum puto: *Il-  
li, ut occæpi dicere, lenoni ancillula est, uel, lenoni, ut occæpi  
dicere ei ancillula est.* Paulo autem antè, ostium occlusissi-  
mum, scriptum est perspicuè in nostro. Sed Sextus Pompeius  
ex Plauto citat, oculissimum ostium amicæ, & interpretatur  
carissimum. Quæ si est uera lectio, uel retinebitur in, in nomi-  
ne ostium, ne fiat collisio: uel, occlusissimum legetur, produ-  
cta prima syllaba, quorum sanè utrunque admodum durum,  
ac alij insererunt, quæ lubuit. De Pomp. autem fortasse inse-  
rendum alicui uideatur, amicæ: ut fiat, Huic proximum illud  
ostium amicæ oculissimum.

Salue, ualüistin' ostium amicæ oculissimum!

*Malè istis eueniat.*) *πισωαρωσιφύς & συνίσιον*, ut Grammatici  
uocantur, expediendi sunt uersus huius numeri.

*Quasi soror mea sit.*) Et ita hæc in nostro libro scripta sunt, &  
numeri æquabiliter procedunt. Sed ad tam, inferri quàm de-  
buisse, fortè alicui uideatur, & ita quidam fecerūt, *Quam si so-  
ror mea sit.* hæc si lectio uera est, soror pronuntiabitur quasi  
*μυροσυλλάβως.*

*Id eo sit, quia.*) Pronunciandum, quia, per *Διείρησιν τρισυλλάβως.*  
ut, Qui per uirtutem perit, non interit, qui *Δισυλλάβως.*

*Iniurius.*) Id est, Iniurius es, *σωρημένως.* sicut uisus, opus, &  
innumerabilia alia. Sicut & mox, quid facturus? id est, factu-  
rus es. Alicubi tamen reperi, Iniurium est: quod & ipsum re-  
tineri potest.

*Quid antepones Ven.*) Minus liquida scriptura in ueteri est li-  
bro, & sic exaratus uersus claudicat. Poterat integer fieri, si  
pro legeretur, non a. Nonius adduxit neq; ipse uersum inte-  
grum: ita, Quid antepones Veneri ientaculi. Mox autè legen-  
dum, Cedo puere sinum: quem uocatiuum & Prisc. norat.

*Volvis ne oliuas.*) Oliuas, quasi oleas, aut *Δισυλλάβως* pronun-  
ciandum.

*Flos ueteri uini.*) *ἀνδοσμίας* nimirum fuit *δινος*. Versus huius  
scenæ metri sunt confusis pedibus ac numeris, plerique *τρίμη-  
τροι κατάληκτικοί, & ἀκατάληκτοι: etιά ὑπερκατάληκτοι, dimeter unus.*  
De horum tamen, quod ad numeros attinet, integritate, et si  
est spes

est spes non pessima, tamen quicquam certò affirmare non ausim.

*Sino ductim.*) Aduerbiùm hoc & Priscianus annotauit, & interpretatus fuit *ἀνωγει*, quod significat in bibendo audita-tem et copiam.

*Semisomnæ.*) Ira liquidè scriptum est in nostro libro, ut sit prima uox *semisomnus*, sicut *exanimus*.

*Pessuli pessumi.*) Vera est hæc lectio: & increpantur in perturbatione amoris pessuli ab adolescente, qui cuperet aperiri fores.

*Sonum prohibe forum.*) Ab ablatiuo fore. Sunt autem huius scenæ quatuor primi uersus *τῆράμφοι* confusioribus numeris. Sed post illos omnes usq; ad finē *φοχαῖνοι τῆράμφοι παταληῖνοι*, ratione manifesta.

*Vbitu es, qui me lib.*) Hic uersus in codice ueteri non extat. nescio an ibi librarij negligentia omissus, an in editis libris ab aliquo inculcatus: sed illud magis puto, negligentia omissum esse.

*Ilicet.*) uel scilicet. Sed *ilicet* est in nostro. Quod sequitur, *Polluctus uirgis*: ita in ueteri libro crebrò reperitur, non *pollutus*, ut uulgò legitur. Atque hoc quidem sensum simplicem habet, sed illud uerius uisum, propter antiquitatem. dicit enim *polluctum uirgis*, accumulatum uerberibus: ut ara *Herculis* cum referta esset ijs quæ imponi de ritu religionis prisicæ solebant, tum *polluctum* illud dicebatur, quasi *proiectum*, ut interpretatur Varro.

*Ædituum aperire.*) Temere inculcarunt particulam coniunctiuam, ut fieret, *ædituūq; aperire*. Est enim imperfecta uerbis locutio, ut mox: Item alios deos facturos scilicet, & alibi quocumque. An uerum autem sit, *ædituum*, uel potius *æditimum*, quo uerbo ueteres usos Varro ait, in medio relinquo. in nostro libro *ædituum* reperio.

*Si amas, eme, ne rogites, facito uti.*) Si amas *eme*, pes *dactylicus*. Si autem *uti* non legas, sed ut, *inerit* in uersu *Iambus*.

*Præsepim suam.*) Scriptum est in ueteri, ad præsepe suum, *salso*. nam & numeri repugnant, qui sunt uersuum huius scenæ *Iambici*



Iambici Senarij. Et Nonius Plautinum hunc locum, & alterum de Rudente adducens, ueteres usos nomine in fœminino genere fuisse probat. Sed ibi præsepim, & præsepias, pro præsepim & præsepis scripsere, ut opinor. nam puto illam formam esse *πριούατος* nominis, ut & in Casina.

*Chiræ omnes dolent.*) Ita quidem omnino scriptum est in nostro ueteri libro. Sed quid sit Chiræ: fibræ quidem erat aliquid, & potuit certè in archetypo ita esse, corruptiq; scriptura ab imperito librario. *χίρᾶδα*, morbi quidem nomen inuenio apud Græcos, sed nihil ad epar, aut lienem. Quæremus de hoc tamen loco amplius. Choriæ sanè à me non admittantur.

*Exputescunt.*) Ita planè in nostro scriptum est, dixere autem putescere & putiscere usitatissimè literarum illarum mutatio ne, significatq; uerbum fœtorem putredinis. Cicero libro 5. de Finibus: Ut non inscitè illud dictum uideatur in sue, animi illi pecudi datum pro sale, ne putisceret. Ita enim Nonius hunc locum retulit. Est autem dictum Chryssippi, cuius meminit & in 2. lib. de Nat. Deorum.

*Directus est.*) Vera scriptura expressa de ueteri nostro libro. Significat autem certè uerbum cruciatum & distractionè: propriè quidem eorum, qui patibulo essent affixi.

*Hac nocte in somnis uisus sum uiderier.*) Id est, per quietem tale mihi est uisum oblatum. Dicunt autem, uidere uisus sum, & audire uisa sum: Terent. Nisi uideri, ut alia quædam uerba antiqui etiam actiue posuerint, quod haud scio an non fecerint, Si quid optularetur, poterat ita scribi, sententia uerbisq; & numeris congruentibus, Visus sum intuerier. Posssetq; aliquis suspicari huiusmodi quiddam in archetypo exemplo, de quo nostrum uetus descriptum est, fuisse, propter rasuras animaduertas hoc loco. Nisi fortè uera scriptura sit, Visus est uiderier. et poetea, Aesculapius.

*Dite uiam mihi.*) Dum ego hic of. complectenda, ut anapestus fiat. hæc quasi confragositas uitaretur, si legeretur, officium hic meum. Sunt autem uersus *φοχέισι τέρᾶμφοι καταδυκτινῶι*.

*In Hermopolio.*) Aliqui Thermopolio, aliqui audacius etiam Oenopolio scribi hoc loco curarunt. sed Hermopolij

manifesta est in nostro ueteri libro scriptura, tam hic, quam in Trinummo. Etsi autem de hoc uerbo non habeo, quid prætereā commemorem, tamen est coniectura in promptu, significari tabernam, seu cauponam lauticiarum & cibi ac potus exquisitoris, quia Mercurij quondam numen mercimoniorum habitum fuit: etenim *καποναίος* & cauponarius ille inter alia nomina uocatus, & fortasse ante illas tabernas etiam simulacrum illius positum fuit.

*Obsorbeam.*) Vel *ὀσσορπιῶς*, ut absorbeam: uel in futuri temporis forma, obsorbebo. Nam sorbere fuisse, ut soluere, intelligi potest de Nonio, qui docet dixisse aliquos exorbebo, pro exorbeam. Quod quidem mirum uidetur. nam uerba de secunda coniugatione transeuntia in tertiam, solent etiam mutare terminationem. ut ferueo, feruo. oleo, olo. excelleo, excello. Sic esset sorbeo, sorbo, sorbam.

*Vacuitate.*) Vera scriptura, quæ numeri exigunt: ita & in Casina, ædes uacuas dixit. Lactes autem sunt *γαλακτίδης*. Prisc. lib. 6. Ioco autem dixit, Lasis lactibus, sicut lippire fauces. aliqui tamen maluerunt laxis.

*Pernam abdo.*) Aut glandium suis, legetur: aut *δινυφία* numeri expedientur nisi uerius fortasse uideatur, suillum: callum enim inculcatum temerè est.

*Video tuum sodalem.*) Scribendum hoc in uersu, Faciat copiam. Ita & in ueteri nostro uerba posita sunt, & numeri æqualiter procedunt.

*Neq; diem decet memorari.*) Ita est in nostro scriptum, sanè obscure sensu. Quidam distraxerunt, & fecerunt duo uerba. ita esset opus ad expediendos numeros *συναριθμῆ*. ut & in uersu præcedente, Ad eam ac deceptis etiam alicui in mentem uenire, ueram esse scripturam, remorari.

*Herculem.*) Planè hoc in nostro libro ita scriptum est nomen. Iocatur autem parasitus in inuocatione nutricis, scurrilitatis nimirum ac parasiticæ. Qui uerò iactus Herculis basilici fuerit, & uulturiorum, quæramus.

*Panem & assa.*) Ita reliquimus, ut liquidò exaratum reperi mus in nostro libro. Sed Nonius Marc, in genere neutro legit,

git,



git, pane. & sanè ordo uerborum nominatiuū exigere uideretur.

*Si magis me.*) Mi potius legendum est.

*Incomities.*) A' comitio, ut Pomp. docet. Versus autem sunt huius scenæ omnes Iambici Senarij.

*Vbi machæra deficit.*) In ueteri nostro libro desicit legitur, de quo illud fecimus. Poterat & disijcit, scribi. ut traicere dixerunt. In Nonij editis libris, diligit legitur: & interpretatio, diuidit. In Festo etiã hoc, dirigere pro discindere reperitur apud Plautum. relinquitur igitur res dubia & incerta.

*Isti ægi.*) Sæpe reperitur isti pro istic. ut hoc loco manifestè in nostro scriptum est, & numeri abesse c postulant.

*Halopbantam.*) Nonius non interpretatur nomen, hoc quidè uersu adducto. Festus autè ἀπὸ τῆς ἄλλης deduxit, quam interpretatur πλάγῃ, & habere ait omnia. Itaq; Halapantã ille scripsit. Sed sunt profectò ineptiã istã. Nã neq; forma talis compositionis consentanea, neq; hoc nomē ἄλλε crassum est. Lufisse igitur magis puto Plautū ficto nomine de sale, re & ipsa uili, ut alterum fictum esset de ficis. Versus autem hic, & ipse alicubi adhære scit. Scena quidè hæc habet uersus Trochaicos Archilochios.

*Cloacina.*) Cluacina Veneris, mutatione nota. Quid illud autem sit, apud Leucadium Oppiam, & quomodo hic uersus inculcatus hoc loco, nescio.

*Sum rem fidemq;.*) In tametsi & nihil numeri impediūtur. Sunt autem huius scenæ uersus Hipponactei.

*Nec daturus sum.*) Sum retinebitur, ut fiat, sum idem eg. pes dactylicus. Sunt autem huius scenæ uersus Trochaici Archilochij.

*Quas tu tabulas.*) Si uera est scriptura, de quo dubito, pronuncian- dum κατὰ συνηκλίω tablas. Sed in nostro ita scriptus est hic uersus,

Qui has tabellas obfignatas attulit. quas tu mihi tabellas?

De qua scriptura etsi alias etiam facio coniecturas, hæc tamen est præcipua, tabellas, aliquem ascriptisse explentem sensum. Plautum autem fecisse, κατ' ἰμαψιν, quas tu mihi: nisi mirum tabellas. Mox autem, Qui habent, qui pronuncian- dum ἀσυνήκλιως.

Ne trapezita exul abierit.) Id est, ne abeat. ait enim se uelle anteuertere. Versus sunt similes uersuum præcedentis scenæ.

Mea<sup>q</sup>; pugna præliares plurimæ obtrita iacent. ) Sic est exarandus continuatis uerbis hic uersus. Vocat autem gloriose pugnas præliares. In sequentibus uersibus numeri hærent. Ac suspicor deesse aliquid. Sic autem uersus distinguuntur,  
At ita me machara & clupeus,

(Quem quidem mutilum esse puto)

Bene iuuent pugnantem in acie, nisi mi uirgo redditur.

Linteum<sup>q</sup>; extersum.) Hic erit uersus τετραμέτρῳ ἑξαχρονάλλκτῳ.

Sed uideo tamen hos uersus sic posse distingui,

Bene me amassint, mea<sup>q</sup>; axicia, linteum<sup>q</sup>; extersum, uti

Ego tua magnifica uerba, &c.

At mea matertera.) Hic uersus & sequens mendis non carent.

Vbi scribitur in exemplis uulgatis, Pater tuus rursus tibi, in ueteri dissipata uerba et literæ dissectæ nihil intelligere patiuntur. Habent autem se ad hunc modum, si cui fortè lubeat in coniiciendo se occupare, Pater uois risum tibi.

Ego quidem.) Quidem, τρισυλλάβως. Versus sunt huius scenæ XXIX, V τριμετρῶν τετραμέτρῳ ἑξαχρονάλλκτῳ. Reliqui usq; ad finem, Senarij Iambici.

Nutrix quæ fuit?) Fuit, Iambus. aut legendum fuerat? aut, quæ nam fuit?

Hocine παῖτο.) Atq; τρισυλλάβως, ut numeri seruentur, qui sunt uersuum huius scenæ Trochaici Archilochij.

Recipe actutum.) Aut ἀσυναλλέπτως pronounciabitur, pe ac: aut legendum Recipito.

F I N I S.



## C A S I N A

## DRAMATIS PERSONAE.

PROLOGVS.

CHALINVS

seruos.

OLYMPIO

uillicus.

CLEOSTRATA

uxor.

PARDALISCA

ancilla.

MVRRINA

mulier.

STALINO

senex.

ALCESIMVS

senex.

COQVS.

ANCILLAE.

GREX.

## PROLOGVS

**S** Aluere iubeo spectatores optimos,  
 Fidem qui maximi facitis, & uos fides.  
 Si uerum dixi signum clarum date mihi,  
 Ut uos mihi æquos iam inde à principio sciam.  
 Qui utuntur uino uetere, sapientes puto,  
 Et qui libenter ueteres spectant fabulas.  
 Antiqua opera & uerba quæ uobis placent,  
 Aequum placere est antè ueteres fabulas.  
 Nam nunc noue quæ procedunt comœdiæ,  
 Multo sunt nequiores, quàm nummi noui.  
 Nos postquam populi rumorem intelleximus,  
 Studiosè expetere uos Plautinas fabulas.  
 Antiquam illius edimus comœdiam,  
 Quam uos probastis, qui estis in senioribus.  
 Nam iuniorum, qui sunt, non norunt scio.  
 Verùm ut cognoscant, dabimus operam sedulò.  
 Hec quæ primùm acta est, uicit omnes fabulas.  
 Ea tempestate flos poetarum fuit,

Qui nunc abierunt hinc in communem locum,  
 Sed absentes tamen profunt presentibus.  
 Vos omnes opere magno esse oratos uolo,  
 Benignè ut operam detis ad nostrum gregem.  
 Eijcite ex animo curam atq; alienum æs.  
 Ne quis formidet flagitatorem suum.  
 Ludi sunt, ludus datus est argentarijs,  
 Tranquillum est, Alcedonia sunt circum forum.  
 Ratione utuntur, ludis poscunt neminem,  
 Secundum ludos reddunt autem nemini.  
 Aures uotivæ, si sunt, animum aduortite,  
 Comœdiæ iam nomen dare uobis uolo.  
 Clerumene uocatur hæc comœdia  
 Græcè, Latine sortientes. Dipbilus  
 Hanc Græcè scripsit, post id rursum denuò  
 Latine Plautus cum latranti nomine.  
 Senex hic maritus habitat, ei est filius.  
 Is unà cum patre in illisce habitat adibus.  
 Est ei quidam seruus, qui in morbo cubat,  
 Immò hercle uerò in lecto, ne quid mentiar.  
 Is seruus, sed abhinc annos factum est sedecim,  
 Quum conspicatus est primo crepusculo  
 Puellam exponi, adit extemplo ad mulierem  
 Quæ illam exponebat: orat ut eam det sibi.  
 Exorat, aufert, detulit rectà domum.  
 Dat heræ suæ, orat ut eam curet, educet.  
 Hera facit, educauit magna industria,  
 Quasi si esset ex se nata, non multo secus.  
 Posteaquam adoleuit ad eam ætatem, uti uiris  
 Placere posset. At puellam eam hic senex  
 Efflictim amat, et item huius contra filius.  
 Sibi nunc uterq; contra legiones parat.  
 Paterq; filiusq; clam alter alterum.



Pater allegauit uillicum qui posceret  
 Sibi istam uxorem: is sperat, si ei sit data,  
 Sibi fore paratas clam uxore excubias foris.  
 Filius autem armigerum allegauit suum,  
 Qui sibi eam uxorem poscat, scit, si id impetret,  
 Futurum quod amat intra praesepis suas.  
 Vxor senis sensit uirum amori operam dare,  
 Propterea ea unà consentit cum filio.  
 Ille autem postquam sensit filium suum  
 Eandem illam amare, & esse impedimento sibi,  
 Hinc adolescentem peregrè ablegauit pater.  
 Sciens eius mater, ei dat operam, absenti tamen.  
 Is, ne expectetis, hodie in hac comœdia  
 In urbem non redibit, Plautus noluit:  
 Interrupit pontem, qui erat ei in itinere.  
 Sunt hic quos credo nunc inter se dicere:  
 Quæso hercle quid istuc est? seruiles nuptiæ,  
 Serui ne uxorem ducent? aut poscent sibi?  
 Nouum attulerunt, quod sit nusquam gentium.  
 At ego aio hoc fieri in Græcia & Carthagini,  
 Et hic in nostra terra etiam in Apulia.  
 Maioreq; opera ibi seruiles nuptiæ,  
 Quàm liberales etiam, curari solent.  
 Id ni fit, mecum pignus, si quis uolt, dato,  
 In urnam mulsi, Pœnus dum iudex fiet,  
 Vel Græcus adeò, uel mea caussa Apulus.  
 Quid nunc? nihil agitis sentio, nemo fitit.  
 Reuortar ad illam puellam exposititiam,  
 Quam serui summa ui sibi uxorem expetunt.  
 Ea inuenietur & publica & libera,  
 Ingenua Atheniensis: neq; quicquam stupri  
 Faciet profectò in hac quidem comœdia.  
 Mox hercle uerò post transacta fabula

Argentum si quis dederit, ut ego suspicor,  
 Vltro ibit nuptum, non manebit auspices.  
 Tantum est, ualete, bene rem gerite, & uincite  
 Virtute uera, quod fecistis antidhac.

ARGUMENTVM CASINAE.

Conseruan uxorem conserui duo expetunt.  
 Alium senex allegat, alium filius.  
 Sors adiuuat senem, uerum decipitur dolis.  
 Ita ei subijcitur pro puella, seruulus  
 Nequam, qui dominum multat, atq; uillicum.  
 Adolefcens ducit ciuem Casinam cognitam.

ACTVS PRIMVS.

CHALINVS. OLYMPIO.



Non mihi licere meam rem me solam, ut uolo  
 Loqui atq; cogitare, sine teo arbitro? (mihi  
 Quid tu malum me sequere? OL. quia certum est  
 Quasi umbra quoquo ibis tu, te persequi.  
 Quin edepote iam, si in crucem uis pergere,  
 Sequi decretum est. dehinc conijcito caeterum,  
 Possis ne, nec ne, clam me sutelis tuis  
 Præripere Casinam uxorem, proinde ut postulas.

CH. Quid tibi negotij mecum est? OL. quid ais impudens?

CH. Quid in urbe reptas uillic hic magni precij?

OL. Libet. CH. quin ruri es in praefectura tua?

Quin potius quod legatum est tibi negotium,

Id curas, atq; urbanis rebus te abstines?

Quid huc uenisti sponsam præreptum meam?

Abi rus, abi dierectus tuam in prouinciam.

OL. Chaline, non sum oblitus officium meum.

Præfeci rure recte qui curet, tamen

Ego huc, quod ueni in urbem, ubi impetrauero,

Uxorem



Vxorem ut istanc ducam, quam tu deperis,  
 Bellam & tene llam Casinam, conseruam tuam:  
 Quando ego eam mecum rus uxorem abduxero,  
 Rure incubabo usq; in præfectura mea.

- CH. Tum illam ducas: hercle me suspendio,  
 Quam tu eius potitor fias. satius est mortuum.  
 OL. Mea præda est illa, proin tu te in laqueum induas.  
 CH. Ex sterquilinio effosse, tua illæc præda sit?  
 OL. Scies hoc ita esse. CH. uæ tibi. OL. quot te modis,  
 Si uiuo, habebō in nuptijs miserum meis?  
 CH. Quid tu mihi facies? OL. ego ne quid faciam tibi?  
 Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem.  
 Post illa, ut semper improbus nihiliq; sis.  
 Post id locorum, quando ad uillam ueneris,  
 Dabitur tibi amphora una, & una semita,  
 Fons unus, unum abenum, & octo dolia:  
 Quæ nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris.  
 Ita te aggerunda ceruum aqua faciam probè,  
 Ut postilena possit ex te fieri.  
 Post autem nisi ruri tu eruom comederis,  
 Aut quasi lumbricus terram, quod te postules  
 Gustare quicquam, nunquam edepol ieiunium  
 Ieiunium est, æquè atq; ego ruri redibo te.  
 Post id quum lassus fueris & famelicus,  
 Noctu ut condignè te cubes curabitur.
- CH. Quid facies? OL. concludere in fenestram firmiter,  
 Vnde auscultare possis, quum ego illanc osculer,  
 Quum mihi illa dicet, mi animule, mi Olympio,  
 Mea uita, mea medulla, mea festiuitas,  
 Sine tuos ocellos deosculer uoluptas mea,  
 Sine amabo tedamari, meus festus dies,  
 Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.  
 Quum mihi hæc dicentur dicta, tum tu furcifer,

Quasi

Quasi mus in medio pariete uersabere.

CHA. Nunc ne tute mihi respondere postules,  
Abeo intrò: tædet sermonis tui. OL. te se quor  
Hic quidem pol. certo nihil ages sine me arbitro.

CLEOSTRATA, PARDALISCA ancilla.

CLE. **O**bsignate cellas, referte annulum ad me,  
Ego huc transeo in proximum, ad meam uicinam.  
Vir si quid uolet me, facite hinc me accersatis.

PAR. Prandium iusserat senex sibi parari.

CLE. Sta, tace, atq; abi, neq; paro, neq; hodie  
Coquetur, quando is mihi et filio aduorsatur  
Suo, animiq; amorisq; causa sui.  
Flagitium illud hominis, ego illum fame, ego illum  
Siti, maledictis, male factis, amatorem  
Vlciscar, ego pol illum probè incommodis  
Dictis angam: faciam uti proinde est dignus,  
Vitam colat, Acheruntis pabulum flagitij  
Persequentem, stabulum nequitie. Nunc hinc  
Meas fortunas eo quæstum ad uicinas.  
Sed foris concrepuit, atq; ea ipsa eccam egreditur  
Foras, non pol per tempus iter incæpi.

MVRRINA, CLEOSTRATA.

MV. **S**equimini comites in proximum me huc.  
Hæus uos, ecquis hæc quæ loquar audit? ego hic ero,  
Vir, si aut quispiam quæret, nam ubi domi sola sum,  
Sopor manus caluitur, ius in colum  
Ferri mihi? CL. Murrina saluc. MV. saluc  
Mecastor, sed quid tu es tristis amabo?


CLE. Ita solent omnes, quæ sunt malè nuptæ.  
Domi et foris ægrè quod sit, satis semper est.  
Nam ego ibam ad te. MV. et pol ego istuc ad te, sed quid est,  
Quod tuo nunc animo ægrè est? nam quod tibi est

Ægrè,



- Aegrè, idem mihi est diuiduæ. CL. credo ccastor.  
 Nam uicinam neminem amo meritò magis, quàm te:  
 Nec quæ cum plura sunt mihi, quæ ego uelim.
- MV. Amo te, atq; istuc expeto scire quid sit.
- CL. Vir me habet pessumis despiciatam modis,  
 Nec mihi ius meum obtinendi copia est.
- MV. Hem quid est? dic idem hoc. nam pol haud satis meo  
 Corde accepi querelas tuas, obsecro.
- CL. Vir me habet pessumis despiciatam modis.
- MV. Mira sunt, uera si prædicas. nam uiri  
 Ius suum ad mulieres obtinere haud queunt.
- CL. Quin mihi ancillulam ingratis postulat, quæ mea est,  
 Quæ meo educata sumtu est, uillico suo dare.  
 Sed ipse eam amat. MV. obsecro tace. nam hic nunc  
 Licet dicere, nos sumus. CL. ita est. MV. unde ea tibi est?  
 Nam peculi probam nihil habere addecet  
 Clam uiro: & quod habet partum, ei haud commodi est,  
 Quin uiro aut subtrahat, aut stupro inuenerit.  
 Hoc uiri censeo esse omne, quicquid tuum est.
- CL. Tu quidem aduersum tuam amicam omnia loqueris.
- MV. Tace sis stulta, & mihi ausculta: noli sis tu illi  
 Aduorsari, sine amet, sine quod libet, id faciat,  
 Quando tibi nil domi deliquium est.
- CL. Satin' sana es? nam tu quidem aduersus tuam istam rem  
 Loquere. MV. inspiens semper tu huic uerbo uitato  
 Abs tuo uiro. CL. cui uerbo? MV. i foras, mulier es.
- CL. Tace MV. quid est? CL. hem. MV. quis est, quæ uides? CL. uir ee
- MV. Intrò abi, appropera age amabo. CL. impetras. (cum it.  
 Abeo. MV. mox magis cum otium mihi & tibi erit,  
 Igitur tecum loquar. nunc uale. CL. ualeas.

STALINO senex, CLEOSTRATA uxor.

STA.  Mribus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis  
 anteuenire.

Nec

Nec potis quicquam commemorari, quod plus salis, plusq; lepōris hodie

Habeat. cocos equidem nimis demiror, qui utuntur cōdimentis.

Eos eo condimento uno non utier, omnibus quod præstat.

Nanq; ubi amor condimentum inerat, cuius placitum credo.

Neq; falsum, neq; suaue esse potest quicquam, ubi amor nō admiscetur. (et lenem.

Fel quod amarum est, id mel faciet: hominem ex tristi lepidum

Hanc ego de me coniecturā domi facio, magis quā ex auditis.

Qui postquam amo Casinam, magis initio munditijs munditiam antideo. (ungor,

Myropolas omnes sollicito, ubicunque est lepidum unguentum

Vt illi placeam: et placeo, ut uideor. sed uxor me excruciat, quia uiuit.

Tristem astare aspicio, blandè hæc mihi mala res est appellāda:

Vxor mea, meaq; amcenitas, quid tu agis? CL. abi, atq; abstine

ST. Eia mea Iuno, non decet te esse tam tristem tuo Ioui. (manum.

Quò nunc abis? CL. mitte me, ST. mane. CL. non maneo. ST. at pol ego te sequar. (ST. non

CL. Obsecro sanus ne es? ST. sanus quando tedamo. CL. nolo ames.

Potest impetrari. C. enecas. S. uera dicas uelim. CL. credo ego

Istuc tibi? ST. respice ô mi lepos. CL. nempe ita uti tu mihi es.

Vnde hic amabo unguēta dolenti? ST. oh perij, manifestò miser

Teneor. cesso caput pallio detergere. uti te bonus

Mercurius pdat Myropola, quia hæc mihi decidisti. CL. cho tu

Nihili cana culex. uix teneor, quin quæ decent te, dicam.

Seneſta etate unguentatus per uias incedis ignaue.

ST. Pol amico dedi cuidam operam dum emit

Vnguenta. CL. ut citò commentatus est. (cuiſtū

Ecquid te pudet? ST. omnia quæ tu uis. CLE. ubi in lustra ia-

ST. Ego ne in lustra? CL. scio plus, quā tu me arbitrare. ST. quid

id est?

Quid tu scis? CL. te ſenē omnium ſenē neminē eſſe ignauioſem.

Vnde



Vnde is nihili? ubi fuisti? ubi lustratus? ubi bibisti? (felicent,  
Adest mecastor, uide palliolum ut rugat. ST. di me & te in-  
Si ego in os meum hodie uini guttā indidi. CL. imò age ut lubet,  
Bibe, es, disperse rem. ST. ohe iā satis uxor est, comprime te,  
nimium tinnis.

Relinque aliquantum orationis, cras quod mecum litiges.  
Sed quid ais? iam domuisti animum potius, ut quod uir uelit,  
Fieri id facias, quàm aduersere cōtrā? CL. qua de re? ST. rogas?  
Super ancilla Casina, ut detur nuptum nostro uillico,  
Seruo frugi, atq; ubi illi bene sit, ligno, aqua calida, cibo,  
Vestimentis, ubiq; educat pueros, quos pariat bene.  
Potius quàm illi seruo nequam des armigero, atq; improbo,  
Cui homini hodie peculi nummus non est, nisi plumbeus.

CL. Mirum mecastor te senecta atate officium tuum  
Nō meminisse? ST. quid ais? CL. quia si facias rectè et cōmodè,  
Me finas curare ancillas, quæ mea est curatio.

ST. Qui malū, homini scutigerulo dare lubet? CL. quia enim filio  
Nos oportet opitulari unico. ST. at quanquam unicust,  
Nihilo magis unicus est ille mihi filius, quàm ego illi pater:  
Illum mihi æquius est, quàm me illi, quæ uolo, concedere.

CL. Tu ecastor tibi homo malam rem quæris, subolet sentio.  
ST. Ego ne? CL. tu, nam quid friguttis? quid istuc tã cupidè cupis?  
ST. Vt enim frugi seruo detur, potius quàm seruo improbo.

CL. Quid si ego impetro, atq; exoro à uillico, caussa mea,  
Vt eā illi permittat? ST. quid si ego aut ab armigero impetro  
Eam illi permittat? atq; me hoc credo impetrassere.

CL. Conuenit. uis tuis Chalinum huc euocem uerbis sōrās?  
Tu eum orato, ego autem orabo uillicum. ST. sanè uolo.

CL. Iam hic erit, nunc experiemur nostrum uter sit blandior.

ST. Hercules, diq; istam perdant, quod nunc liceat dicere.  
Ego disruciōr miser amore: illa autem quasi ob industriam  
Mibi aduorsatur. subolet hoc iam uxori, quod ego machinor,  
Propter eam rem magis armigero dat operam de industria.

- STA.** **Q**ui illum dij oēs de aeq; perdant. CH. te uxor aiebat tua Me uocare. STA. ego enim uocari iussi. CH. eloquere quid
- ST.** Primum ego te porrectiore fronte uolo mecum loqui. (uelis.)
- CH.** Stultitia est ei te esse tristem, cuius potestas plus potest.
- ST.** Perbonae frugi hominē iam pridem esse arbitror. CH. intelligo. Quin si ita arbitrare, emittis me manu. ST. quin id uolo, Sed nihil est, cupere me factum, nisi tu factis adiuuas.
- CH.** Quod uelis modò, id uelim me scire. ST. ausculta, ego loquar: Casinam ego uxorem promisi uillico nostro dare.
- CH.** At tua uxor, filiusq; promiserunt mihi. ST. scio, Sed utrum nunc tu, caelibem esse te mauis liberum, An maritum seruum etatem degere & gnatos tuos. Optio hæc tua est. utrum harum uis conditionem accipe.
- CH.** Liber si sim, meo periculo uiuam, nunc uiuo tuo. De Casina certum est concedere homini nato nemini.
- ST.** Intrò abi, atq; actutum uxorem huc euoca ante aedis citò. Et situlã huc tecum efferto cum aqua & sortis. CH. satis placet.
- ST.** Ego pol istam iam aliquouor sum tragulam decidero. Nam si sic nihil impetrare potero, saltem sortiar. Ibi ego te & suffragatores tuos ulciscar. CH. attamen Mibi obtinget fors. ST. ut quidem pol pereas cruciatu malo.
- CH.** Mibi illa nubet, machinare quod lubet quouis modo.
- ST.** Abin hinc ab oculis? CH. inuitus me uides, uiuam tamen.
- ST.** Sum ne ego miser homo? satin' omnes res sunt aduorse mihi? Iam metuo, ne Olympionem mea uxor exorauerit, Ne Casinam ducat. si id factum est, ecce me nullum senem: Si non impetrauit, etiam specula inforti restat mihi. Si fors autem decollasit, gladium faciam culcitram, Eumq; incumbam, sed progreditur optime, eccum Olympio.
- OL.** **V**ilà edepol opera in furnum calidum condito, Atq; ibi torreto me pro pane rubido hera.



Quam istam operam à me impetres, quod postulas.

ST A. Saluus sum, salua spes est, ut uerba audio.

OLY. Quid tu me uerò libertate territas?

Quid si tu nolis, filiusq; etiam tuus,  
Vobis inuitis, atq; amborum ingratis,  
Vna libella liber possum fieri.

ST A. Quid istuc est? qui cum litigas Olympio?

OLY. Cum eadem, qua tu semper. ST. cum uxore 'ne mea?

OLY. Quam tu mihi uxorem? quasi uenator tu quidem es:  
Dies atq; noctes cum cane etatem exigis.

ST A. Quid ait? quid loquitur tecum? OL. orat, obsecrat,  
Ne Casinam uxorem ducam. ST. quid tu postea?

OLY. Negauit enim ipsi me concessurum Ioui,  
Si is mecum oraret. ST. di te seruassint mihi.

OLY. Nunc in fermento tota est, ita turget mihi.

ST A. Edepol ego illam mediam diruptam uelim.

OLY. Credo edepol esse, siquidem tu frugi bonæ es:  
Verum edepol tua mihi odiosa est amatio.

Inimica est tua uxor mihi, inimicus filius,

Inimici familiares. ST. quid id refert tua?

Vnus tibi hic, dum propitius sit Iuppiter,  
Tu istos minutos caue deos floccifeceris.

OLY. Nugæ sunt istæ magnæ, quasi tu nescias

Repentè ut emoriantur humani Ioues.

Sed tandem si tu Iuppiter sis emortuus,

Quum ad deos minores redierit regnum tuum,

Quis mihi subueniet tergo, aut capiti, aut cruribus?

ST A. Opinione melius res tibi habet tua,

Si hoc impetramus, ut ego cum Casina cubem.

OLY. Non hercle opinor posse, ita uxor acriter

Tua instat, ne mihi detur. ST. at ego sic agam,

Conijciam sortis in sitellam, & sortiar

Tibi & Chalino, ita rem natam esse intelligo.

Necessum est uorsis gladijs depugnarier.

OLY. Quid si fors aliter, quàm uoles, euenierit?

STA. Benedice. Dis sum fretus, deos sperauimus.

OLY. Non ego istud uerbum emisim titiutilio.

Nam omnes mortales deis sunt freti, sed tamen

Vidi ego dis fretos sepe multos decipi.

STA. Tace parumper. OL. quid uis? ST. eccum exit foras,

Chalinus intus cum sitella & sortibus.

Nunc nos collatis signis depugnabimus.

CLEOSTRATA uxor, CHALINVS,  
STALINO, OLYMPIO.

CL. **F**ace Chaline me certiozem, quid meus uir me uelit?

CH. **I**llum edepol uidere ardentem te extra portam Metiam,  
Credo ecastor uelle. CL. at pol ego haud credo, sed certo scio.

ST. Plus artificum est mi quàm rebar, ariolum hunc habeo domi.  
Quid si propius attollamus signa, eamusq; obuiam?

sequere. quid uos agitis? CH. asunt quæ imperauisti omnia,

Vxor, sortes, situla, atq; egomet. ST. te uno adest plusquàm ego

CH. Tibi quidē edepol ita uidetur stimulus ego nūc sum tibi, (uolo  
Eo quòd corculum assudabit iam ex metu. ST. mastigia.

CL. Tace Chaline. CH. comprime istum. OL. immò istunc.

ST. Depone hic sitellam, sortis cedo mihi, animum aduertite,  
Atq; ego censui abs te posse hoc mecum impetrare uxor mea,  
Casina ut uxor mihi daretur, & nunc etiam censco.

CL. Tibi daretur illa? ST. mihi enim, ah non id uolui dicere.

Dū mihi uolui, huic dixi: atq; adeò dum mihi cupio, perperam  
Iamduadū hercle fabulor. CL. pol tu quidem atq; etiam facis.

ST. Huic, immò hercle mihi. uah, tādē redij uix ueram in uiam.

CL. Perpol sepe peccas. ST. ita fit, ubi quid tantopere expetas.  
Sed te uterq; tuo pro iure, ego atq; hic oramus. CL. quid est?

ST. Dicam enim mea mulsā, de istac Casina huic nostro uillico  
Gratiam facias. CL. at pol ego neq; facio, neq; censco.

ST. Tum igitur ego sortis utrinq; iam mittam. CL. quis uetat?

Opti-



- ST.** Optimum atq; æquisimum istud esse, iurè iudico:  
 Postremò si illud quod uolumus eueniet, gaudebimus.  
 Sin secus, patiemur animis æquis. CH. tene sortem, tene,  
 Vide quid scriptum est. O L. unum. CH. iniquum est, quia istè  
 priusquam mihi est.
- ST.** Accipe hanc sis. CH. cedo, mane, unum uenit in mentem modò.  
 Vide, ne qua illic insit alia sortis sub aqua. ST. uerbero,  
 Mentē censēs esse? nulla est, habe quietum animum modò.  
 Quod bonum atq; fortunatum sit mihi, tuum magnum malum.
- O L.** Tibi quidem edepol credo eueniet, noui pietatem tuam.  
 Sed manedum, num ista aut populna fors, aut abiogna est tua?
- CH.** Quid tu id eurās? O L. quia enim metuo in aqua, ne summa na-
- ST.** Euge caue, conijcite sortis, nunc iam ambo huc, eccere (tet,  
 Vxor æqua. O L. noli uxori credere. ST. habe animū bonum.
- O L.** Credo hercle hodie deuorabit sortis, si attigerit. CH. tace.
- O L.** Taceo, deos quæso tu, ut quidem hodie canem & furcam ferās.
- CH.** Mihi ut sortitio eueniat, ut quidem hercle pedibus pendēas.
- O L.** At tu, ut oculos emungare ex capite per nasum tuos.  
 Quid times? paratum oportet esse iam laqueum tibi. (strata)
- ST.** Perijsti, animū aduortite amabo. O L. taceo. ST. nunc tu Cleo-  
 Ne à me memores malitiosè de hac re factum, aut suspices,  
 Tibi permitto, tute sorti. O L. perdis me. CH. lucrum facit.
- CL.** Benefacis. CH. deos quæso, ut tua fors ex sitella effugerit.
- O L.** Ain' tu? quia tute es fugitiuus, omnes te imitari cupis.  
 Sed utinam tua quidem sicut Herculeis prædicant  
 Quondam prognatis, ista in sortiēdo fors deliquerit.
- CH.** Tu ut liquefcas ipse actutum, uirgis calefactabere.
- ST.** Hoc age sis Olympio. O L. si hic litteratus me sinat.
- ST.** Quod bonum atq; fortunatum mihi sit. O L. ita uerò & mihi.
- CH.** Non, imò hercle. CH. imò mihi hercle. ST. hic uincet, tu uiues mò  
 Præcide os tu illi hodie. age, ecq; sit? CL. ne oblexis manū. (ser.
- O L.** Cōpressan' palma an porrecta serio? ST. age ut uis. O L. hē tibi.
- CL.** Quid tibi istunc tactio est? O L. Quis Iuppiter iussit meus.

- CLE.** Feri malam tu illi rursum. **OL.** perij, pugnis cedor Iuppiter.  
**STA.** Quid tibi tactio hunc fuit? **CH.** Quia iussit hæc Iuno mea.  
**STA.** Patiundum est, siquidem me uiuo mea uxor imperiũ exhibet.  
**CLE.** Tam huic loqui licere oportet, quàm isti? **OL.** cur omen mihi  
 Vituperat? **ST.** malo Chaline tibi cauendum censeo.  
**CHA.** Tempori postquam oppugnatum est os. **ST.** age uxor mea nũc  
 Sorti. uos aduertite animum. præbe tu. **OL.** ubi sim nescio. (iã  
 Perij. cor lienosum opinor habeo, iam dudum salit,  
 De labore pectus tundit. **CL.** teneo sortem. **ST.** effer fores.  
**CHA.** Iam ne mortuus? **OL.** ostende, mea est. **CH.** mala crux ea ẽ qui  
**CLE.** Victus es Chaline. **ST.** tum nos diu uiuere Olympio (dem.  
 Gaudeo, pietate factum est mea, atq; maiorum meũ.  
 Intrò abi uxor, atq; adorna nuptias. **CL.** faciam ut iubes.  
**STA.** Scir tu ruri esse ad uillã longè quò ducat? **CL.** scio, intrò abi.  
 Et quanquam hoc tibi est ægrè, tamen fac accures. **CL.** licet.  
**STA.** Eamus nos quoq; intrò, hortemur ut properent. **OL.** nunquid  
 Nam præsentè hoc plura uerba fieri non desidero. (moror?)

## CHALINVS seruus.

**S** Inunc me suspendam, meam operam luserim,  
 Et præter operam restim sumti fecerim,  
 Et meis inimicis uoluptatem creauerim.  
 Quid opus est? qui sic mortuus, equidem tamen  
 Sorti sum uictus. Casina nubet uillico.  
 Atq; id non tam ægrè iam uicisse uillicum,  
 Quàm id expetiuisse opere tam magno senem,  
 Ne ea mihi daretur, atq; ut illi nuberet.  
 Ut ille trepidabat, ut festinabat miser,  
 Ut susultabat, postquam uicit uillicus.  
 Atat concedam huc, audio aperiri fores  
 Mihi beneuolentis, atq; à me procedunt,  
 Hinc ex insidijs, hisce ego insidias dabo.

OLYMPIO uillicus, STALINO senex,  
 CHALINVS.



OLY. **S**ine modò rus ueniat, ego remittam ad te uirum  
Cum furca in urbem, tanquam carbonarium.

STA. Ita fieri oportet. OL. factum & curatum dabo.

STA. Volui Chalinum, si domi esset, mittere  
Tecum obsonatum, ut etiam in mœrore in superl  
Inimico nostro miseriam hanc adiungerem.

CHA. Receßim cedam ad parietem. imitabor nepam,  
Captandus est horum clanculum sermo mihi.  
Nam illorum me alter cruciat, alter macerat.  
At candidatus cedit hic mastigia,  
Stimulorum loculi, protollo mortem mihi.  
Certum est, hunc Acheruntem præmittam prius.

OLY. Ut tibi ego inuentus sum obsequens, quod maxime  
Cupiebas, eius copiam feci tibi.  
Erit hodie tecum, quod amas clàm uxorem. ST. tace.  
Ita me di bene ament, ut ego uix reprimò labra  
Ob istam rem, quin te deosculer, uoluptas mea.

CHA. Quid deosculer? quæ res est? quæ uoluptas tua?

OLY. Ecquid amas nunc me? ST. immò ædè pol me, quàm te minus,  
Licet ne amplecti te? CH. quid amplecti? OL. licet.

STA. Ut quia te tango, mel uideor lingere.

OLY. Vltrò te amator, apage te à me. hoc sis uide,  
Ut tibi morigerus hodie, ut uoluptati fui?

STA. Ut tibi dum uiuam bene uelim plusquam mihi,  
Ut ego hodie Casinam deosculabor, ut mihi  
Bona multa faciam clàm meam uxorem. CH. Attate,  
Nunc pol ego demum in rectam redij semitam,  
Hic ipsus Casinam deperit. ST. abeo rus iam  
Hercle amplexari, iam osculari gestio.

OLY. Sine prius deduci, quid malum properas? ST. amo.

OLY. At non opinor fieri hoc posse hodie. ST. potest,  
Siquidem cras censes, te posse emitti manu.

CHA. Enim uero huc aures magis sunt adhibendæ mihi.

- Iam ego uno in saltu lepidè apros capiam duos.
- ST.** Apud hunc sodalem meum, atq; uicinum mihi  
Locus est paratus, ei ego amorem omnem meum  
Concredui, is mihi se locum dixit dare.
- OL.** Quid eius uxor? ubi erit? **ST.** lepidè repperi,  
Mea uxor uocabit huc eam ad se in nuptias,  
Ut hic sit secum, se adiuuet, secum cubet,  
Ego iussi, & dixit se facturam uxor mea,  
Illa hic cubabit, uir aberit faxo domo,  
Tu rus uxorem duces, id rus hoc erit,  
Tantisper dum ego cum Casina faciam nuptias,  
Hinc tu ante lucem rus, cras duces postea  
Satin' astutè? **OL.** doctè. **CH.** age modò fabricamini  
Malo hercle uostro tam uorsuti uiuitis.
- ST.** Scis quid nunc facias? **OL.** loquere. **ST.** tene marsupium,  
Abi atq; obsona, propera: sed lepidè uolo  
Molliculas escas, ut ipsa mollicula est, **OL.** licet.
- ST.** Emito sepiolas lepidas lolliuinculas  
Hordeias. **CH.** immò triticeias, si sapis.
- ST.** Soleas. **CH.** qui quæso potius, quam sculponeas,  
Quibus batuatur tibi os senex nequissime.
- OL.** Vir' lingulacas? **ST.** quid opus est, quando uxor domi est  
Ea lingulaca est nobis, nam nunquam tacet.
- OL.** In re presenti, ex copia piscaria  
Consulere potero, quid emam. **ST.** æquum oras, abi.  
Argento parci nolo, obsonato ampliter.  
Nam mihi uicino hoc etiam conuento est opus,  
Ut quod mandauit curet. **LO.** iam ne abeo? **ST.** uolo.
- CH.** Tribus non conducì possum libertatibus,  
Quin ego illis hodie comparem magnum malum.  
Quinq; hanc omnem rem meæ heræ iam faciam palam.  
Manifestò tenco in noxia inimicos meos:  
Sed si nunc facere uolt heræ officium suum,



Nostra omnis lis est, pulchrè præuortax uiros.  
 Nostro omine it dies, iam uicti uicimus.  
 Ibo intrò, ut id quod alius condidit cocus,  
 Ego nunc uicissim ut alio pacto condiam.  
 Quicquid paratum est, ut paratum ne fiet:  
 Sietq; paratum, quod paratum non erat.

STALINO, ALCESIMVS, senes.

ST. **N**unc amici an'ne inimici, sis imago Alcesime mihi,  
 Scia: nunc specimen specitur, nunc certamè cernitur.  
 Curam erue, exime, castigare, id posito ad compendium.  
 Cano capite etate aliena, eo addito ad compendium.  
 Cui sit uxor, id quoq; illuc posito ad compendium

AL. Miseriorem ego ex amore, quàm te, uidi neminem.

ST. Fac uacent ædes. AL. quin edepol seruos, ancillas domo  
 Certum est omnis mittere ad te. ST. cho nimitiū scitè scitus es.  
 Sed facito, dum memineras uersus quos cantat Colax, cū cibo  
 Tum qui qui facito uti ueniant, quasi eant Sutrium.

AL. Meminero. ST. hcm nunc enim, tu demum nullo scito scitus es.  
 Cura, ego ad forum modò ibo, iam hic ero. AL. bene ambula.

ST. Fac habeant linguã tuæ ædes. AL. quid ita? ST. quū ueniam uo-

AL. Attate cædendus tu homo es, nimias delicias facis. (cent.)

ST. Quid me amare refert, nisi sim doctus & dicax nimis?  
 Sed tu caue, inquisitioni mihi sis. AL. usq; adero domi.

CLEQSTRATA, ALCESIMVS.

CL. **V**T properare arcescere hanc ad me uicinam meã, hoc e-  
 Ecce quod me tãto uir opere orabat meus, (rat.)  
 Libera ædes ut sibi essent, Casinam quò deduceret,  
 Nunc ad: ò nequaquam arcessam, ne qua ignauissimum  
 Liberi loci potestas sit uctulis ueruecibus.  
 Sed eccum egreditur senati columen, præsidium popli,  
 Meus uicinus meo uiro, qui liberum præbet locum.  
 Non ecastor uilis emisti modius, qui uenit salis.

AL. Miror huc iam non arcessi in proximum uxorem meam,

Quæ iam dudum si arcesatur, ornata expectat domi.  
 Sed ecce opinor accersit: salue Cleostrata. CL. et tu Alcesime.  
 Vbi tua uxor? AL. intus illa te, si se arcessas, manet:  
 Nam tuus uir me orauit, ut eam istuc ad te adiutum mitterem.  
 Vni uocem? CL. sine nolo, si illa occupata est. AL. ocium est.

CLE. Nihil moror, molesta ei esse nolo: post conuenero.

ALC. Non ornatis istic apud uos nuptias? CL. orno & paro.

ALC. Non ergo opust adiutrice. CL. satis domi est. ubi nuptiæ  
 fuerint, tum istam conuenibo. nunc uale, atq; istam iube.

ALC. Quid ego nunc faciam? flagitium maximum feci miser,  
 Propter operam illius hirci improbi & edentuli,

Qui hoc mihi contraxit. operam uxoris polliceor foras.

Quasi catillatum, flagitium hominis, qui dixit mihi (rier.

Suam uxorem hanc arcesituram esse, ea se eam negat mora-

Atq; edepol mirum, ni subolet iam hoc huic uicinæ meæ.

Verum autem altrouorsum cum eam mecum rationem puto,

Si quid eius esset, esset mecum postulatio.

CLE. Ibo intro, ut subducam nauim rursus in puluinarium.

Iam hic est lepide ludificatus, miseri ut festinant senes.

Nunc ego illum nihili decrepitum mecum uirum ueniat uelim,

Vt cum ludificem uicissim, postquam hunc delusi alterum.

Nam ego aliquid contrahere cupio litigij inter eos duos.

Sed ecce cum incedit: at quum aspicias tristem, frugi censeas.

STALINO senex, CLEOSTRATA.

STA. **S**tultitia magna est, mea quidem sententia,  
 Hominem amatorem ullum ad forum procedere,  
 In eum diem, cui quod amet in mundo fiet,  
 Sicut ego feci stultus. contriui diem,  
 Dum asto aduocatus cuidam eognato meo:  
 Quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo,  
 Ne me nec quicquam sibi hodie aduocauerit.  
 Rogitare oportet prius & percontarier,  
 A sit ne animus ei, nec ne a sit, quem aduocet.



Si neget adesse, exanimatum amittat domum.  
Sed uxorem ante ædis eccam. hei misero mihi,  
Metuo, ne non sit surda, atq; hæc audiuerit.

CLE. Audiui cæstor cum malo magno tuo.

ST A. Accedam propius. quid agis mea festiuitas?

CLE. Te cæstor præstolabar. ST. iam ne ornata res est?

Iam ne hanc traduxti huc ad nos uicinam tuam?

Quæ te adiutaret. CL. accersui ut iusseras.

Verum hic sodalis tuus, amicus optimus,

Nescio quid se sufflauit uxori suæ.

Negauit posse, quando arcesso mittere.

STA. Vitium tibi istuc maximum est: blanda es parum.

CLE. Non matronarum est officium, sed meretricum,

Viris alienis, mi uir, subblandirier.

I tu, atq; arcesse illam: ego intus quod factum est opus,

Volo accurare, mi uir. ST. propera ergo. CL. licet.

Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam metum,

Miserrimum hodie ego hunc habebam amasium.

ALCESIMVS senex, STALINO.

ALC. **V**iso huc, amator si à foro redijt domum,  
Qui me atq; uxorem larua ludificatus est.

Sed eccum ante ædis. ad te hercle ibam commodum.

STA. Atq; ego hercle ad te. quid ais uir minimi preci?

Quid tibi mandauit? quid tecum orauit? AL. quid est?

STA. Vt bene uacuas ædis fecisti mihi?

Vt traduxisti huc ad nos uxorem tuam?

Satin propter te pereo, ego atq; occasio?

ALC. Quin tu suspendis te: nempe tute dixeras,

Tuam arcesituram esse hinc uxorem meam,

STA. Ergo arcessiuisse ait sese, & dixisse te,

Eam non missuram. AL. quin ea ipsa ultrò mihi

Negauit eius operam se morarier.

STA. Quin ea ipsa me allegauit, qui istam accerserem.

- AL. *Quin nihili facio. ST. quin me perdis. AL. quin bene est,  
Quin etiam diu morabor, quin cupio tibi,  
Quin aliquid ægrè facere, quin faciam libens.  
Nunquam tibi hodie, quin erit plus, quàm mihi,  
Quin hercle dei te perdant postremo quidem.*
- ST. *Quid nunc? missurus ne es ad me uxorem tuam?*
- AL. *Ducas easq; in maximam malam crucem,  
Cumq; hac, cumq; istac, cumq; amica etiam tua.  
Abi, et aliud cura: ego iam per hortum iussero  
Meam istuc transire uxorem, ad uxorem tuam.*
- ST. *Nunc tute amicus mihi es in Germanum modum.  
Qua ego hunc amorem mihi esse autem dicam datum?  
At quod ego unquam erga Venerem inique fecerim,  
Cui sic tot amanti mihi obuiam eueniant moræ?  
At: at quid illud clamoris obsecro in nostra domo est?*

PARDALISCA ancilla, STA-

LINO senex.

(est,

- A. *N* Vlla sum, nulla sum, tota tota occidi, cor metu mortuū  
Membra misere tremūt: nescio unde auxilij, præsidij,  
Perfugij mihi, aut opum copiam comparem, aut expectam.  
Tanta factis modò mira miris modis intus uidi,  
Noenam atq; integram audaciam. caue tibi Cleostrata, abscede  
Ab ista obsecro, ne quid in te malè faxit ira percita.  
Eripite isti gladium, quæ sui est impos animi. (ras)
- ST. *Nam quid est, quòd hæc huc timida atq; exanimata exiit sibi?*
- ST. *Respice modò ad me. PA. here mi. ST. quid tibi est?  
Quid timida es? PA. perij. (uæ tibi.*
- ST. *Quid, peristi? PA. perij, et tu peristi. ST. aperi, quid tibi? PA.*
- ST. *Inò istuc tibi sit. PA. ne cadā, amabo tene me. ST. quicquid est,  
Eloquere mihi citò. PA. contine pectus, face uentulū amabo  
Pallio. ST. tim eo hoc negocium. quid est nisi hæc meraclo  
Se uspiam percussit flore Libyco. PA. obtine aures amabo.*



- ST.** In malam crucem, pectus, auris, caput, teq; di perduint:  
 Nam nisi ex te scio, quicquid hoc sit citò, iam tibi istuc  
 Cerebrum dispercutiam execrata, ludibrio pessima adhuc  
 Quæ me habuisti. PA. here mi. ST. quid uis mea ancilla? PA. ni-  
 mium senis.
- ST.** Numero dicis, sed hoc quicquid est loquere, in pauca refer.  
 Quid intus tumulti fuit? PA. scibis audi, malum pessimum,  
 Quod hic modò intus apud nos tua ancilla hoc pacto exordiri  
 Coepit, quod haud Atticam addecer disciplinã. ST. quid est id?
- PA.** Timor præpedit dicta linguæ. ST. quid e? postu scire ego istuc  
 Ex te? quid negocij est? PA. dicam, tua ancilla, quam tuo  
 Villico uis dare uxorem, ea intus? ST. quid intus? quid est?
- PA.** Imitatur malarum malam disciplinam, uiro suo quæ inter  
 Minatur uitã. ST. quid ergo? PA. ah. ST. quid? PA. interimere  
 ait uelle  
 Vitam, gladium. ST. hem. PA. gladium. ST. quid eum gladium?  
 PA. habet. ST. hei misero mihi,  
 Cur habet? PA. infestatur omnis domi per edis, nec quenquam  
 Propè ad se finit adire, ita omnis sub arcis, sub lectis  
 Latentes metu musitant. ST. occidi, atq; interij. quid illi  
 Obiectum est mali tam repente? PA. insanit. ST. scelestissimum  
 Me esse credo. PA. imò si scias dicta, quæ dixit hodie. ST. istuc  
 Expeto scire, quid dixit? PA. audi, per omnes deos, et deas  
 Dicitur auit, occisurũ eũ hac nocte, qui cũ cubaret. (ea negocij  
**ST.** Me occidet. PA. an quicquã ad te attinet? ST. uah. PA. quid cũ  
 Tibi est? ST. peccauit, illum dicere uillicum uolebã. PA. sciens  
 De uia in semitam regredere. ST. nunquid mihi minatur?
- PA.** Tibi infesta soli est plus quàm cuiquã. S. T. quãobrem? PA. quia  
 Vxorem Olympioni, neq; se tuam, nec se suam, (se des  
 Neq; uiri uitam finet in crastinum protolli. id huc missa sum  
 Tibi ut dicerem, ab ea ut caueas tibi. ST. per ij herele miser,  
 Neq; est, neq; fuit me senex quisquam amator adæquè miser.  
 PA. Ludor ego hunc facete. nam quæ facta dixi, omnia huic

Falsa dixi, heras, atq; hac dolum ex proximo hunc protulerūt.  
Ego huc missa sum ludere. ST. heus Pardalisca. P A. quid est,  
quid?

ST A. Est quod uolo exquirere à te. P A. moram offers mihi. ST. at tu  
Offers mœrorem, sed etiam ne habet & nunc Casina  
Gladium? P A. habet, sed duos. ST. quid, duos? P A. altero te occi-  
surum ait,

Altero uillicum hodie. ST. occisissimus sum omnium qui uiuunt.  
Loricam induam mihi, optimum esse opinor. quid uxor  
Mea non adiit, atq; ademit? P A. nemo audet propè accedere.

ST A. Exoret. P A. orat. negat ponere alio modo ullo profectò,  
Nisi se fiat uillico non datum iri. ST. atq; ingratijs, quia  
Non uult, nubet hodie. nã cur nõ ego id perpetrem quod cœpi,  
Ut nubat mihi? illud quidem uolebam, non, sed nostro uillico.

P A. Sepicule peccas. ST. timor præpedit uerba: uerum  
Obsecro, dic me uxorem orare, ut exoret illam gladium  
Ut ponat, & redire me intrò ut liceat. P A. nunciabo.

ST A. Et tu orato. P A. & ego orabo. ST. at blandè orato ut soles. sed  
Si effexis hoc, soleas tibi dabo, & annulū in digito (audimè  
Aureū, & bona plurima. P A. operã dabo. ST. face ut impetres.

P A. Eo nunc iam, nisi quippiam remorare me. ST. abi, & cura.

P A. Redit ecum tandem obsonatu eius adiutor, pompam ducit.

OLYMPIO, COCVS, & STALINO.

OLY. **V**ide fur, ut sentis sub signum ducas. CO. qui uerò sunt sen-  
tes?

OLY. Quia quod tetigere, illico rapiunt: si eas ereptū, illico scindūt.  
Ita quoquò adueniunt, ubi ubi sunt, duplici damno dominos  
multant.

COC. Eia. OL. Atat cesso magnificè, patriceq; amiceq; ita hero  
Meo ire aduorsum. ST. bone uir, salue. OL. fateor. ST. quid fite  
OL. tu amas,

Ego esurio & sitio. STA. lepidè excuratus incessisti.

OLY. Ah hodie. ST. manè uerò, quanquam fastidis. OL. hei hei scetret



Tuus mihi sermo. ST. quæ res? OL. hæc res. ST. etiã ne astas?

OLY. enim uero

περὶ ἧμαρτὴ μοι παρέρχεται. ST. dabo λαὸν ναυόφ(ut ego opinor)

Nisi resistis. OL. ἂν σέῦ ποτὶν' à me abeas, nisi me uis uomere

Hodie. ST. mane. OL. quid est? quis hic homo est? ST. herus sum.

OL. qui herus?

(ego liber?

ST A. Cuius tu seruus es. OL. seruus ego? ST. atq; meus. OL. non sum  
Memento, memento. ST. mane atq; asta. O L. omitte, seruus  
sum tuus.

Optimè est. ST. obsecro Olympisce mi, mi pater, mi patrone.

OLY. Hem sapiis sanè. ST. tuus sum equidem. OL. quid mihi seruo o-  
pus est tam nequam? (Etia.

ST A. Quid nunc? quàm mox recreas me? OL. cœna modò si sit co-

ST A. Intrò ergo abeant. OL. properè citò, introite, & citò deprope

ST A. Ego iam intus ero, facite cœna mihi ut ebria sit. (rate.

Cœnare lepidè nitidèq; uolo, nihil moror barbarico ritu

Sanè esse iam. i. sis, ego hic habito. nunc quidem gladium

Ancilla Casinam intus habere ait, qui me atq; te interimat.

OLY. Scio. sic sine habere. nugæ agūt. noui ego illas malas merces.

Quin tu, i modò mecū domū. ST. at pol malū metuo. i tu modò,

Perspicio prius, quid intus agatur. OL. tam mihi mea uita,

quàm tua

Tibi cara est. ST. uerūm modò. OL. si tu iubes, inibitur tecum.

## A N C I L L A.

**N**Ec pol ego Nemeæ credo, neq; ego Olympiæ,

Neq; usquam ludos tam festiuos fieri,

Quàm hic intus fiunt ludi ludificabiles

Seni nostro, & nostro Olympioni uillico.

Omnes festinant intus totis ædibus:

Senex in culina clamat, hortatur cocos,

Quin agitis, hodie quin datis, si quid datis,

Properate: cœnam iam esse coctam oportuit.

Villicus hic autem cum corona candidè,

Vestitus

Vestitus lautè, exornatusq; obambulat.  
 Illæ autem in cubiculo armigerum ornant mulieres,  
 Quem dent pro Casina nuptum nostra uillico.  
 Sed nimium lepidè dissimulant  
 Fore huius quod futurum est: dignè autem coqui  
 Nimis lepidè ei rei dant operam, ne cœnet senex.  
 Aulas peruortunt, ignem restinguunt aqua.  
 Illarum oratu faciunt: illæ autem senem  
 Cupiunt extrudere incœnatum ex ædibus,  
 Ut ipsæ solæ uentres distendant suos.  
 Noui ego illas ambas estrices, coruitant, ubi  
 Comesse possunt. sed aperitur ostium.

## STALINO, ANCILLA.

- ST. **S**isapitis uxor, nos tamen cœnabitis,  
 Cœna ubi erit cocta, ego, ruri cœnauero.  
 Nam nouum maritum ego, & nouam nuptam uolo  
 Rus prosequi. noui hominum mores maleficos,  
 Ne quis eam abripiat. facite uostro animo uolup.  
 Sed properate, istum atq; istam actutum emittere,  
 Tandem ut ueniamus luci: ego cras hîc ero,  
 Cras habuero uxor ego tamen conuiuium.
- AN. Fit, quod futurum dixi, incœnatum senem  
 Foras extrudunt mulieres. ST. quid tu hîc agis?
- AN. Ego eo, quò me ipsa misit. ST. Veron'. AN. serio.
- ST. Quid hîc specularè? AN. nihil equidem specular. ST. abi  
 Tu hinc, cunctasq; intus alij festinant. AN. eo.
- ST. Abi hinc, sis ergo pessumarum pessuma.  
 Iam ne abiit illæc, dicere hîc quiduis licet:  
 Qui amat tamen hercle si esurit, nullum esurit.  
 Sed eecum progreditur cum corona & lampade  
 Meus socerus, compar, commaritus uillicus.



## O L Y M P I O, S T A L I N O.

- OL.** **A** Ge tiben, dum illam elucunt huc nouā nuptā foras,  
Suauī cātu concelebra omnē hanc plateam hymenæo,  
Io hymen hymenæe, Io hymen. **ST.** quid agis mea salus?  
**OL.** Esurio hercle, atq; adeò haud sitio. **ST.** at ego amo. **OL.** at e-  
Nihil facio tibi amor, pericli: mihi inanitate (go hercle  
Iamdudum intestina murmurant. **ST.** nam quid illæc nunc  
Tam diu intus remoratur, quasi ob industriam: quanto ego  
Plus propero, tãto minus. **OL.** quid si etiã occentē hymenæū?  
**ST.** Censeo, & ego te adiuuabo in nuptijs communibus.  
**OL.** Hymē hymenæe, Io hymen. **ST.** perij hercle ego miser, dirupi  
Cantando Hymenæum, licet illo morbo, quo dirumpi cupio,  
Nō est copia. **OL.** edepol nē tu si esses equus, esses indomabilis.  
**ST.** Di hercle me cupiunt seruatum, iam oboluit Casina procul.

A N C I L L A E d u e, O L Y M P I O,  
S T A L I N O.

- S** Ensim super attolle limen pedes noua nupta, sopes  
Iter incipe hoc, at uiro tuo semper sis superstes. atq;  
Vt potior pollentia sit, uincasq; uirum, uictrixq; sies,  
Superetq; tuam imperium: uir te uestiat, tu uirum displices,  
Et diu ut uiro subdola sies obsecro memento.  
**OL.** Malo maximo suo hercle illico, ubi tantulum peccasset.  
**ST.** Tace. **OL.** non taceo. **ST.** quæ res? **OL.** mala, male, malè mon-  
**ST.** Perij. istæ faciunt hãc rē mihi ex parata imparatã. (strant.  
Id querunt, uolunt hæc, ut infecta faciant. **AN.** age Olympio.  
Quando uis uxor ē, accipe hãc à nobis. **ST.** date ergo, daturæ  
Vnquam si estis hodie uxorem. **OL.** abite intrò. **AN.** amabo in-  
tegræ atque  
Imperitæ huic impercito. **ST.** futurum est, ualete, ite.  
Iã ualete. iam ne abscessit uxor? **OL.** domi ē, ne time. **ST.** euax,  
Nunc pol demum ego sum liber, meum corculum, melliculum,  
Verculū. **OL.** heus tu malo si sapis cauebis, mea ē hæc. **ST.** scio.  
Sed meus fructus est prior. **OL.** tene hanc lampadem. **ST.** imò e  
go illam tenebo. Venus

Venus multipotens bonam uitam mihi  
Dedisti, huius quum copiam mihi dedisti  
Corpusculum mellitulum. OL. mea uxorcula.

STA. Quid est? OL. institit plantam. ST. quasi iocabo.  
Nebula haud est mollis, atq; cutis huius est.

OLY. Edepol papillam bellulam, hei mi sero mihi.

STA. Quid est? OL. pectus mihi agit nunc hæc cubito.

STA. Quid tu ergo hanc quaeso tractas tam?

At mihi qui bellè hanc tracto non agit. OL. uaha.

STA. Quid negocij est? OL. obsecro ut ualentula est.

Penè exposiuit cubito. ST. cubitum ergo ire uult.

OLY. Quin imus ergo. ST. bella bella tu mea.

PARDALISCA ancilla, MVRRINA.

PAR. **A** Cceptæ bene & commodè eximus intus,  
Ludos uisere huc in uia nuptiales.

MVR. Nunquam ecastor ullo die risi adæquè,  
Neq; hoc quod reliquum est, plus risuram opinor.

Lubet Chalinum, quid agat scire, nouum

Nuptum, cum nouo marito: nec fallaciam

Astutiorum ullus fecit poeta, atq;

Vt hæc est fabre facta à nobis. obtunso

Ore nunc peruelim progredi senem,

Quo senex nequior nullus uiuit, ni illum

Quidem nequiorum arbitrari esse, qui locum

Præbet illi. nunc præside hic Pardalisca

Etiam qui hinc exeat, eum ut ludibrio habeas.

PAR. Lubens fecero, & solens. MV. spectato hinc omnia

Intus, quid intus agant. PA. pone me amabo.

MVR. Et illi audacius licet, quæ uis liberè

Proloqui. PA. tace, nostra foris crepuit.

OLYMPIO eadem.

**N**Eq; quò fugiam, neq; ubi lateam, neque hoc dedecus  
quomodo celem,

Scio.



Scio, tantum herus atque ego flagitio superauimus, nuptijs nostris.

(Mus ambo.)

Ita nunc pudeo, atq; ita nunc pauco, atq; ita irridiculum sed ego insipiens noua nunc facio: pudet quod prius non pudum unquam est.

Operam date, dum mea facta itero, est operæ auribus percipere. Ita ridicula auditu, iteratu, ea sunt quæ ego intus turbavi.

\* \*

MV. Agedum tu ad hunc. CL. ubi tua noua nupta est?

OL. Perij hercle, manifesta res est. CL. omnem ordine rem? Fateri ergo æquum est, quid intus agitur? quid agit Casina? satin morigera est? OL. pudet dicere me.

CL. Memora ordine ut occæperas. OL. pudet hercle. CL. age quam debuisti, inde uolo memorare, quid est factum? (daſter

OL. At flagitium est. CL. cauebunt qui audierint, faciant.

\* \*

Quid fit deniq; ediserta. OL. ubi appello Casinam, inquam, Amabo mea uxorcula, cur uirum tuum sic me spernis? Nimis tu quidem hercle immerito meo mihi hæc facis, Quia te mihi expetiui, illa haud uerbum facit,

\* \*

Ita quasi sentis labra mihi compungit barba.

Continuò astanti pectus mihi pedibus percutit.

Decido de lecto præceps, subsilijt, obtundit os mihi.

Inde foras tacitus proficiscens, exeo hoc ornatu quo uides.

Vt senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet. CL. optumè

Sed ubi est palliolum tuum? OL. hic intus reliqui. (ſct.

CL. Quid nunc? satin lepidè adita est uobis manus meritò?

Sed concrepuerunt fores. OL. num illa me nunc sequitur?

STALINO Eidem.

**M**Aximo ego ardeo flagitio, nec quid agam meis reb. scio, Nec meam ut uxorem aspiciam contra oculos, ita disperij. Omnia palam sunt probra, omnibus modis occidi miser.

\* \* \*

Sed ecquis est? qui homo munus uelit fungier pro me.  
 Quid nunc agā nescio, nisi ut improbos famulos imiter, ac do-  
 Nam salus nulla est scapulis, si domum redeo. (mo fugiam.  
 Nugas istuc dicere licet. u. apulo ego hercle, mutus tamen,  
 Et si malū merui hac dabo protinā me in fugā. OL. heus Stali-  
 Amator. ST. occidi, reuocor. quasi non audiam, adibo. (no

CH. Vbi tu es, qui colere mores Massylienses postulas?

Nunc tu si uis me, proba est occasio.

\* perijisse hercle age, accede huc.

ST. Hac ibo. caninam cenam spero meliorem fore.

CL. Quid agis tu marite, mi uir: unde ornatu hoc aduenis?  
 Quid fecisti? scipionem, aut quod habuisti pallium?

AN. In adulterio dum mœchiffat, Casinam credo perdidit. (cen.

ST. Occidi. CH. etiam ne inuis cubitū Casina sum. ST. in malam crū

CH. Non anas me? CL. quin responde, tuo quid factum est pallio?

ST. Bacchæ ergo hercle uxor. CL. Bacchæ? ST. hercle uxor. CL.

AN. Nugatur sciens. nā ecastor nūc Bacchæ nullæ ludunt. (quid est?

ST. Oblitus fui, sed tamen Bacchæ. CL. quid Bacchæ? fieri nō potest,  
 Times ecastor. ST. ego ne? haud mētere hercle: nam palām est.

\* \*  
 Non taces? OL. non hercle taceo. nam tu maximo

Me obsecrauisti opere, Casinam ut poscerem uxorem mihi.

ST. Tui amoris caussa ego istuc feci. CL. Immò ecastor illius,

Te quidem oppressi. ST. feci ego istuc dicta quæ uos dicitis?

CL. Rogitas etiam? ST. siquidem hercle feci, feci nequiter.

CL. Redi modò huc intrò, manebo, si quidem meministi minus.

ST. Hercle opinor potius uobis credam, quod uos dicitis.

Sed uxor da uiro hanc ueniam. Murrina ora Cleostratam,

Si unquam posthac, aut amasso Casinam, aut occæpto modò,

Nedū ut eam amasso, si ego unquam adeò posthac tale admi-

Nulla caussa est, quin pendētem uxor uirgis uerberes. (scro,  
 Censco



- MV. Censeo ecastor, ueniam huic hanc dandam. CL. faciã uti iubes,  
 Propter eã rē hanc tibi nunc ueniam minus grauatē prospero,  
 Hanc ex longa longiorem ne faciamus fabulam.  
 ST. Non irata es? CL. non sum irata. ST. tuã fidei credo. CL. me.ã?  
 ST. Lepidiorē uxorem nemo quisquã quã ego habeo hanc, habet.  
 CL. Age tu, redde huic scipionem et pallium. CH. tene. ST. libet.  
 CH. Mibi quidem edepol insignitē facta est magna iniuria.  
 Duobus nupsit, neuter fecit, quod noue nupte solet.

## G R E X.

**S**pectatores, quod futurum est intus, hic memorabimus.  
 Hec Casina huius reperietur filia esse ē proximo,  
 Eaq; nubet Teuchonico nostro herili filio.  
 Nunc uos æquum est, manibus meritis meritã mercedem dare.  
 Qui faxit, clam uxorem ducat scortum semper quod uolet.  
 Verum qui non manibus clarē quantum poterit pluserit,  
 Ei pro scorto supponetur hircus unctus nautea.

Finis Casinæ.

## A N N O T A T I O N E S.



Vius fabulæ argumentum ut est festiuum atq; bellū, ita admodū etiã turpe et obscenū. Atq; existimo illa, quæ in nostro libro ueteri omissa plurima animaduerti, relictis spaciolis passim quibusdam, quod non ferrent aures piæ, ideo exarata non fuisse. Nam ueteres comici studio quodã singulari obscenis iocis indulserunt, faciēte has delicias satana in mūdo, inter hæc impuritas uitæ minus ut uitaretur, & immūdicia cordis, ut à Dei cōspectu auerteret homines. nam Christus ita dicit: Beati mūdi corde, quia Deū uidebunt. Ab illa igitur spurcitia auertamus oculos & mētes nostras, & utilia atq; bona quæ si margaritas de stercore legamus, ē talib; scriptis: quæ satius erat nunquã inspici, quã instrui his leuitatē & libidinē animorū. Sed de his nūc satis. Introducitur in hac fabula quidam ridiculus amator senex, & illius sodalis, quasi receptor flagitiosū uicini. horum facinora deprahenduntur à mulieribus & uariē

senibus illuditur. Sortitio etiam inest, ut in Græca fuisse apparet de nomine. nam κληρομύνην illam appellatam in prologo dicitur, nimirum de aliqua, qua de sortitio fieret. Chalinus autem seruus, à uerbo χαλῶ, ut puto: unde & χαλινὸς frenum, seu habenæ. Olympio, ὀλυμπίω, ab Olympo παρωνύμιος. Cleostrata, κλειοστράτη, factò nomine de gloria militari. Pardaliscā ancillæ nomen, à pardali, fera uaria, diuersicolore. Murrina, μύρρινα ἀπὸ τῆς μύρρας, quam murrā dixerunt. Stalino qui fit, aut unde factus, fateor me ignorare. Est uerbum Ἰάλλω. est aliquid ἰαλίς. sed ille ἰαλίω, quis? quæramus igitur. Alcefimus, ἀλκεσίμω, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς.

## I N P R O L O G O.

Ante argumentum prologus positus in nostro libro est. In quo integer legitur hic uersus. Antiqua opera, &c. in aliquibus exemplarib. omisus. In quo quidē, antiqua τετρασυλλάβως pronuntiandum, ut sit locus σιωπαιστήρ. Sunt autem uersus, ut solent in prologis, Senarij Iambici.

Alienum æs. ) Aut alienum æs, non collisissyllabis. aut æs, ἀνεργίμως pronuntiandum, quod magis puto. mutatores isti uersum fœdè corrumpere.

Cum latranti nomine. ) Is erit Marcus, quod habet initialē syllabam eius soni, qui est canum irritatorum. Fabulæ autē nomen Latinum est Casina. quod uocabulū, nisi fallor, significat scortillum. Nam κάσων scortum interpretantur: inde est κασίνα & duplicato νν, κασίννα. Sicut νέβη, κορίνα & κορίννα. ἦρ, ἦρίνα & ἦρίννα.

Est ei quidam. ) Aut ei pronuntiabitur priore syllaba longa, aut soluetur, qui, ut fiat, quidam, φισύλλαβω.

Filius autem arm. ) Hi at uersus, & διαίρεσιν requirit. Sed hæc iam deinceps parcius monebimus, relinquentes diligentiaē eorum, qui in his obseruandis non omnem operam ludi putauerint.

Reuertar ad ill. ) Sanè in hoc uersu, etsi numeri διαίρεσις possunt sustentari, deesse tamen syllabam puto, illam, post nomen hoc, puellam, aut in fine uersus, iam, ubi quidem erit δισύλλαβω.

Quasi umbra quoquò. ) Si quocunque, esset, simpliciter numeri progredierentur, qui sunt similes uersuum priorum Senarij Iambici: nunc διακριντέον posterius, quo, ut δισύλλαβω fiat.

Quid



*Quid in urbe rept.*) Manifesta scriptura. est aut ironia, ita neque mutato aduerbio, neq; inserta negatione opus fuerit.

*Abirus abi.*) *Abi* *μνοσδραβεν*. Quod sequitur, quam tu eius potitor fias, ne quid dissimulem, pro eo in nostro ueteri libro est, quam tu eius potior fias. quod indicandum putauit, ut de hoc qui uellet, cogitaret. Quamuis enim edita scriptura comoda esse uideatur, illam tamen ueterem non ausim simpliciter repudiare. Item sequenti in uersu, In laqueum induas: est & in nostro libro, & suspicor tamen abundare præpositionem in uerbo, & uerius esse, In laqueum duas.

*Ruri tu eruom.*) In nostro ueteri scriptura hoc loco liquida non est, et exarata sunt hæ literæ, acer: uenit igitur de acere in mentem, ut arbitraremur quærendum, scriptum ne reliquisset Plautus, nisi tu ruri acera com. Locutio autem est hoc loco *ἄλλοτῆτις*, ut intelligatur, nihil est. Quædam autem in his uersibus temerè & perperam quidam mutarunt: de quorum audacia nihil dicam, cum uera nos ediderimus. Redibo autem dixisse ueteres pro reddam, annotauit & Nonius, testatus etiam hunc locum Plauti.

*Non tu ut condignè te.*) Vera scriptura. Aliqui recubem mutarunt. aliqui tigna infererunt, de Festo, ut aiunt. attribuit autem casum nominis aduerbio, quod & Græci frequenter & Latini non raro fecerunt.

*St. tace.*) Vox silentium imperans. Huius autem scenæ & sententis uersus, numeros habent *συνηχυμῶν*. sunt autem *ῥίμφοι ἀνατάλλισοι* & *παρατάλλισοι*. De quorum integritate non nimium confido studio & diligentia meæ, nam in ueteri erant perturbatissimi. In alijs mediocrem nauatam à nobis operam esse spero.

*Myropolas omnes sol.*) Huius scenæ uersus & ipsi habent numeros confusiores. sunt autem *τετραμῆφοι*, aliqui admodum longè excurrentes, aliqui non prorsus expleri. Sed & de horum integritate atq; restitutione, nihil certi polliceri possum.

*Vnguenta dolent.*) Interpositum d, dirimendarum uocalium gratia. Et si, ut uerum fatear, in ueteri nostro legitur, unguenta adolent. sed illud adolent hoc loco non agnosco.

*Adest mecastor.*) Ita quidem in nostro scriptum est. Sed quod ediderunt aliqui, id est, nequaquam displicet. Paulo autem post legendum est, fieri id facias, quam aduersere contra, qua de re?

*Relinque aliquant.*) Ab hoc uersu reliqui huius scenæ, sunt manifesta ratione Trochaici Archilochij.

*Mirum ecastor.*) Legendum, Mirum mecastor.

*Cælibem esse te.*) Si legatur, tete, non sit necesse Iambum admittere hoc in uersu, qui est, ut alij huius scenæ, Trochaicus Archilochius.

*Emissim titiulitio.*) Emissim, id est, emerim, Festus titiulitium ait esse nullius significationis, ut apud Græcos *ομιδαφες* & *βιτιτυπι*, & adducit hunc uersum paulò aliter, hoc modo,

Non ego istud uerbum emsitim titiulitio.

*immò istunc.*) Desunt pauca uerba, in quibus restituendis nolimus impendere operam nostram, cum nihil haberet res difficultatis. nūc sic sensus sat bonus est, deficit aut uersus pedibus duob. Nā huius scenæ uersus & ipsi sunt Trochaici Archilochij.

*Iam mittam.*) Alij ponam, sed neq; hoc, neq; illud in nostro libro legitur, ubi hic uersus mutilus est.

*Vnum.*) Vt notam hanc fuisse intelligamus incisam ligno. Quæ quidem scriptura liquidè extat in nostro lib. & mox, alia fortis est apud Prisc. lib. 7.

*Canem & furcam.*) Ita manifestè scriptum est in nostro libro. Alij camum, id est, *καμύρι* ediderunt, sed illa est uera lectio.

*Delicuerit.*) Delicuerit, *τετρασουλάβως*. ad Cresphontis autem fraudem hæc referenda, de qua Pausanias Messeniæcis.

*Oblexis man.*) Ita quidem exaratum uerbū reperitur: sed quærendum, sit ne potius obiexis, id est obieceris.

*De labore pect.*) Vera scriptura, & sensu congruo, & numeris conuenientibus, neq; mutatione corrupenda.

*Atq; à me prod.*) Id est, domo nostra, ut, eamus ad me omnes. Versus sunt Senarij Iambici.

*Hunc Acheruntem.*) Acheruntem etiam dixerunt, ut antè indicauimus: certè prima nūc etiã in hoc nomine syllaba producitur.

*Lepidas, lolligiunculas.*) Ita in nostro hæc leguntur. Sed lolligiunculas uerum est: ut & Prisc. libro 3, docet. Lepidas autem dixit



dixit non *ἑπτακισμῶν* illos pisces, sed est hoc nomen certi generis, uel eorum qui *ἰπιδασταί*, uel uerius est, *lepadas*. quæ inter cocleas nominantur.

*Sciam nunc spec.*) Hi tres uersus utcumq; numeris quibusdam decurrūt. sed in nostro libro mendosi, & ut opinor, mutili sunt. ideoq; pro planè restitutis non habebuntur.

*Attate.*) Increpantis uox, liquidò scripta in nostro, et temerè ab audaculis istis mutata.

*Salue Cleostrata.*) Et hoc uersu syllabæ plusculæ, ut numeri procedant, cogendæ sunt: id quod iam dudum negligentius monemus.

*Vin' uocem.*) Si esset integrum, uis ne uocem? non in esse iam bi uiderentur, in uersu Trochaico. tales enim sunt uersus huius scenæ Archilochij quidem similes uersibus superioris scenæ.

*Ornata res est.*) Rest *εὐαγγελισμῶν*. Et mox uersus sunt huius scenæ Senarij Iambici.

*Non matronarum off. sm.*) Legendum, non matronarum est off. Restè autem scriptum, meretricium, & ita est in nostro ueteri, *λατ' ἰναλλὰ γλῶ*. Quale hoc, *νεστορίη παρὰ νηὶ πύλλυγι' ὁ βασιδῆος*.

*Larua ludificatus est.*) Appositione hæc constructa sunt, Vt illic scelus. Versus huius scenæ sunt Senarij Iambici.

*Vacuas ædis.*) Id est, uacuas ædes. liquidò scriptum ita in nostro codice, & numerorum ratio ita expedita est.

*Atq; occasio.*) Vera scriptura. Est autè locutio *συνδραστήριον*, ego, inquit, pereo: & occasio perit, id est amittitur.

*Nisi hæc meraçlo.*) Sic enim scribendum, & ita in ueteri nostro libro legitur, nisi quod, ut sæpe alibi, c pœnè detortum est in g. est igitur meraçlum, meraculum: ut uinclū, uinculum. Sed flore libyco quid? Sanè est scriptura hæc in nostro euidens. & quamuis scirem, florem liberi, esse uinū apud Plautum: tamen ueteris libri scripturā curauimus exprimi. Maluimusq; de illa studiosos quarere ac cogitare, quàm mutare inexplorata re, & facere flore liberi, præsertim cum de Libya fruges allatas legissemus in Festo. Sed rem in medio nunc quidem relinque mus, illa quidè monstra correctionū omittentes. Habēt aut uersus huius scenæ, cōfusiores numeros, quadratos illos quidè &

septenarios, siquidem rectè distincti sunt, de quo sanè non uolumus esse obligatam fidem nostram.

*Occisurum eum.*) Et postea, te occisurum ait. Hæc ueram esse scripturam, & Gellius docet, & Priscianus multis exemplis ad ductis, libro 9.

*ᾠδὴ*) Manifesta scriptura in nostro ueteri, & uera. Est autem confusio in uersibus huius scenæ similis superiori.

*Sed nimium lep.*) Si nihil deest, hic erit uersus *ἀίμαρ βῶτα ἰαμβικά* κατὰ συνήθειαν, ut fiat dissimulant. Alij autem huius scenæ *ῥίμαρ βῶτα* sunt, hisq; sequentis scenæ uersus similes.

*Corbitant.*) Alij scripsere Corbitant, à corbita grandiore nauioneraria: sed potest à coruis esse, & ratio numerorum mediam syllabam collidit.

*Atq; adeò haud sitio.*) Infererunt quidam, parum, sine causa. Nam ita uehementer se esurire dicit uillicus, ut sitim nullam sentiat. Versus autem habent numeros quadratos & septenarios, ratione quadam implicatiore, de quibus rem in medio relinquimus.

*Impercito.*) Euidens scriptura in nostro libro hæc est. Sicut in Amphitruone, atque tibi imperce: id est, ne sis erga hanc inclementior. Et mox, melliculum: ita & in nostro legitur. Sed Priscianus lib. 3. melculum uidetur legisse, à melle: sicut à felle, felculum: à uere uerculum.

*Accepte bene & commodè.*) Versus sunt *ῥίμαρ βῶτα ἰαμβικά*, & habent *καταλόγους*.

*Irridiculum.*) Appositione, idest, ludibrium sumus. Scenæ sequentes & uersus multos mendosos & mutilos habet, & multa passim desunt, de industria ne omissa, an fortuito amissa, nescio. In his igitur restituendis experiri studium nostrum nolumus.

*Spectatores quòd.*) Clausula gregis scenici. Versus hi sunt Trochaici Archilochij.

*Teuchonico.*) Nescio quid nominis hoc dicam esse. et in ueteri nostro scriptura erat minus plana. *τεχώνιον*, erat de mœnibus *τεχώνιον*, ab armis esse potest. Teuthonicus nescio quid. *τεθύνιον*, Tethynicus, ut propè est in nostro, *ἀπὸ τεθύου τῆς θαλάσσης*, **ni**  
**CISTEL**



## CISTELLARIA

## DRAMATIS PERSONAE.

SILENIUM	meretrix.
GYMNASIUM	meretrix.
LENA.	
AVXILIVM	prologus.
MELÆNIS	lena.
ALCESIMARCHVS	adolescens.
LAMPADIO	seruos.
PHANOSTRATA	uxor.
HALISCA	ancilla.
DEMIPHO	senex.

## CATERVA.

## ARGVMENTVM.

Comprimit adolescens Lemnius Sicyoniam.  
 Is redit in patriam, & gnatam generat nuptijs.  
 Sicyonia parit æquè puellam, hanc seruolus  
 Tollit, atq; exponit, & ex insidijs aucupat.  
 Eam sublatam meretrix alij detulit.  
 Lemno post rediens ducit, quam compresserat,  
 Lemniq; natam despondit adolescentulo  
 Amore capto illius proiecticiæ.  
 Requirens seruos, reperit, quam proiecerat.  
 Itaq; lege hanc, & ritè ciuem cognitam  
 Alcesimarchus, ut erat nactus, possidet.

## SILENIUM, GYMNASIUM,

meretrices. LENA.



VMego antehac te amavi, & mihi amicam  
 esse creui (mihi hodie  
 Mea Gymnasium, & matrem tuam: tum id  
 Aperuisti, tu atq; hæc soror si mea esses.  
 Qui magis potueris mihi honorem ire habitū

¶ 5 Nescio,

- Nescio, nisi ut meus est animus, fieri  
 Non posse arbitror, ita omnibus relictis rebus  
 Mihi frequentem operam dedistis. eò ego uos  
 Amo, & eò à me magnam inistis gratiam.
- GY. Pol istoc quidem nos precio est facile  
 Frequentare tibi, utilesq; haberi,  
 Ita in prandio nos lepidè atq; nitidè  
 Accepisti apud te, ut semper meminerimus.
- SI. Lubentiq; edepol animo factum, & fiet à me  
 Quæ uos arbitrabor uelle, ea ut expetam.
- GY. Quod ille dixit, qui secundo uento uectus est,  
 Tranquillo mare, uentum gaudeo ecastor ad te.  
 Ita hodie hic acceptæ sumus suauibus modis.  
 Hec nisi disciplina apud te fuit quicquam,  
 Ibi quin mihi placeret. SI. quid ita amabo?
- GY. Rarò nimium dabat quod biberem, id merum  
 Infuscabat. LE. amabo hiccine istud decet?
- GY. Iusq; fasq; est, nemo alienus hic est. SI. merito  
 Vestro amo uos, quia me colitis & magnificatis.
- LE. Decet pol mea Silenium, hunc esse ordinem  
 Beneuolentem inter se, beneq; amicitia utier:  
 Vbi istas uideas summo genere natas,  
 Summatis matronas, ut amicitiam colunt,  
 Atq; ut eam iunctam bene habent inter se.  
 Si idem istud nos faciamus, si idem imitemur,  
 Ita tamen uix uiuimus cum inuidia summa,  
 Suarum opum nos uolunt esse indigentes,  
 Nostra copia nibilo uolunt nos potesse,  
 Suiq; omnium rerum nos indigere,  
 Ut sibi simus supplices. eas si ad eas,  
 Abitum, quàm aditum malis: ita nostro ordini  
 Palàm blandiuntur: clàm si occasio usquam est,  
 Aquam frigidam subdolè suffundunt.



Viris cum suis prædicant nos solere,

Suas pellices esse aiunt, eunt depressum.

Quia nos libertinæ sumus, & ego & tua mater ambæ

Meretrices fuimus, illa te, & ego hanc mihi educaui,

Ex patribus conuentus, ego neq; hanc superbiæ causa

Repli ad meretricium questum, nisi ut ne ego esurirem.

SI. At satius fuerat eam uiro dare nuptum potius. LE. etiam

Hec quidem ecastor cotidie uiro nubit, nupsitq; hodie,

Nubet mox noctu, nunquam ego hanc uiduam cubare fui.

Nam si hec non nubat, lugubri mihi fame familia percat.

GY. Necessè est, quo tu me modo uoles esse, ita esse mater.

LE. Ecastor haud me pœnitet, si ut dicis, ita futura es.

Nam si quidem ita eris, ut uolo, nunquam: etate hecata fies,

Semperq; istam quam nunc habes etatulam obtinebis,

Multisq; damno, & mihi lucro sine meo sepe eris sumtu.

GY. Dij faxint. LE. sine opera tua nihil di horunc facere possunt.

GY. Equidem hercle addã operam sedulo. sed tu inter istæ uerba

Meus oculus, mea Silenium, nunquam ego te tristio rem

Vidi esse. quid cedo te obsecro tam abhorret hilaritudo?

Neq; munda adæquè es, ut soles. hoc sis uide, ut petiuit

Suspirium altè? & pallidula es. eloquere nobis utrunq;

Et quid tibi est, & quid uelis nostram operam, ut nos sciamus.

Noli obsecro lacrimis tuis mihi exercitum imperare.

SI. Mea excrucior mea Gymnastiũ, malè mihi est: malè macror,

Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine.

Quid dicam, nisi stultitia mea me in mœrorem rapit.

GY. Indidem unde oritur facito, ut facias stultitiam sepelibilem.

SI. Quid faciam? GY. in latebras abscondas pectore penitissimo

Tuã stultitiã sola facito, ut scias sine arbitris. SI. at mihi (secro?

Cordoliũ est. GY. quid id? unde est tibi cordoliũ, cõmemora ob

Quod neq; ego habeo, neq; quisquã alia mulier, ut perhibet uiri.

SI. Si quid est, quod doleat, dolet: si aut nõ est, tamẽ hoc hic dolet?

GY. Amat hec mulier. SI. ho an amare occipere amarũ est? obsecro.

Namq;

- GY. Nam ecastor amor & melle & felle est foecundissimus:  
Gustu qui dat dulce, amarum ad satietatem usq; oggerit.
- SI. Ad istam faciem est morbus, qui me, mea Gymnasiū, macerat.
- GY. Perfidiosus est amor. SI. ergo in me peculatum facit.
- GY. Bono animo es, erit isti morbo melius. SI. confidam fore,  
Si medicus ueniat, qui huic morbo facere medicinam potest.
- GY. Veniet. SI. spissum istud amanti est uerbum, ueniet, nisi uenit:  
Sed ego mea culpa & stulticia peius misera maceror.  
Quia ego illum unum mihi exoptauī, qui cū etatem degerem.
- GY. Matrone magis conducibile est istuc, mea Silentium,  
Vnum amare, & cum eo etatem exigere, cui nupta est semel.  
Verum enim meretrix fortunati est oppidi simillima,  
Non potest suam rem obtinere sola sine multis uiris.
- SI. Hoc uolo agatis, qua accersita causa ad me estis eloquar.  
Nam mea mater, quia ego nolo me meretricem dicier,  
Obscuta est, de ea re gessit morem morigeræ mihi,  
Ut me, quem ego amarem grauitè, sineret cum eo uiuere.
- LE. Stultè ecastor fecit: sed tun' unquam cum quiquam uiro  
Consueuisti? SI. nisi quidem cum Alcesimarcho nemine,  
Neq; pudicitia meā mihi alius quisquā imminuit. LE. obsecro  
Quo is homo insinuauit pacto se ad te? SI. per Dionysia.  
Mater pompam me spectatum duxit: dum redeo domum,  
Conspicillo consecutus est clanculum me usq; ad fores.  
Inde in amicitiam insinuauit cum matre, & mecum simul  
Blādicijs, muneribus, donis. GY. mihi istum hominē uellem dari,  
Ut ego illum uorsarem. SI. quid opus est uerbis? consuetudine  
Coepti amare contrā ego illū, & ille me. LE. ô mea Silentū. SI.
- LE. Assimulare amare oportet. nam si ames extempulò, (quid est?  
Melius illi multo, quem ames, consulas, quā rei tuæ.
- SI. At ille conceptis iurauit uerbis apud matrem meam,  
Me uxorem ducturum esse: ei nunc alia ducenda est domum,  
Sua cognata Lemniensis, quæ habitat hic in proximo.  
Nam cum pater eius subegit: nunc in ea mater irata est mihi.

Quia



- Quia non redierim domum ad se, postquã eã rem rescuerim,  
Eũ uxorem ducturum esse aliam. LE. nihil amare iniurium est.
- SI. Nunc tu amabo, ut hanc triduum hoc solũ finas  
Esse, & hic seruare apud me: nam ad matrem accersita sum.
- LE. Quãquã mihi istud erit molestum triduum, & damnũ dabis,  
Faciam. S. I. facis benignè & amicè: sed tu Gymnasium mea,  
Si me absente Alcesimarchus ueniet, nolito acriter  
Eum inclamare: ut ut erga me est meritus, mihi cordi est tamen.  
Sed amabo tranquille, ne quid, quod illi doleat, dixeris.  
Accipias: clavis, si quid tibi opus est, erit promptu, promito.  
Ego uolo ire. GY. ut mihi exciuisi lacrimas. SI. Gymnasium  
Bene uale. GY. cura te amabo, siccine immunda obsecro (mea,  
Ibis? SI. immundas fortunas æquum est squalorem sequi.
- GY. Amiculum hoc sustolle saltem. SI. sine trahi, cum egomet trahor.
- GY. Quando ita tibi lubet, uale atq; salue. SI. si possim, uelim.
- GY. Nunquid me uis mater intrò quin eam? ecastor mihi  
Visa amare. LE. istoc ergo auris grauitè obtundo tuas,  
Ne quem ames, abi intrò. GY. nunquid me uis? LE. ut ualeas.  
GY. uale.

## L E N A.

**I**dem mihi, magnæ quod parti est uicium mulierum,  
Quæ nunc quæstum facimus, quæ ubi saburrata sumus,  
Largiloquæ extemplò sumus, plus loquimur, quàm sat est.  
Nam illanc ego olim, quæ hinc flens abijt, paruolam  
Puellam, proiectam ex angip ortu sustuli.  
Adolescens quidam hic est apprimè nobilis.  
Quin ego nunc quia sum onusta mea ex sententia,  
Quiaq; adeò me compleui flore Liberi,  
Magis libera uti lingua conlibitum est mihi,  
Tacere nequeo misera, quod tacito usus est.  
Sicyone summo genere ei uiuit pater,  
Is amore miserè hanc deperit mulierculam,  
Quæ hinc modò flens abijt. contrà amore hæc perditast.

Eam meæ ego amicæ dono huic meretrici dedi.  
 Quæ sepe mecum mentionem fecerat,  
 Puerum aut puellam alicunde ut reperirem sibi,  
 Recens natum eapse, quod sibi supponeret,  
 Vbi mihi potestas primum euenit illico  
 Feci eius eij. quod me orauit, copiam.  
 Postquam puellam eam à me accepit, illico  
 Eandem puellam peperit, quam me acceperat,  
 Sine obstetricis opera, & sine doloribus:  
 Item ut aliæ pariunt, quæ malum quærent sibi.  
 Nam amatorem aiebat esse peregrinum sibi,  
 Suppositionem eius rei facere gratia.  
 Id duæ nos sole scimus, ego quæ illi dedi,  
 Et illa quæ à me accepit, præter uos quidem.  
 Hæc sic res gesta est, si quis usus uenerit,  
 Meminisse ego hanc rem uos uolo, ego abeo domum.

AVXILIVM, PROLOGVS.

**V**Trunq; hæc, & multiloqua, & multibiba est anus,  
 Sati ne uix reliquit, deo quod loqueretur, loci:  
 Ita properauit de puellæ proloqui  
 Suppositione, quod si tacuisset, tamen  
 Ego eram dicturus deus, qui poteram planius.  
 Nam mihi est Auxilio nomen, nunc operam date  
 Vt ego argumentum hoc, uobis planè perputem.  
 Fuere Sicyoni iamdiu Dionysia.  
 Mercator uenit huc ad ludos Lemnius,  
 Isq; hic compressit uirginem adolescentulus,  
 Vinolentus in tenebris, multa nocte in uia.  
 Is ubi malam rem scit se meruisse, illico  
 Pedibus persugium peperit, in Lemnum aufugit,  
 Vbi habitabat tum: at illa quam compresserat,  
 Decimo post mense exacto hic peperit filiam.  
 Quoniam reum eius facti nescit qui fiet,



Paternum seruum sui participat consilij,  
 Dat eam puellam ei seruo exponendam ad necem.  
 Is eam proiecit, hæc puellam sustulit.  
 Ille clàm obseruauit seruus, qui eam proiecerat,  
 Quò aut quas in adis hæc puellam deferat,  
 Vt campse uos audistis confiterier.  
 Dat eam puellam meretrici Melenidi,  
 Eaq; educauit eam sibi pro filia  
 Bene ac pudicè. tum illic autem Lemnius  
 Propinquam uxorem duxit, cognatam suam.  
 Ea diem suum obiit, facta morigera est uiro.  
 Postquam ille uxori iusta fecit, illico  
 Huc commigravit, duxit uxorem hic sibi  
 Eandem, quam olim uirginem hic compresserat.  
 Et eam cognoscit esse quam compresserat.  
 Illa illi dicit, eius ex iniuria  
 Peperisse se gnatam, atq; eam se seruo illico  
 Deditse exponendam. ille extemplo seruolum  
 Iubet illum eundem persequi, si qua queat  
 Reperire quæ sustulerit. ei rei nunc suam  
 Operam usq; seruus dat, si possiet  
 Meretricem illam inuenire, quam olim tollere,  
 Quum ipse exponebat, ex insidijs uiderat.  
 Nunc quod reliquum restat, uolo persoluere,  
 Vt expungatur nomen, ne quid debeam.  
 Adolescens hic est Sicyoni, ei uiuit pater,  
 Is amore proiecticiam illam deperit,  
 Quæ dudum stens hinc abiit ad matrem suam.  
 Et illa hunc contrà, qui est amor suauissimus.  
 Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.  
 Pater adolescenti dare uult uxorem. hoc ubi  
 Mater resciiuit, iussit accersi eam domum.  
 Hæc res sic gesta est, bene ualete, & uinctio

Virtute uera, quod fecistis antidhac.  
 Seruate uostros socios, ueteres & nouos,  
 Augete auxilia uestris iustis legibus,  
 Perдите perduelles, parite laudem, & lauream,  
 Ut uobis uicti Poeni poenas sufferant.

ALCESIMARCHVS adolescens,  
 MELAENIS lena.

**C**redo ego amorem primum apud homines carnifici-  
 nam commentum,

Hanc ego de me coniecturam domi facio, ne foras queram,  
 Qui omnes homines supero, atq; antideo cruciabilitatib. animi,  
 Iactor, crucior, agitor, stimulator, uersor in amoris rota miser,  
 Exanimor, feror, differor, distrahor, deripior, ita nullam mentem  
 Animi habeo: ubi sum, ibi non sum: ubi non sum, ibi est animus.  
 Ita mihi omnia ingenia sunt, quod lubet, non lubet iam id con-  
 ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit, (tinuo.  
 Raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat, non dat, deludit:  
 Modò quod suasit, dissuasit: quod dissuasit, id ostentat.  
 Maritumis moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem  
 Animum: neq; nisi quia miser non eo pessum, mihi ulla abest  
 Perdito pernicies, ita pater apud uillam detinuit me hos dies  
 Ruri continuos, neq; licitum interea est, meam amicum uisere. (sex  
 Est ne hoc miserum memoratu?

- ME. Eo facetus, quia tibi alia est sponsa locuples Lemnia,  
 Habes, neq; nos factione tanta, quanta tu, sumus,  
 Neq; opes nostrae tam sunt ualidae quam tuae. ueruntamen  
 Haud metuo, ne iusurandum nostrum quisquam  
 Culpitet: tu iam si quid tibi dolebit, scias qua doceat gratia.  
 AL. Di me perdant. ME. quodcumq; optes, uelim tibi contingere.  
 AL. Si illam uxorem duxero mihi unquam, quam despondit pater.  
 ME. Et me, si unquam tibi uxorem filiam dederò meam.  
 AL. Periurare me patiere? ME. atq; aliquando facilius,  
 Quam me meamq; rem perire, & ludificari filiam.



Abi quere: ubi iuri iurando tuo satis sit subsidij.

Hic apud nos iam Alcesimarche confregisti tesseram.

AL. Face semel periculum. ME. sepe feci: quod factum queror.

AL. Redde mihi illā. ME. inter nouā rem uerbū usurpabo uetus.

Quod dedi, datum non uellem: quod reliquum est, non dabo.

AL. Non remissura es mihi illam? ME. pro me responsa tibi.

AL. Non remittes? ME. scis iam dudum omnem meam sententiam:

AL. Satin' tibi istuc in corde certum est? ME. quin ego commentor  
Non edepol istæc tua dicta nunc in auris recipio. (quidem.

AL. Non? hem quid agis? ME. igitur animum aduerte, ut quid agas,

AL. At ita me di deæq; superi atq; inferi, & medioximi, (scias.

Itaq; me Iuno regina, & Iouis supremi filia,

Itaq; me Saturnus patruus eius & Castor pater,

Itaq; me Ops opulenta illius auia. ME. immò mater quidem.

AL. Iuno filia, & Saturnus patruus, & summus Iuppiter,

Tu me delenis, propter te hæc pecco. ME. perge dicere.

AL. An' ne ut etiam quid consultura sis sciam? ME. perge cloqui,

Non remittam, definitum est. AL. enim uero ita me Iuppiter,

Itaq; me Iuno, & Saturnus ita quid dicam nescio.

Iam scio, immò mulier audi, meam ut scias sententiam.

Dei me omnes magni, minutiq; & patellarij

Faxint, ne ego dem uiuus hodie sauium Silenio,

Nisi ego te, tuamq; filiam, meq; hodie obtruncauero.

Postea autem cum primo luci cras nisi ambo occidero,

Et equidem hercle nisi perdatu tertio omnis afflixero,

Nisi tu illam remittis ad me. dixi quæ uolui, uale.

ME. Abijt intrò iratus. quid ego nunc agam? si redierit

illa ad hunc, ibidem loci res erit. ubi odium occoeperit,

illam extrudet, quum hanc uxorem Lemniam ducet domum.

Sed tamen ibo & persequar, amās ne quid faciat, cauto opust.

Postremò, quando æqua lege pauperi cum diuite

Non licet, perdam operam potius, quàm carebo filia.

Sed quis hic est, qui recta platea cursum hic tendit suum?

x

Et illud

Et illud pæneo, & hoc formido, ita tota sum misera in metu.

## LAMPADISCVS.

**A** Num sectatus sum clamore per uias.  
 Miserrimam habui. ut illec hodie quot modis  
 Sibi moderatrix fuit? atq; immemorabilis  
 Quot illi blanditijs? quid illi promisi boni?  
 Quot admoui illi fabricas? quot fallacias?  
 In quæstione uix exculpsi ut diceret,  
 Quia ei promisi me dolium uini dare.

PHANO STRATA, MELÆNIS,

## LAMPADISCVS.

- A** Vdire uocem uisa sum ante ædis modò  
 Mei Lampadisci serui. LA. non surda est hera.  
 Rectè audiuisti. PH. quid agis hîc? LA. quod gaudeas.
- PH. Quid est? LA. hinc ex hisce ædib. paulò prius,  
 Vidi excuntem mulicrem. PH. illam quæ meam  
 Gnatam sustulerat? LA. rem tenes. PH. quid postea?
- LA. Dico ei quo pacto eam ab Hippodromo uiderim,  
 Herilem filiam nostram sustollere.
- PH. Extimuit tum illa? ME. iam horret corpus, cor salit.  
 Nam mihi ab Hippodromo memini afferri paruulam  
 Puellam, eamq; me mihi supponere.
- PH. Age perge quæso, animus meus audire expetit,  
 Ut res gesta sit. ME. utinam exaudire non queas.
- LA. Pergo illam his alloqui dictis: illec anus  
 Fortuitò matrem ne se deserat, uocat.  
 Nam illec tibi nutrix est, ne matrem censeas.  
 Ego te reduco, & uoco ad diuitias, ubi  
 Tu collocere in luculentam familiam.  
 Vnde tibi talenta magna uiginti pater  
 Det dotis. non enim hic ubi ex Tusco modò  
 Tute tibi indigne dotem quæras corpore.
- PH. An amabo meretrix illa est, quæ illam sustulit?

Immò



- L.A.** Immò meretrix fuit. sed ut sit, de ea re eloquar.  
 Iam perducebam illam ad me suadela mea,  
 Anus ei amplexa est genua, plorans, obsecrans,  
 Ne deserat se, eam suam esse filiam,  
 Seq; eam peperisse sanctè adiurabat mihi.  
 Istanc quam quæris, inquit, ego amica meæ  
 Dedi, quæ educaret eam pro filiola sua.  
 Et uiuit, inquit. ubi ea est, inquam extempulò.
- PH.** Seruate me dei obsecro. **ME.** at me perditis.
- PH.** Quoi illam dedisset, exquisisse oportuit.
- L.A.** Quæ fui, & dixit meretrici Melenidi.
- ME.** Meum elocutus est nomen, interij, peri.
- L.A.** Vbi locuta est, ego continuo anum interrogo,  
 Vbi habitat inquam, duc ac demonstra mihi.  
 Aucta est, inquit, peregrè hinc habitatum. **ME.** obspat  
 Aquulam. **L.A.** quò aucta est, eò sequemur. siccine  
 Agis nugas? perijsti, ni hercle hoc edisseris.  
 Instare usq; adeò donec se adiurat anus  
 Iam mihi monstrare. **PH.** at non missam oportuit.
- L.A.** Seruatur, sed ille se quandam aiebat mulierem  
 Suam beuuoilentem conuenire etiam prius,  
 Commune qua cum id esset sibi negocium.  
 Et scio uenturam. **ME.** me indicabit, & suas  
 Ad meas miseras addet. **PH.** fac me consciam,  
 Quid nunc uis facere me? **L.A.** intrò abi, atq; animo bono es.  
 Vir tuus si ueniet, iube domi operirer,  
 Ne in quæstione mihi sit, si quid eum uelim.  
 Ego ad anum recurro rursum. **PH.** Lampadio obsecro  
 Cura. **L.A.** perfectum ego hoc dabo negotium.
- PH.** Deos teq; spero. **L.A.** eosdem ego uti abeas domum.
- ME.** Adolescens astra, atq; audi. **L.A.** men' mulier uocas?
- ME.** Te. **L.A.** quid negocij est? nam occupatus sum ampliter.
- ME.** Quis istic habitat? **L.A.** Demipho dominus meus.

- ME. Nemp̄e istuc est, qui Alcesimarcho filiam  
Suam despondit in diuitias maxumas?
- LA. Is ipsust. ME. eo tu, quam uos igitur filiam  
Nunc quæritatis alteram? LA. ego dicam tibi,  
Non ex uxore gnatam, uxoris filiam.
- ME. Quid istuc est uerbi? LA. ex priore muliere  
Nata inquam meo hero filia est. ME. certè modò  
Huius quæ locuta est, quære aiebas filiam.
- LA. Huius ego quero. ME. quo modo igitur obsecro,  
Hæc est prior, quæ nupta nunc est? LA. conteris  
Tu tua me oratione mulier quisquis es.  
Medioxima quam duxit uxorem, ex ea  
Nata est hæc uirgo, Alcesimarcho quæ datur,  
Ea uxor diem obiit. scis? ME. teneo istuc satis.  
Sed ego illud quero confragosum, quo modo  
Prior posterior sit, posterior sit prior?
- LA. Prius hanc compressit, quàm uxorem duxit domum.  
Prius grauida facta est, priusq; peperit filiam.  
Eam postquam peperit, iussit paruam proijci.  
Ego proieci eam, alia mulier sustulit:  
Ego inspectaui, herus hanc duxit post ibi.  
Eam nunc puellam filiam eius quærimus.  
Quid nunc supina sic iam coelum conspicias?
- ME. Inunc iam istuc quò properabas, nihil moror.  
Nunc intellexi. LA. dijs hercle habeo gratiam:  
Nam ni intellexes, nunquam credo amitteres.
- ME. Nunc mihi bonæ necessumst esse in gratijs,  
Quanquam esse nolo, rem palàm esse intelligo.  
Nunc egomet potius hanc inibo gratiam  
Ab illis, quàm illæc indicet me. ibo domum  
Atq; ad parentes redducam Sileniun.

MELÆNIS, ALCESIMARCHVS,  
SILENIUM.



**R**em elocuta sum tibi omnem, sequere me mea Silenium.  
 Ut eorum cuiam esse oportet te, sis potius quam mea.  
 Quamquam inuita te carebo, animum ego inducam tamen,  
 Ut illud, quod tuam in rem bene conducatur, consulam.  
 Nam hic crepundia insunt, quibus cum te illa olim ad me detulit,  
 Quae mihi dedit, parentes te ut cognoscant facilius.  
 Accipe hanc cistellam Halisca, agedum pulsa illas fores.  
 Dic me orare, ut aliquis intus prodeat, propera ocyus.

**AL.** Recipe me ad te mors, amicum & beneuolū. **SI.** mater mea;  
 Perimus miseræ. **AL.** utrum hanc me feriam, an ab læua latus.

**ME.** Quid tibi est? **SI.** Alcesimarchū non uides ferrū tenentē manu?

**AL.** Ecquid agis? remorare, lumen linque. **SI.** amabo accurrite,  
 Ne se interimat. **AL.** o salute mea salus salubrior.  
 Tu nunc siue ego uolo, seu nolo, solam me ut uiuam facis.

**ME.** Hau uoluiti istuc seuerum facere? **AL.** nihil mecum tibi,  
 Mortuus tibi sum, hanc ut habeo certum est non amittere.  
 Nā hercle iam ad me agglutinandam totam decretū est dare.  
 Vbi estis serui? occludite ædis pessulis, repagulis,  
 Vbi hanc ego tetulero intra limen. **ME.** abiit, abstulit  
 Mulierem: ibo persequar iam illum intrò, ut hæc ex me sciat:  
 Eadem sic possum tranquillum facere ex irato mihi.

## ACTVS QVARTVS.

LAMPADISCVS seruus, PHA-  
 NOSTRATA mulier,

**N**vllam ego me uidisse credo magis anū excruciablem,  
 Quam illec est, quæ dudum facta est mihi, quæ ne infir-  
 cias eat?

Sed eccā herā uideo, sed quid hoc est, hæc quòd cistella hic iacet  
 Cum crepundijs: nec quenquam conspicio alium in uia.

Faciendum est puerile officium, conquiniscam ad cistulam.

**PH.** Quid agis Lampadio? **LA.** hæc cistella num' nam hinc à nobis  
 Nā hinc ab ostio iacentē sustuli. **PH.** quid nuncias (domo est?)

Super anu? LA. scelestiorem in terra nullam esse alteram.

Omnia inficias ire ea quæ dudum confessa est mihi.

Nam hercle ego illā anū irridere me ut sinam? satius est mihi,

Quouis exitio interire. PH. di obsecro uostram fidem. (dia

LA. Quid deos obsecras? PH. seruate nos. LA. quid est? PH. crepundia  
Hæc sunt, quibuscum tu extulisti nostram filiolum ad necem.

LA. Sana ne es? PH. hæc sunt profecto. LA. pergin? PH. hæc sunt.  
Alia mulier istoc pacto dicat, dicam esse ebriam. (LA. si mihi

PH. Non ecastor falsa memoro. nam obsecro unde hæc gentium?

Aut quis deus obicit hanc ante ostium nostrum? quasi

Dedita opera in tempore ipso, spes mihi sancta subuenit.

HALISCA ancilla. LAMPADISCVS seruus,

PHANOSTRATA mulier.

HA. **N**isi quid mihi opis

Di dant, disperij, neq; unde auxilium expetam habeo,

Itaq; petulantia mea me animi miseram habet.

Quæ in tergum meum ne ueniat, malè formido.

Si hera mea sciat, tam socordem esse quàm sum,

Quam ne in manibus tenui atq; accepi hic ante ædis

Cistellam, ubi ea sit nescio, nisi, ut opinor,

Loca hæc circiter excidit mihi. mi homines,

Mi spectatores facite indicium, si quis

Vidit, si quis eam abstulerit, quis ue

Sustulerit, et utrum hæc, an illac iter insliterit.

Non sum scitior, quæ hos rogem, aut quæ fatigem,

Qui semper malo muliebri sunt lubentes.

Nunc uestigia si quæ sunt, noscitabo.

Nam si nemo hæc præterijt, postquam intrò abij,

Cistella hic iaceret, quid hic perijt opinor,

Actum est, ilicet me ilicem et scelestam.

Nulla est, neq; ego sum usquam, perditam perdidit me.

Sed pergam ut cæpi, tamen queritabo.

Nam et intus pauco, et foris formido, ita nunc



Vtrobique me metus agitat, illo sunt hominis miserè  
 Miseri ille nunc letus est, quisquis est, qui illam habet.  
 Que neque illi quicquam usui sit, mihi esse potest.  
 Sed memet moror, quum hoc ago secordius.  
 Halisca hoc age, ad terram aspice, et dispice,  
 Oculis inuestiges, astute augura. L.A. her a.

PH. Hem, quid est? L.A. hæc est. PH. quis? L.A. qui hæc excidit cistel  
 Certè eccum locum signat ubi ea excidit. PH. apparet. (La?

HA. Sed is hæc ijt, hæc focci uideo uestigium  
 In puluere: persequar hæc, in hoc iam loco cum altero  
 Constitit. hic meis turbo oculis modò se obiecit.  
 Neque prorsum ijs hac, hic stetit, hinc illuc exiit, hic  
 Concilium fuit, ad duos attinet. hi qui sunt?  
 Atat singulum uideo uestigium, sed is hæc abiit.  
 Contemplabor, hinc huc ijt, hinc nusquam abiit.  
 Actam rem ago, quod perijt, perijt, meum corium  
 Cistella, redeo intrò. PH. Mulier mane, sunt  
 Qui uolunt te conuentam. HA. quis me reuocat?

L.A. Bona scemina, et malus masculus uolunt te. HA. postremò ille  
 Plus qui uocat, scit quod uelit, quam ego que uocor, reuertor.  
 Eequem uidisti querere hic, amabo, in hac regione  
 Cistellam cum crepundijs, quam ego hic amisi misera?  
 Nam dudum ut accurrimus ad Alcesimarchum, ne suam uitam  
 Interimeret, tum mihi puto præ timore hic excidisse (ruper.  
 Cistellã. L.A. hæc mulier nostra est, quin operã damus her a pa

HA. Disperij misera, quid ego her a mea dicã, que me opere tanto  
 Seruare iussit, qui suos Silenium parentes  
 Facilius posset noscere: que her a mea supposita est parua,  
 Quam quedam meretrix ei dedit. L.A. nostrã hæc fabulatur;  
 Hanc scire oportet filia tua ubi sit, signa ut dicit.

HA. Nunc eã uolt suæ matri et patri, quibus nata est, reddere ultrò,  
 Mi homo obsecro alias res geris, ego tibi meas res mando.

L.A. Istuc ago, atque istuc mihi cibus est quod fabulare.

- Sed inter rem istam agendā, heræ huic respōdi quod rogabat.  
Nunc ad te redeo, si quid est opus dic, impera: & tu  
Quid queritabas? HA. mi homo, & mea mulier uos saluto.
- PH. Et nos te. sed quid queritas? HA. uestigium hic requiro,  
Quā aufugit quædā nescio quō mihi. PH. quid id, quid id nā ē?
- HA. Alienum quod damnum afferat, & mœrorem familiarem.
- LA. Mala merx heræ hæc, & callida est. PH. ecce ita uidetur.
- LA. Imitatur nequam bestiā, & damnificam. PH. quam nā amabo?
- LA. Inuoluolum quæ in pampini folio intorta, implicat se,  
Itidem hæc exorditur sibi intortam hic orationem.  
Quid queritas? HA. cistellam hic mihi adolescens euolauit.
- LA. In caueam latam oportuit. HA. non edepol præda magna.
- LA. Mirum quin grex uenaliū in cistella infuerit unā. (fuerit.
- PH. Sine dicat. LA. si dicat quidem. PH. age loquere tu quid ibi in-
- HA. Crepūdia una. LA. est quidā homo, qui illam ait se scire ubi sit.
- HA. At pol ille a quadam muliere, si eam monstret, gratiam incat.
- LA. At sibi ille quidam uolt dari mercedem. HA. at pol illa quædam  
Quæ illam cistellam perdidit, cuidam negat esse quod det.
- LA. At enim ille quidam argentum expetit. HA. at nec quicquam ar-  
gentum expetit.
- LA. At pol ille quidam, mulier, in nulla opera gratuita est.  
Commoda loquelam tu tibi, nunc prodimus & confitemur  
Cistellam habere. HA. at uos salus seruasit. ubi ea nunc est?
- PH. Saluam eccam. sed ego rem meam magnam confabulari  
Tecum uolo: sociam te mihi adopto ad meam salutem.
- HA. Quid istuc negocij est? aut quis es? PH. ego sum illius mater  
Quæ hæc gestitauit. HA. hiccine tu ergo habitas? PH. ariolart.  
Sed quæso ambages mulier mitte, atq; hoc age,  
Eloquere unde hæc sunt tibi citò crepundia.
- HA. Mea hæc herilis gestitauit filia.
- LA. Mentiris. nam mea gestitauit, non tua.
- PH. Ne obloquere. LA. tacco. mulier perge dicere,  
Vbi ea est, quæ gestitauit? HA. hic in proximo.



- PH. Istic quidam edepol mei habitat uiri gener.  
 LA. Nē.PH.obloquere,rursus perge porrò dicere.  
 Quot annos nata dicitur?HA.septem & decem.  
 PH. Mea est.LA.ea est,ut numerus annorum attulit.  
 Quid qua \* \* iam quero meam.  
 Pol \* \* sunt quero tertiam.  
 PH. Quod quæritabam,filiam inueni meam.  
 HA. Aequum est tenere per fidem quod creditum est.  
 Ne bene merenti sit malo benignitas  
 Nostra,hæc alumna est profectò filia.  
 Et redditura hera est tibi tuam,& ea gratia  
 Domo profecta est:ceterum ex ipsa obsecro  
 Exquirite,ego serua sum.PH.aequum postulas.  
 Illius ego istanc esse malo gratiam.  
 HA. Sed istanc cistellam te obsecro ut reddas mihi.  
 PH. Quid sit Lampadio?LA.quod tuum est,teneas tuum.  
 PH. At me huius miseret.LA.sic faciundum censeo.  
 PH. Da cistellam tu.& intrò abi cum istac simul.  
 LA. Tibi auscultabo,tene tu cistellam tibi.  
 Abeamus intrò.sed quod nomen est tuæ  
 Domine:HA.Melenis.PH.i præ,iam ego te sequar.

## ACTVS QVINTVS.

DE MIPHOSenex, LAMPADIO seruus.

- Q**uid hoc negocij est,quod omnes homines fabulantur  
 per uiam,  
 Mihi esse filiam inuentam,& Lampadionem me in foro  
 Quæsiuisse aiūt?LA.here unde is?DE.ex senatu.LA.gaudeo  
 Tibi mea opera liberorū esse amplius.DE. etenim non placet.  
 Nihil moror aliena mihi opera fieri pluris liberos.  
 Sed quid istuc est?LA.propera ire intrò huc ad affinem tuum,  
 Filiam tuam iam cognosces.intus ibidem uxor tua est.  
 DE. Abi citò,præuorti hoc certumst rebus alijs omnibus.

**N**E expectetis spectatores, dum illi huc ad uos eant,  
Nemo exibat, omnes intus conficiunt negotium.  
Vbi id erit factum, ornamenta ponent. post id ea loci  
Qui deliquit, uapulabit: qui non deliquit, bibet.  
Nunc quod ad uos spectatores reliquum relinquitur,  
More maiorum date plausum postrema in comœdia.

Finis Cistellarix.

ANNOTATIONES.



Omen habet fabula à cistella, quam amittit in hac ancilla, & reperit mulier, mater eius puellæ, cuius in illa crepundia inerant. Ita agnoscitur amica adolescentis, & illi nubit. argumentum est simplex, & admodum tenue. Insertus est motus infani amoris. Nomina autem personarum dramatis hæc sunt. Silenium, *σιλώνιον*, deminutum ἀπὸ τοῦ σιλώνος. Quod Lucretius li. 4. nomen memorat. Simula, *σιλών* ac satyra est. Gymnasium, γυμνάσιον iocose inditum meretrici nomen, ut apud Lucianum cui-dam Palestrix. Melænis, *μυλαενίς*, patronymica forma, à nigredine. Alcesimarchus, *ἀλκυσίμαρχος*, de robore & imperio factum nomen. Lampadio, *λαμπάδιον*, à face. Phanostrata, *φανοστράτη*, significationem habet claritatis militaris. Halisca, *αλισκῆ*, & memoratur masculinum *άλισκος*, sicut *συγλίσκος*, sed factum alia ratione. Nam hoc à nomine deminutum, illud à uerbo dictum fuit, sicut *ἀρίσκος* ab *ἀρίσκω*. Demipho est *δημοφῶν*, sicut *ἀντιφῶν*, *ἐπιφῶν*, *ιοφῶν*. Quæ omnia habent significationem *φαιότητος*, id est splendoris, ut Grammaticis placet.

Amicam esse creui.) Priscianus interpretatur libro 10. uidi. sed est potius iudicauit: uel ut Varro interpretatur, constituit. Vbi tamen est scriptura in editis libris corrupta. Sic etiam interpretatur, cernere hæreditatem, cum hæres constituat se a dire illam uelle, dici eum cernere: & cum id fecerit, creuisset.

Et



Esti paulo antè sic explicat hanc locutionem, ut uideatur indicare (nam ibi etiam liber est mutilus) in testamentis hoc ascribi solitum, cernito. id est, facito uideant te esse hæredem, Cernere autem, nescio quid sequutus, interpretatur Nonius, cedere. unde (inquit) cernere hæreditatem filij patribus, id est, cedere dicti sunt. Immodò cernunt illi patribus hæreditatem, id est, hæredes sunt patrum. Hac sermonis figura & Cicero est usus sæpius, quam librarij imperiti ferè corruerunt. Versus autem huius scenæ sunt *Spursum*, numeris confusis, usque ad illum, Quia nos, libertinæ s. à quo deinceps manifestior est ratio Septenariorum, ad illum usque, Mea excrucior mea Gymnasium. Vnde sunt ad finem usque huius scenæ Trochaici Archilochij.

*Tranquillo mare.*) Ut in communi mare, pro mari, antiqua consuetudine. in nostro, ira quidem legitur planè: in Varro-  
ne tamen editum est, tranquillo mari. Ouidius de Ponto libro quarto:

Et prius hic nobis nimium conterminus Ister,

In caput Euxino de mare uertet iter.

*Ex patribus conuentus.*) Ita est in nostro quidem, sed cum rasura, quæ mihi solet scripturam reddere suspectam. Sed nihilo tamen melius est, id quod supposuerunt audacissima mutatione conticuis. Mihi attendenti animum ad ductus litterarum in ueteri libro, uenit in mentem, fortasse Plautum scriptum reliquisse, ex patribus commentiticijs. nam alienas filias illæ meretrices educauerant.

*Nunquam atate Hecata.*) Edidimus scripturam nostri codicis, sensu euidente. Esti Hecate ibi est scriptum. Neq; tamen improbo alteram lectionem *et inanis*.

*Tam abhorret hilaritudo.*) Ea est hilaritas, ut & in Milite, anno tante Nonio. non autem, tam tam, legendum repetitum, sed alterum inducendum est.

*Mibi exercitum imperare.*) Iocus Plautinus, id est, me habere exercitum. id est, exercere & commouere. scelerata autem audacia & hæc corruerunt mutantis isti, qui prostituerunt Plautum uerius, quam ediderunt.

*Mea exercit. mea.*) Repetitum pronomen *ἐμφανικῶς*, quod non animaduertentes quidam supposuerunt, malè.

*Neq; pudicitiam.*) Hic uersus ita sunt distinguēdi, prioris ut finis sit, obsecro; sequentis initium, Quo is homo se inf.

*Exemplò.*) Vnde postea, *exemplò*. quod non animaduertētes, sine causā uerba transposuerunt.

*Nam cum pater eius subegit.*) Per *ἐπινοωαίφας* hoc in uersu numeri procedunt.

*Nihil amare iniur.*) In nostro est, nihil amore iniurium est, sensu nihilo euidentiore. Sequens autem proxime uersus non est integer.

*Eum conclam.*) Perperam exaratus est hic uersus, secundum igitur uetus exemplum ita legetur,

Eū inclamare, utur erga me deest meritis, mihi cordi est tamen.

*Idem mihi mag.*) Idem mihi, dactylus. Sunt autem huius scenę uersus Senarij Iambici.

*Quod tacito.*) Edidimus scripturā nostri libri, sed: Quo tacito fortasse uerius, certè minus inusitatum.

*Nam mihi est auxilio.*) Persona adhibita extra argumentum *πρὸ τακτικῶν*, ad indicationem quorundam, quorum fabulæ actio cognitionem requireret. Versus sunt & huius scenę Senarij Iambici.

*Pœni pœnas sufferant.*) Expressa de ueteri libro scriptura: *neq;*, ut opinor, mutanda, ut quidam fecere, nescio quid de Nonio afferentes. sufferre autem pœnas, figura sermonis Latini nota est.

*Cruciabilitatibus.*) Vt facilitas, agilitas, ita facta est à Plauto Cruciabilitytas. Versus huius scenę aliquot sunt quadrati, consusis pedibus.

*Est hoc ne.*) Scribendum, Est ne hoc, ut in antiquo libro legitur. Distinguendi autem uersus ita, ut hæc sit clausula *τιράμειδων συγκυρμάων*. Est ne hoc miserum memoratu, *ἀμιφὸς κατὰ ἀρχαίως*. Et sequentes deinceps usque ad finem huius scenę, Trochaici Archilochij: qui sunt, ut iam sæpe dictum est, *τιράμειδων κατὰ ἀρχαίως*, hoc modo,

Eo facetus, quia tibi alia est sponsa locuples Lemnia.

Habeas.



Habeas. neq; nos factione tanta, quanta tu sumus:  
 Neq; opes nostræ tam sunt ualidæ, quàm tuæ. uerum tamen  
 Haud metuo, ne iusiurandum nostrum quisquam culpitet.  
 Tu iam, si quid tibi dolebit, scias qua doleat gratia.

Et me, si nunquam tibi.) Inerit ita Iambus in Trochaico. hoc uis  
 taretur transpositis uerbis, hoc modo, si tibi nunquam.

Quod reliquum est.) Aut erit & in hoc Iambus uersu, aut retine  
 bitur in reliquum: aut *Αισχυροει* pronunciabitur reliquum *ἄισχυρος*.

*Delenis.*) Delenire & delinire, idem uerbum est, mutata litera  
 e in i, quod usu frequentis. apud Latinos fuit. hoc non confi-  
 derantes, hic etiam mutarunt ueram scripturam. Significat au-  
 tem ueteribus delinire, turbare: ut Amphitruone, Delinitus  
 sum profecto ita, ut me, qui sim, nesciam. Nonius interpreta-  
 tur, mente alienatus sum.

Itaq; me Iuno & Sat.) Expressus est fideliter hic uersus de uete-  
 ri nostro codice. Quod autem aliqui infulserunt, Rex aliqui,  
 nescio quid etiam præterea, de eo ipsi uiderint. Nostra scriptu-  
 ra, neq; sensu, neq; uerbis, neq; numeris incongrua est.

Dei me omnes.) Hic uersus plenus & integer non est. Proximè  
 autem hunc sequens, expletus de coniecturis.

Cum primo luci.) Ita planè in ueteri nostro libro scriptum repe-  
 ritur: & docet Nonius, lucem in genere etiam masculino repe-  
 riri. Luci autem, sicut parti, in ablatiuo, mutata e in i.

Perdatu tertio.) Quæ reperimus in nostro, ea iussimus expri-  
 mi. etsi illud, perdatu, quale dicā esse, & an credam hoc nomen  
 in significatione perditionis ita finxisse Plautū, nescio. Sed ma-  
 lui relinquere dubium lectorem, linguæ Latinæ & Plautinæ  
 lectionis studiosum, quàm falsa mutatione securum reddere.  
 Etiam hoc in mentem uenit, fortasse in archetypo fuisse peren-  
 dinatu, & irrepsisse de interpretatione in uersum, tertio. Sed  
 hæc in medio relinquimus.

Qui recta platea.) Qui, *Αισχυροει* pronunciabitur, aut platea  
 Iambum habebit. nisi malit aliquis producto pronomine, hic  
 plateæ mediam syllabam corripere, sicut choream, media bre-  
 uis protulerunt.

Quia

*Quia ei promisi me dol.*) Vera lectio expressis omnib. de ueteri libro. Quid igitur modiolus sibi uelit, non uideo. Est autem in locutione *ἠαλλὰχρῶ*, promisi me dare: id est, daturum esse. ut, Vxo rem decreerat sese dare mihi hodie: id est, daturum esse. Versus sunt huius scenæ Senarij Iambici.

*Mei Lampadis ci.*) Non de Lampadione, sed quasi de lampade fecit diminutione Lampadiscum. sunt & huius scenæ uersus Senarij Iambici. In hoc autem, quod editum est, Non surda est hera, numerus quidem congruit, sed sensus erit generalis, & postea *ἀπιστορῶ* ad heram. Sed in nostro, nequid omnino dissimulem, legitur, Non surda es hera. quod si uerum est, es, productè proferetur.

*Pergo illam his all.*) His duobus in uersibus desunt aliquot uersus, pro quibus quod uisum fuit, isti euulgatores reposuerunt. nos de ijs, quæ quamuis lacera & truncata reperimus, tamen aliquid minus abhorrens exculpsisse nos confidimus. sed de hoc etiam ipso res in medio relinquatur. Est autem narratio *μυθημα* seruuli, qui tali modo sese ait cum puella locutum, quam esse crederet exposititiam illam, & filiam herilem: & conatum fuisse persuadere ei, ne fidem haberet anui, quæ diceret ipsam esse filiam suam, & uocaret sese matrem eius: nam non esse matrem, sed tantum eductricem.

*Talanta magna.*) Ea, ut alibi disseruimus, ita fuerunt appellata, non de pluribus, sed preciosioribus minis. Non enim uspiã uel à me repertum, uel ab alio obseruatum scio, Talentum Atticum plures habuisse minas 60.

*Ex Tusco modò.*) Ex Tusco uico intelligèdum. ut in Curculio ne: In Tusco uico ibi sunt homines, qui ipsi sese uenditant.

*Obsipat aquulam.*) Id est, recreat me. Nam illo mendacio se elabi posse sperat. Est autem expressum uerbum de scriptura ueteris libri. & Festus interpretatur, Sipat, iacit. & inde esse ait dissipat, dissicit. obsipat, obijcit. inspat, iniicit. Ita nunc est, obsipat aquulam, aspergit. Qui autem exanimantur, ij aqua frigida recreari solent. Quod & in Curculione innuitur, ubi adolescens postulat aqualem cum aqua, cum simularet parasitus se in lasitudine animum relinquere, & interrogat, uin aquam?



Iam mihi monstrare.) Iam quidam mutarunt in eam. audacter illud quidem, ut infinita alia. Veteri nostro in libro ita est: Et dixit iam monstrare, id est, monstraturam esse. ut supra, Promissi ei me dare. & alibi sæpissimè. Postea autem falsò exaratum fuit, quendam: ac emendandum, se quendam aiebat.

Deos teq; spero.) Sine causa infulerunt, ego: ut fieret, Deos teq; ego spero. neq; numeris exigentibus hoc nomen, & sensu etiam alienum.

Priusq; peperit.) Non priusquam. nam hoc falsò est exaratum. Projici autem, unde est illa profectionia, significat exponi.

Ingratis.) *ὀφείω*, id est, uelim, nolim: seu contra sententiam animi mei. ita sæpe alibi dictione hac usus Plautus fuit.

Rem elocuta sum tibi omnem.) Tibi om. coalescunt. Versus autem suat huius scenæ omnes *ἡ ἑστὴ μὲν οὖν προχαινοὶ λωταλονήναι*. Atq; hoc loco reperi in nostro scriptum libro, Selenium. Etsi autem puto illud Silenium, de quo antè aliquid à nobis uerborum est factum, rectè legi in hac fabula, tamen Selenij etiam esset origo Græca *ἠὲ δὲ Ἀελίου, σελήνῳ*, quasi lunulam dicas.

Carebo, animum.) *Αυδῶ* hic aliqua inerit, ut numeri sibi constent. Sequens autem proximè uersus integer non est.

Malisca, agedum.) Inculcarunt aliqui, atque: ut fieret, atque agedum. Sed nobis tanti non fuit exquisitio numerorum, temere ut aliquid mutarem addendo, detrahendo ue. Et possunt etiam de sæpe indicatis figuris hoc loco numeri adhærescentes expediri. nam illa licentia scribendi in ueteribus autoribus, quod fortè libuerit, nullo modo est permittenda.

Perimus, miseræ.) Hi duo uersus ita sunt distinguendi, Perimus miseræ. AL. utrum hac me feriam, an ab læua latus?

ME. Quid tibi

Est: SIL. Alcesimarchum non uides tenentem ferrum manu?

Ecquid agis? remorare.) Ita enim se increpat cessantem adolescens: hoc uerum est. ne morare, autem suppositicium.

Hau uoluisti istuc seuerum.) Plana & liquida scriptura in nostro ueteri libro. sed quidam sæuum scripsere pro seuerum, & numeris repugnantibus, docente Nonio seuerum significare aliquando sæuum, implacidum, uitabile. & adducente Virgilij locum,

Inuidia

Inuidia infelix furias, amnemiq; seuerum  
Cocyti metuet.

Sed quid hoc est hæc.) Ita est plana scriptura in nostro libro ueteri. neq; abundat pronomen *δεν* in hæc. Et quod ad numeros attinet, qui sunt similes superiorū, Trochaici Archilochij, ad illos expediendos assumēda sunt adiuuenta *ἑπτασυναρισμῶν*.

Omnia inficias ire.) Vera lectio, quam non intellecta proprietate & natura linguæ latinæ corruperūt correctores isti. Nam aut referendus hic infinitiuus ad id, quod Phanostrata interrogat, Quid nuncias super anum? ut dicat seruus & illā scelestiss. esse, & omnia ire inficias, ea quæ dudum confessa fuerit. Aut est hæc in indignatione locutio imperfecta, ut Adeo ne hominem esse inuenistum. ut sit sensus, Indignum esse facinus, omnia iā illam negare, quæ prius fuerit confessa. Tale est & id quod sequitur. Nam hercle ego illam anum iridere me ut sinam?

Non ecastor mihi falsa mem.) Hoc loco uetus noster mendosus est, & scriptura euanida. nos de ductibus reliquis litterarum, fuimus arbitrati legendum falsa: alij fecerunt cassa.

Nisi quid mihi opis.) Si sunt rectè distincti uersus, de quo medio cris sanè spes nobis est, erit hic *Μίμν*: sequentes autem *ἑπίμα* *φοί*, *καταλυτικοί*, *ἀναταλυτικοί*, numeris confusis. usq; ad illum, Bona fœmina, & malus masc. A quo deinceps est ratio *ἑπτασυναρισμῶν*, seu septenariorum manifesta, usq; ad illū, Sed quæso ambages mul. Vnde usq; ad finem scenæ uersus sunt Senarij Iambici.

Mi homines, mi spect. *Ἰατὰ συναρισμῶν*, pro mei. nam mi est singularis numeri, ut Mi pater, mi gnate. Quare si omnes litteras perscribi aliquis uoluerit, fiet, mei, sicut Dei. Atq; hoc loco in ueteri uerba quædam defunt: nos consarsimus & uersus & sententias, quàm scitissimè potuimus. alij paulo fuere in concinnando animosiores. Sed nostrū studium uestigijs ueteris scripturæ inhæsit.

Constitit.) Hæc est uera lectio. Hæc autem sunt omnia gestus & actionis. de uestigijs enim coniecturam facit, & qui auiisse, & quâ abiisse uideantur,

Bona fœm.) Hinc iam uersus sunt Hipponactei, ut diximus.

Qua



Qua numerorum ratione non depræhensa, multa in his uersibus ab istis correctoribus et transmutata et cōmutata fuerunt.

Ego tibi meas res mando.) Et ita in ueteri nostro libro scriptum est, & hunc ordinem uerborum numeri exigunt.

Mi homo & mea.) Ita procedunt numeri, si & mi totum proferas, & mea *μυσεοῦ λάβως*.

Quid id, quid id' nam est.) Et in hoc, & in proximè sequente uersu deest aliquid in nostro libro. Nos expleuimus & sententiã & numeros coniecturis de nostris, nō prorsum, ut spero, futilib.

Cistellam hic.) Ita quidem legitur in libro ueteri, sed arbitror non abhorrere à uero, cistella mihi hic mi adol.

In nulla opera gratuita.) Gratuita, penultima longa pronuntiandū. Sicut Horatianū illud, Nec fortuitum spernere cespitē.

Commoda loquelam tuam.) Hæc non longè aberrant à ueteris libri scriptura, & ita rectè legi puto. Atq; ante hæc præscribi potest: et nisi fallor, debet, persona Phanostratæ.

Sed quæso amb.) Hi deinceps sunt in hac scena uersus. de quibus dictū est, Senarij Iambici: In sequenti uersu, citò erit Iābus.

Aequum est tenere per f.) Illud quod inferi curauimus, tenere, in ueteri nostro non legitur. Quid autem melius de hoc uersu faceremus, non reperiēbamus. Significabit autem hoc loco tenere, continere & tacere: ut dicat ancilla, Aequum esse tacere illos, neq; se prodere. Ideoq; & rectè ancillæ nomen ponitur ante hunc uersum, Illius ego istanc esse malo gratiam.

Quid hoc negocij est, quod omnes homines.) Ita planè scriptum est in nostro, & numeri sunt *ἑπισημασμένους* expediendi, qui sunt *ἑπτάμιστοι ἑξακταῖοι κατὰ δυνάμει*. quos autem offendit excursio longior huius uersus, ij illum truncantes sustulerunt Omnes.

Mibi esse filiam inuentam.) Aut erit in hoc uersu *ἄσπιγος*, aut in Lampadione, pa produceretur: quod est tamen natura breue. Vt & in illo formæ neutralis nomine mulierculæ *καμυδάσιον*, apud Lucretium:

At flagrans odiosa loquacula, Lampadium fit.

Sed suprâ illo loco quo notas, quibus deesse quædam indicaretur, apponi curauimus, inferserunt alij quædam de Nonio

y adducta,

adducta, ut ex Cistellaria. Nam ita mustulentus ætus nares  
 attingit: & ex Prisciani libro quarto, Adhinnire equulam pos-  
 sim ego hanc, si detur sola soli. Quæ hoc loco inculcanda non  
 fuerunt. nam nihil est, cum his consentaneum in reliquijs lit-  
 terarum scripturæ ueteris, & numeri etiam alicubi refragan-  
 tur. Atque sunt de Cistellaria à Grammaticis & alia adducta  
 plura: quæ nisi mendum est in nomine comœdiæ, aut nisi a-  
 liam scripsit Cistellariam Plautus, demonstrant admodum hæc  
 esse fabulam mutilam. Nam ubi in hac legitur: Qui nisi biteres,  
 nimium is uegrandi gradu. Et hoc, Prohibet diuitijs maximis,  
 dote altili atque opima: & hoc, Capillo scisso, excissatisq; auri-  
 bus: et hoc, Pol ad cubituram mater magis sum exercita, quàm  
 ad cursuram, sum tardiuscula: et hoc, In tro. At bonam meretri-  
 cem astare in uia solam, prostibulum sanè est: et hoc, Malum au-  
 fer, bonum mihi opus est: et hoc, Meminere officium suum: et  
 hoc, quod etiã Priscianus, quasi de Cistellaria, retulit libro ter-  
 tio: Cũ extortis talis, cũ todilis crusculis. Et quod idem memo-  
 rat: Siquidem imperes pro copia, pro recula. Et, bellissimi nego-  
 rioli senecis. Et libro octauo: Me respondere postulas, iniurium  
 est. Quid igitur dicam, non habeo. Nisi quis de Sisenaria (nam  
 & hoc nomen reperio fabulæ Plautinæ esse) hæc adducta su-  
 spicetur. Quemadmodũ pro Neruolaria adductũ nomẽ Aulu-  
 lariæ in Nonio cernitur, ubi Scrapæ quæ sint, docet. Sed his  
 coniecturis frustra nos excerceremus. Missa igitur ista,  
 & operæ potius precium aliquod inte-  
 rea faciamus.

FINIS.

EPIDI-

EP.

EP.

EP.

EP.

EP.



## E P I D I C V S




## DRAMATIS PERSONAE.

EPIDICVS	seruos.
THESPRIO	seruos.
STRATIPPOCLES	adolescens.
CHERIBVLVS	adolescens.
APOECIDES	senex.
PERIPHANES	senex.
MILES.	FIDICINA.
MVLIER.	DANISTA.
VIRGO.	GREX.

## ARGVMENTVM.

**E**Mit fidicinam, filiam credens senex  
 Persuasu serui aliam qui conductiuam  
 Iterum pro amica ei subicit, filio  
 Dat herili argentum, eo sororem destinat,  
 Imprudens iuuenis, mox compressæ, ac miliis,  
 Cognoscit opera sibi senex os sublitum,  
 Ut ille amicam, hæc quaeritabat filiam.  
 Sed inuenta gnata, seruolum emittit manu.

## E P I D I C V S, T H E S P R I O, serui duo.

- EP.  Eus adolescens. TH. quis properantē me pro-  
 bendit pallio?  
 EP.  Familiaris. TH. fateor, nam odio es, nimium  
 familiariter.  
 EP.  Respice uerò Thesprio. TH. oh. Epidicus  
 ne ego conspikor?  
 EP. Certè oculis uteris. TH. salue. EP. dij dent quæ uelis.  
 Venire saluom gaudeo. TH. quid caterū? EP. quod eo afolet,  
 Cœna tibi dabitur. TH. spondeo. EP. quid? TH. me accepturum,  
 si dabis.  
 EP. Quid tu agis ut uelis? TH. exemplū adesse intelligo. EP. ei ge.

Corpulentior uidere atq; agilior. TH. huic gratia.

EPI. Quam quidem, te iam diu deperdidisse oportuit.

THE. Minus iam furtificus sum, quam antehac. EPI. quid ita? THE.  
rapio propalam.

EPI. Di immortales infelicient, ut tu es gradibus grandibus.

Nam ut apud portum te conspexi, curiculo occæpi sequi:

Vix adipiscendi potestas modò fuit. TH. scurra es. EPI. scio

Te esse quidè hominem militarem. TH. audacter quàmuis dicito.

EPI. Quid agis? perpetuon ualuisi? TH. uariè. PH. qui uariè ualèt,  
Caprigenū hominū non placet mihi, neq; pantherinum genus.

THE. Quid tibi uis dicam, nisi quod est? EPI. ut illi responde. TH.  
probe.

EPI. Quid herilis noster filius, ualeat? THE. pugilicè atq; athleticè.

EPI. Voluptabilem mihi nuncium tuo aduentu attulisti: sed ubi

Est is? TH. adueni simul. EP. ubi is ergo est? nisi si in uidulo,

Aut si in mellina attulisti. TH. dij te perdant. EP. te uolo

Percontari, operam mihi da, opera redibitur tibi.

THE. lus dicis. EP. me decet. TH. iam tu aut nobis præturam geris?

EPI. Quem me dicis digniorem esse hominè hodie Athenis alterū?

THE. At enim unum à prætura tua Epidice abest. EPI. quid nam?

THE. scies.

Lictores duo, duo uiminei fasces uirgarum. EP. uæ tibi.

Sed quid ais? TH. quid rogas? EP. ubi arma sunt Stratippocli?

THE. Pol illa ad hostes transfugerunt. EP. arma ne. TH. atque qui-  
dem citò.

EPI. Serio ne dicis hæc tu? TH. serio inquam hostes habent.

EPI. Edepol facinus improbum. TH. at iam antè alij fecerūt idem,

Erit illi illa res honori. EP. qu? TH. quia antea alijs fuit.

Mulciber credo arma fecit, quæ habuit Stratippocles,

Trauolauerunt ad hostes. EP. tum ille prognatus Theti,

Sine perdat, alia apportabunt eij Nerei filia.

Id modò uidendum est, ut materies suppetat scutarijs,

Si in singulis stipendijs is ad hostis exuias dabit.



- TH. *Supersede istis rebus iam. EP. tu ipse ubi lubet. finem face.*
- TH. *Desiste percontarier. EP. eloquere, ubi ipse est Stratippocles?*
- TH. *Est causa, qua causa simul mecum ire ueritum est. EP. quidnam id est?* (scies.)
- TH. *Patrem uidere senem, non uult etiam nunc. EP. quapropter? TH. Quia forma lepida et liberali, captiuam adolescentulam De praeda mercatum est. EP. quid ego ex te audio? TH. hoc quod fabulor.* (habet?)
- EP. *Cur eam emit? TH. animi causa. EP. quot illic homo animos Nam certo priusquam hinc ad legionem abiit domo, Ipse mandauit mihi, ab lenone quaedam ut fidicina, Quam amabat, emeretur sibi: id ei impetratum reddidi.*
- TH. *Vt cumq; in alto uentus est, Epidice, exim' uelum uortitur.*
- EP. *Ve misero mihi, male perdidit me. TH. quid nam istuc? quid est?*
- EP. *Quid? istanc quam emit, quanti eam emit? TH. uili. EP. haud istuc te rogo.*
- TH. *Redde igitur. EP. quot minis emit? TH. tot, quadraginta minis. Id adeo argentum ab Danista, apud Thebas sumsit foenore, In dies minasq; argenti singulas, numis. EP. papæ.*
- TH. *Et is Danista aduenit una cum eo, qui argentum petit.*
- EP. *Di immortales, ut ego interij basilicæ. TH. quid iam, aut quid est Epidice? EP. perdidit me. TH. quis? EP. ille qui perdidit arma.*
- TH. *nam*  
*Quid ita? EP. quia cotidie ipse ad me ab legione epistolas Mittebat: sed taceo optimum est. plus scire satius est, quam loqui Seruum hominem, ea sapientia est. TH. nescio edepol quid tu timidus es.*
- Trepidus Epidice, ita uoltum tuum uideor uidere comeruiffe, Hinc me absente in te aliquid mali. EP. potiri uti molestus ne sies?*
- TH. *Abeo. EP. asta, abire hinc non sinam. TH. quid nunc me retines?*
- EP. *Amat ne istam, quam emit de praeda? TH. rogas? deperit.*
- EP. *Detegetur corium de tergo meo. TH. plusq; amat, quam te unquam amauit.*

EP. Iuppiter te perdit. TH. mitte nunc iam me. nam ille me ad uos  
ire uetuit domum,

Venire ad Cheribulū iussit huc in proximū, ibi manere iussit,  
Eō uenturus est ipse. EP. quid ita? TH. dicam, quia patrem  
Prius se conuenire non uult, neq; conspicari, quam id argentum  
Quod debetur pro illa, dinumerauerit. EP. heu edepol res tur-  
bulenta est.

TH. Mitte me ut eam nunc iam. EP. haecine ubi scibit senex, puppis  
Peruenda est probè. TH. quid istuc ad me attinet, quo tu inte-

EP. Quia perire solus nolo, te cupio perire mecum, (reas modo?  
Beneuolens cū beneuolente. TH. abi in malā rem maximā à me  
Cum istac conditione. EP. i sane, si quid festinas magis.

TH. Nunquā hominem quenquam conueni, unde abierim lubētius.

EP. Illic hinc abiit, solus nunc es: quo in loco haec res sit, uides  
Epidice: nisi quid tibi in tete auxiliij est, absurtus es.  
Tante in te impendent ruinae, nisi suffulcis firmiter,  
Non potes subsistere. itaq; in te irruunt montes mali.  
Neq; ego nunc, quomodo me expeditum ex impedito faciam,  
Consilium placet, ego miser perpuli meis dolis senem,  
Ve censeret suam sese emere filiam. is suo filio  
Fidicinam emit, quam ipse amat, quam abiens mandauit mihi.  
Is sibi nunc alteram ab legione adduxit animi  
Causa, corium perdi. nam iam ubi senex senserit  
Sibi data esse uerba, uirgis dorsum despoliet meum.  
At enim tu praecave, nihil est istuc plane. hoc corruptū est caput.  
N: quam homo es Epidice, qui tibi libido est malè loqui?  
Quia tute tete deseris, quid faciam? men? tu rogas?  
Tu quidem antehac alijs solebas dare consilia mutua.  
Quid quid? aliquid reperiri nū est. sed ego cesso ire obuiam  
Adolescenti, ut quid negotij sit sciam? atq; ipse illic est.  
Tristis est. cum Cheribulo incedit aequali suo.  
Huc concedam, orationem unde horum placidè persequar.



E P I D I C V S.  
STRATIPPOCLES, CHERIBV=  
LVS adolescens, EPIDI-  
CVS seruus.

353

- ST. **R**Em tibi sum elocutus omnem Cheribule, atq; admodum  
Meorum mœrorū, atq; amorū, summam edictaui tibi.
- CH. Præter ætatem & uirtutem stultus es Stratippocles,  
Ia'ne pudet te? quia captiuam genere prognatam bono  
In præda es mercatus? quis erit uitio qui id uortat tibi?
- ST. Qui inuidet, omnes inimicos mihi istoc facto repperi:  
At pud. citiæ eius nunquam nec uim, nec uitium attuli.
- CH. Iam istoc probior es meo quidē animo, cum in amore tēperes.
- ST. Nihil agit qui diffidentem uerbis solatur suis.  
Is est amicus, qui in re dubia re iuuat, ubi re est opus.
- CH. Quid tibi me uis facere? ST. argenti dare quadraginta minas,  
Quod Danistæ detur, unde ego illud sum si scenore.
- CH. Si hercle habere, non negarē. ST. nam quid te igitur rettulit,  
Beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est?
- CH. Quin edepol egomet clamore defatigor, differor.
- ST. Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos, quam foro.  
Sed operam Epidici nunc me emere precio precioso uelim,  
Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo,  
Nisi hodie prius comparasset mihi quadraginta minas,  
Quam argenti fuero elocutus ei posthæmam syllabam.
- EP. Salua res est, bene promittit, spero seruabit itidem.  
Sine meo sumtu, paratæ iā sunt scapulis symbole. (tippoclem  
Aggrediar hominem, aduenientem peregrè herum suum Stra-  
Salua impertit salute seruus Epidicus. ST. ubi is est? EP. adest.  
Saluū te gaudeo aduenisse. ST. iā tibi istuc credo quam mihi.
- EP. Benè ne usq; ualuisse? ST. à morbo ualui, ab animo æger fui.
- EP. Quod ad me attinuit, ego curauit: quod mandasti mihi,  
Imperatum est, emta ancilla est, quod tu te ad me literas  
Missiculabas. ST. perdidisti omnem operam. EP. nam quid  
perdidisti?

- ST. Quia meo neq; cara est cordi, neq; placet. EP. quid retulit  
Mibi tantopere te mandare, & mittere ad me epistolas?
- ST. Illam amabam olim, nunc iam alia cura impendet pectori.
- EP. Hercle miserum est ingrātū esse hominē, id quod facias bene:  
Ego quod benefeci, malefeci: quia amor mutauit locum.
- ST. Despicbam mentis, cum illas scriptas mittebam tibi.
- EP. Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam?  
Vt meum tergum stultitię tuę subdas succidaneum.
- CH. Quid istic uerba facimus? huic homini opus est quadraginta  
Celeriter calidis, Danistę quas resoluas, & citō. (minis,
- EP. Dic modō, unde auferre me uis? a quo trapezita peto?
- ST. Vnde libet. nam ni ante solis occasum elo \* \*  
Meam domum ne imbitas. tu te in pistrinum \*
- EP. Facile tu istuc sine periclo, & cura, corde libero  
Fabulare: noui ego nostros, mihi dolet quum ego uapulo.
- ST. Quid tu nunc? patierin' ut ego me interimam? EP. ne feceris,  
Ego istuc accedam periculum potius atq; audaciam.
- ST. Nunc places, nūc ego te laudo. EP. patiar ego istuc quod lubet.
- ST. Quid de illa fiet fidicina igitur? EP. aliqua reperibitur:  
Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua. ST. plenus consilij es,  
Noui ego te. EP. Euboicus miles locuples multo auro potens,  
Qui ubi tibi istā emtam esse scibit, atq; hanc adductā alteram,  
Continuō te orabit ultrō. ut illam transmittas sibi.  
Sed ubi illa est, quam tu adduxisti tecum? ST. iam faxo, hic erit.
- CH. Quid hic nūc agimus? ST. eamus intrō ad te, ut hūc hodie diem  
Luculentē habeamus. EP. ite intrō, ego de re argentaria  
Iam senatum conuocabo. in corde consiliarium,  
Cui potissimum indicatur bellum, unde argentum auferam.  
Epidice uide quid agas, ita res subito obiecta est tibi.  
Non enim nunc tibi dormitandum, neq; conctandi copia est.  
At eundem senem oppugnare, certum est consilium mihi:  
Ibo intrō, atq; adolescenti dicam nostro herili filio,  
Ne hic foras ambulet, neue usquam ueniat obuiam seni.



**P**leriq; homines, quos quū nihil refert, pudet, ubi pudendum est,

Ibi eos deserit pudor, quum usus est ut pudeat. is adeo tu es. qui Des quod pudendum fiet, genere natam bono. pauperē domum Ducere uxorem, praesertim eam qua ex tibi commemores

Hanc quae domi est familiam prognatam. PE. reuercor filium.

**AP.** At polego te credidi uxore quam tu extulisti pudore exequi, Cuius quoties sepulcrum uides, sacrificas illico horco hostijs: Neq; adeo iniuria, quia licitum est eam tibi uiuendo uincere.

**PE.** Oh Hercules ego fui, dum illa mecum fuit: neq; sexta arumna Acerbior Herculi, quam illa mihi est obiecta. **AP.** pulcra Edepol dos pecunia est. **PE.** quae quidem pol non martiata est.

E P I D I C V S seruus. A P O E C I D E S,  
P E R I P H A N E S, senes duo.

**S**t. tacete, habete animum bonum liquido ex eo foras Auspicio: aui sinistra, acutum cultrum habeo, senis qui exeterē Marsupium. sed eccum ipsum ante aedis conspicor Apocidae, Qualis uolo uetulos duos. iam ego me coortam in hirudinem, Atq; eorum exugebo sanguinem senati, qui columen cluent.

**AP.** Continuo ut maritus fiat. **PE.** laudo consilium tuum.

Nā ego illū audiui in amore hærere, apud nescio quā fidicinam.

**PE.** Id ego excrucior. **EP.** di hercle me oēs adiuuant, augent, amant.

Ipsi hi quidē mihi dant uia, quo pacto ab se argentiū auferam.

Age nunc iam orna te Epidice. & palliolum in collum conijce,

Atq; dissimulato, quasi per urbem totam hominem quasi uicris.

Age si quid agis, dii immortales, utinam conueniam domi

Pcriphanem, per omnem urbem, quem sum defessus querere:

Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atq; in foro,

Per myropolia, & lanienas, circumq; argentarias.

Rogitando sum raucus factus. penē in cursu concidi.

**AP.** Epidice. **EP.** Epidicum quis est qui reuocat: **PE.** Ego sum Pcriphanes.

- AP. Et ego Apocides sum. EP. et ego quidē sum Epidicus, sed here  
 Vos uideo ambo aduenire opportunitate. PE. qd rei ē? (optima
- AP. Mane, sine resspirē quaeso. PE. imò acquiesce. EP. animo malē est.  
 Recipiā anhelitū. AP. clementer acquiesce. EP. animū aduorti  
 A legione omnes remissi sunt domū Thebis. AP. quis hoc (te.  
 Scit factū. EP. ego ita factum esse dico. PE. scin, tu istuc? EP. scio.
- PE. Qui tu scis? EP. quia ego ire uidi milites plenis uijs,  
 Arma referunt, et iumenta ducunt. PE. nimis factum bene.  
 Tum captiuorum quid ducunt secum? EP. pueros uirgines,  
 Binos, ternos, alius quinq; sit concursus per uias.  
 Filios suos quisq; uisit. PE. hercle rem gestam bene.
- EP. Tum meretricum numerus tantus, quantum in urbe omni fuit  
 Obuiam ornatae occurrebant suis quaeq; amatoribus:  
 Eos captabant. id adeo quam maximē animum aduorterim,  
 Pleraeq; hae sub uestimentis secum habebant retia.  
 Quum ad portū uenio, atq; ego illā illic uideo praestolarier,  
 Et cum ea tibicine ibant quattuor. PE. qui cum Epidice?
- PE. Cum illa quam tuus annos multos deamat, deperit?  
 Vbi fidemq; remq; seq; teq; properat perdere,  
 Ea praestolabatur illum apud portam. PE. uideri ueneficam.
- EP. Sed uestita aurata, ornata, ut lepidē, ut concinnē, ut nouē?
- PE. Quid erat induta, an regillam induculam, an mendiculam?
- EP. Impluiatam, ut istaec facimus uestimentis nomina.  
 Ut in impluuium induta erat. PE. quid istuc mirabile est,  
 Quasi non fundis exornatae multae incedant per uias,  
 At tributus cum imperatus est, potesse pendi negant:  
 Illis quibus tributus maior penditur, pendi potest.  
 Quid istae quae uesti quotannis nomina inueniunt nouae?  
 Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum caesicium,  
 Indusiatam, patagiataam, caltulam, aut crocotulam,  
 Supparum, aut subminiam, ricam, basilicum, aut exoticum,  
 Cumatile aut plumatile, cerinum aut melinū, gerrae maximae.  
 Cani quoq; etiā ademptum est nomē. EP. qui? PE. uocāi Laconi



- EP. Hæc uocabula auctiones subigunt, ut faciant uiri.
- PE. Quin tu ut occæpisti loquere. EP. occæpere aliæ mulieres  
 Duæ post me sic fabulari inter sese, ego abscepsi solens,  
 Paulum ab illis disimulabam me harum sermoni operam dare.  
 Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen,  
 Quæ loquerentur. PE. Id lubido est scire. EP. ibi illarum altera  
 Dixit illi, qui cum ipsa ibat. PE. quid? PE. tace ergo ut audias.  
 Postquam illam sunt conspiciatæ, quam tuus gnatus deperit,  
 Quam facile, et quam fortunatè euenit illi, obsecro, mulieri?  
 Liberare quam uult amator. quis nam is est? inquit altera  
 Illi. ibi nominat Stratippoclem Periphanae filium. PE. perij  
 Hercle. quid ego ex te audio? EP. hoc quod actû. egomet post  
 ubi illas audiui loqui,  
 Cæpi rursus uorsum ad illas pauxillatim accedere,  
 Quasi retruderet hominum me uis inuitum. PE. intelligo.
- EP. Ibi illa interrogauit illam, qui scis? quis id dixit tibi?  
 Quin hodie allatæ sunt tabellæ ad eam à Stratippocle, eum  
 Argentum sumsisse apud Thebas ab Danista fœnore,  
 Id paratum, et sese ob eam rem id ferre. PE. cedo, ego occidi.
- EP. Hæc sic aiebat, sic audiuisse se absce, atq; epistola.
- PE. Quid ego faciam nunc? consilium à te expetesso Apœcides.
- AP. Reperiamus aliquid callidi conducibilis consilij.  
 Nam ille quidem, aut iam hic aderit credo hercle, aut iam a-  
 dest. EP. si æquum fiet  
 Me plus sapere quàm uos, dederim uobis consilium catum,  
 Quod laudetis, ut ego opinor, uterq;. PE. Ergo ubi è Epidice?
- EP. Atq; ad eam rem conducibile. AP. quid istuc dubitas dicere?
- EP. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere,  
 Qui plus sapitis. AP. cia uerò, age dic. EP. at deridebitis.
- AP. Non edepol faciemus. EP. imò si placebit utitor.  
 Consiliū si non placebit, reperitote reatius.  
 Mihi istic nec seritur, nec metitur, nisi ea quæ tu uis uolo.
- PE. Gratiam habeo, fac participes nos tuæ sapientiæ.

- EP. Continuo arbitretur uxor tuo gnato, atq; ut fidicinam  
 Illam quam is uult liberare, quae illum corrumpit tibi,  
 Vliscare: atq; ita curetur, usq; ad mortem ut seruiat.
- AP. Fieri oportet. PE. facere cupio quiduis, dum id fiat modo. EP. hē.  
 Nunc occasio est faciendi, priusquam in urbem aduenit.  
 Sicut cras hic adcrit, hodie non uenerit. PE. qui scis? EP. scio.  
 Quia mihi alius dixit qui illinc uenit, manē hic affore.
- PE. Quin tu eloquere, quid faciemus? EP. sic faciendum censeo.  
 Quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia, (EP. rogas?  
 Quasiq; ames uehemēter tu illam. PE. quam ad rē istuc refert?  
 Ut enim praestines argento priusquam ueniat filius,  
 Atq; ut eam te in libertatem dicas emere. PE. intelligo.
- EP. Vbi erit emta, ut aliquo ex urbe amoueas, nisi quid tua  
 Secus sententia est. PE. Imō doctē. EP. quid tu autē Apocides?  
 AP. Quid ego iam, nisi te commentum nimis astutē intelligo.
- EP. Iam tunc igitur amota eij erit omnis consultatio  
 Nuptiarum, ne grauctur, quod uelis. AP. ut sapis? et placet.
- EP. Tum tute igitur callidē iam quicquid acturus es, age.
- PE. Rē hercle loquere. EP. et repperi hęc te qui abscedat suspicio.
- PE. Sine me scire. EP. scibis, audi. AP. sapit hic pleno pectore.
- EP. Opus est homine, qui illō argentum deferat pro fidicina.  
 Nam telo non aequē opus factō est. PE. quid iā? EP. ne te cēseat  
 Filij causa facere. PE. doctē. EP. quō illum ab illa prohibeas,  
 Ne qua ob eam suspicionem difficultas eueniat.
- PE. Quē hominē inueniemus ad eā rem utilē? AP. hic erit optimus,  
 Hic poterit cauere rectē, iura qui et leges tenet.
- PE. Epidice habeas gratiam. EP. sed ego istuc faciam sedulo.  
 Ego illum conueniā, atq; adducam huc ad te, quia est fidicina,  
 Atq; argētū ego cū hoc ferā. PE. quāti emi potest minimo? EP.  
 Ad quadraginta fortasse eā posse emi minimo minas. (illāne?  
 Verum si plus dederis, referam, nihil in ea re captio est.  
 Atq; id non decem occupatum tibi erit argentum dies.
- PE. Quidum? EP. quia enim mulierem illā alius adolescēs deperit.



E P I D I C V S.

Auro opulentus, magnus miles, Rhodius, raptor hostium,  
Gloriosus, hic emet illā de te, et dabit aurum, ubi eā emtā sciet.  
Tace modò, est lucrum hic tibi amplum. PE. deos quidem oro.

EP. impetra.

AP. Quin tu is intrò, atq; huc argentū promis? ego uisam ad forū,  
Epidice eò ueni. EP. ne abeas, priusquam ego ad te uenero.

AP. Vsq; opperiar. PE sequere tu intrò. EP. I, numera, nihil ego  
te moror.

E P I D I C V S.

**N** Vllum esse opinor ego agrum in agro Attico  
Acquē seracem, quā hic est noster Periphanes:

Quin ex occluso atq; obsignato armario  
Decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.

Quod pol ego metuo, si senex rescuerit,  
Ne ulmos parasitos faciat, quæ usq; attondeant:

Sed me una turbat res, ratioq; Apocidi  
Quam ostendam fidicinam aliquam conductitiam,

Atq; id quoq; habeo. manè me iussit senex  
Conducere aliquam fidicinam sibi huc domum,

Dum rem diuinam faceret, cantaret sibi.

Ea conducetur, atq; ei præmonstrabitur,

Quo pacto fiat subdola aduersus senem.

Ibo intrò, argentum accipiam ab damnofo sene.

STRATIPPOCLES, CHERI-

BVLVS.

**E**xpectando exedor miser, atq; exēteror, quomodo mihi  
Epidici blanda dicta eueniant, nimis diu maceror.

Sit ne quid, nec ne sit, scire cupio. CH. per illā tibi copiam,

Copiam parare aliam licet: sciui equidem in principio,

Illico nullam tibi esse in illo copiam. ST. interij hercle ego.

CH. Absurdè facis, qui angas te animi. ST. si hercle ego illū semel  
prehendero,

Nunquam irridere nos illum inultū sinam seruum hominem.

Quid

Quid illum ferre uis? qui tibi cui diuitiae domi maxime  
Sunt, is nummum nullum habes, nec sodali tuo in te copia: st.

CH. Si hercle habeam, pollicear lubens: uerum aliquid aliqua ali-  
quo modo,

Alicunde ab aliqui, aliqua tibi spes est fore mecum fortunam.

ST. Vae tibi murcide homo. CH. qui tibi lubet mihi male loqui?

ST. Quippe tu mihi aliquid aliquo modo, alicunde ab aliquib. blatis.

Quod nusquam st, neq; ego id immitto in aures meas.

Nec mihi plus adiuuēti ades, quam ille qui nūquā etiā natu st.

EPIDICVS, STRATIPPOCLES,  
CHERIBVLVS.

Fecisti iam officium tu tuum, me meū nunc facere oportet.

Per hāc curā quieto tibi licet esse. hoc quidem iam perijt.

Nisi quid tibi hinc in spem referas. hoc oppido politum est.

Crede modò tu mihi, sic ego ago, sic egere nostri.

Proh di immortales, mihi hunc diem dedisti luculentum,

Vt facilem atq; impetrabilem. sed ego hinc migrare cesso:

Vt importem in coloniam, hunc auspicio commeatum.

Mihi cesso quum sto, sed quid hoc? ante edis duos sodales,

Herum & Cheribulum conspicor. quid agitis? accipe hoc sis.

ST. Quantum hic inest? EP. quantum sat est, & plus satis, superfit.

Decem minis plus attuli, quam tu Danistae debes.

Dum tibi ego placeam, atq; obsequar, meum tergū stocifacio.

ST. Nam quid ita? EP. quia ego tuum patrem faciā perenicidam.

ST. Quid istuc est uerbi? EP. nihil moror uetera & uulgata uerba.

Peratim ductitate, at ego follitim ductitabo.

Nam leno omne argentū abstulit pro fidicina, ego resoluī,

Manibus his dinumerauī, pater suam natam quam esse credit.

Nunc iterum ut fallatur pater, tibiq; auxilium apparetur,

Inueniam. ita ego suasi seni, atq; hanc habui orationem,

Vti tu quum redisses, ne tibi eius copia esset.

ST. Euge euge. EP. ea iam domi est pro illa. ST. teneo. EP. nunc

Dedit mihi ad hanc rem Apocci. tem, is apud forum manet me,

Quasi



Quasi quæ amaret, caueat. ST. haud malè. EP. iam ipse cautor captus st.

Ipse in meo collo tuus pater cruminam collocauit.  
Is adornat adueniens, domi extemplò ut maritus fias.

- ST. Vno persuadebit modo, si illam quæ adducta est mecum,  
Mibi ademit Orcus. EP. nunc ego hanc astutiam etiam institui.  
Deueniam ad lenonè domum egomet solus, cum ego docebo.  
Si qui ad eum adueniant, ut sibi datum esse argentum dicat  
Pro fidicina, argenti minas se habere quinquaginta.  
Quippe ego qui nudius tertius meis manibus dinumeravi.  
Pro illa tua amica, quam pater suam filiam esse retur,  
Ibi leno sceleratum caput suum imprudens alligabit,  
Quasi pro illa argentum acceperit quæ tecum adducta nunc est.

- CH. Vorfutior es quam rota figularis. EP. iam ego parabo  
Aliquam dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit,  
Quæ se emtam simulet, quæ senes duo docta ludificetur.  
Eam ducet simul Apocides ad tuum patrem. ST. ut parate.

- EP. Eam permeditatam meis dolis, astutijisq; onustam  
Mittam. sed nimis longum loquor, diu me estis demorati.  
Hec scitis iam ut futura sint, abeo. ST. bene ambulato.

- CH. Nimis doctus ille est ad male faciendum. ST. me quidem certò  
Seruauit consilijs suis. CH. abeamus intrò hinc ad me.

- ST. Atq; aliquando lubentius quam abs te sum egressus intus.  
Virtute atq; auspicio Epidici cum præda in castra redeo.

PERIPHANES, APOECIDE S. senes  
duo. S E R V V S.

**N**on oris causa modò homines æquum fuit  
Sibi habere speculum, ubi os contemplantur suum:  
Sed qui perspicere possent cor sapientiæ,  
Igitur perspicere ut possint cordis copiam,  
Vbi id inspexissent, cogitarent postea,  
Vitam ut uixissent olim in adolescentia.  
Vel quasi egomet, qui dum filij causa cœperam

Ego

- Ego me excruciare animi, quasi quid filius  
 Meus deliquisset me erga, aut quasi non plurimum  
 Malefacta mea essent, solida in adolescentia,  
 Profectò deliramus interdum senes:  
 Fuit conducibile hoc mea quidem sententia.  
 Sed meus sodalis it cum præda Apœcides.  
 Venire saluum mercatorem gaudeo.  
 Quid sit? AP. dij deæq; te adiuuant, res prosperæ.  
 PE. Omen placet. AP. Qui homini omnis suppetit res prosperæ.  
 Sed tu hanc iubeas intrò abducier. PE. heus foras  
 Exite huc aliquis, duce istam intrò mulierem,  
 Atq; audir? SER. quid uis? PE. caue firis cum filia  
 Mea copulari hanc, neq; conspicerem iam tenes?  
 In ædiculam istanc seorsum concludi uolo.  
 Diuortunt mores uirgini longè, ac lupe.  
 AP. Doctè & sapienter dicis, non nimis potest  
 Pudicitiam quisquam suæ seruare filie:  
 Edepol næ istam tempore gnato tuo sumus  
 Præmercati. PE. quid iam? AP. quia dixit mihi,  
 Iamdudum se alius tuum uidisse hic filium.  
 PE. Hanc edepol rem apparabat. AP. planè hercle hoc quidem est.  
 Næ tu habes seruum graphicum, & quantiuis precij,  
 Non caru'st auro contra. ut ille fidicinam  
 Fecit nescire prorsus, se esse emtam tibi,  
 Ita ridibundam atq; hilaram huc adduxit simul.  
 PE. Mirum hoc, quod potuit fieri. AP. te pro filio  
 Facturum dixit rem esse diuinam domi,  
 Quia Thebis saluus redierit. PE. rectè institit.  
 AP. Inmò ipsus illi dixit, conductam esse eam,  
 Quæ hic administraret, ad rem diuinam tibi,  
 Facturum hoc dixit rem esse diuinam te domi.  
 Ego illic me autem sic a simulabam quasi  
 Stolidum, cum bardum me faciebam. PE. inmò ita decet.



- AP. Res magna amici apud forum agitur, ei uolo  
Ire aduocatus. PE. at quæso, ubi crit ocium,  
Reuertere ad me exemplò. AP. continuo hic ero.
- PE. Nihil homini amico est opportuno amicus.  
Sine tuo labore quod uelis actum est tamen.  
Ego si allegassem aliquem ad hoc negocium  
Minus hominem doctum, minusq; ad hanc rem callidum,  
Os sublitam esset. itaq; me albis dentibus  
Meus derideret filius meritissimo.  
Atq; hæc stulticia est, me illi uicio uortere,  
Egomet quod factitavi in adolescentia  
Quum militabam, pugnis memorandis meis,  
Eradicabam hominum aureis, quando occæperam.  
Sed hic quis est? quem huc aduenientem conspicio,  
Suam qui undantem chalmymdem quassando facit.

MILES, PERIPHANES,  
FIDICINA.

- C**Aue præterbitas ulla adis, quin roges  
Senex ubi habitat Periphanes Platenius?  
Incertus tuum caue ad me retuleris pedem.
- PE. Adolescens si istunc hominem quem tu quæritas,  
Tibi commonstrasso, ecquam abs te inibo gratiam?
- MI. Virtute belli armatus promerui, ut mihi  
Omnes mortalis deceat agere gratias.
- PE. Non repperisti adolescens tranquillum locum,  
Vbitus uirtutes explices, ut postulas.  
Nam strenuiori deterior si prædicat  
Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.  
Sed istum quem quæris Periphancem Platenium,  
Ego sum, si quid us. MI. nempe quem in adolescentia  
Memorant apud reges armis arte duellica,  
Diuitias magnas indeptum? PE. immò si audias  
Meas pugnas, fugias manibus demissis domum.

- MI. Pol ego magis unum quæro, meas cui prædicem,  
Quàm illum qui memoret suas mihi. PE. hic non est locus,  
Proin tu alium quæras, cui centones sarcias.
- MI. Animum aduerte, ut quod ego ad te uenio intelligas.  
Meam amicam audiui te esse mercatum. PE. attate.  
Nunc demum scio ego hunc, qui sit quem dudum Epidicus  
Mibi prædicauit militem. adolescens ita st  
Ut dicis, emi. MI. uolo te uerbis pauculis,  
Si tibi molestum non est. PE. non edepol scio,  
Molestum non est mihi si dicis quid uelis.
- MI. Mibi illanc ut tramittas argentum accipias.  
PE. Habeas. MI. nam quid ego apud te parcam proloqui?  
Ego illam hodie uolo facere libertam meam,  
Mibi concubina quæ sit. PE. te absoluaui breui,  
Argenti quinquaginta mihi illa emta est minis.  
Sexaginta mihi si denumerantur minæ,  
Tuus possidebit mulier saxo feriæ:  
Atq; ita profectò, ut eam ex hoc exoneret agro.
- MI. Est ne emta mihi hæc? PE. istis legibus habeas licet.
- MI. Conciliauisti pulcrè. PE. heus foras educito  
Quam introduxisti fidicinam, atq; etiam fides,  
Ei quæ accessere tibi addam dono gratijs.  
Age accipe hanc sis. MI. quæ intemperia te tenent?  
Quas tu mihi tenebras trudis? quin tu fidicinam  
Produci intus iubes? PE. hæc ergo est fidicina.  
Hic alia nulla st. MI. non mihi nugari potes,  
Quin tu huc producis fidicinam Acropolistidem?
- PE. Hec inquam est. MI. non hæc inquam est, non nouisse me  
Meam rere amicam posse? PE. hanc inquam filius  
Meus deperibat fidicinam. MI. hæc non est ea.
- PE. Quid non est? MI. non est? PE. unde hæc igitur gentium est?  
Equidem bercle argentum pro hac dedi. MI. stultè datum  
Reor, atq; peccatum largiter. PE. immò hæc ea st.



- Nam seruum misi, qui sectarier solet  
 Meum gnatum, ipse hanc emit fidicinam. M. I. hem iste homo  
 Articulatim te concidit senex tuus  
 Seruus. PE. quid concidit? M. I. nihil, sic suspicio st.  
 Nam pro fidicina illa hæc supposita est tibi,  
 Senex tibi os est sublitum planè & probè.  
 Ego illam requiram iam ubi ubi est, bellator uale.
- PE. Euge euge Epidice frugi es, pugnauisti, homo es,  
 Qui me emunxisti mucidum minimi precij,  
 Mercatus te hodie est de lenone Apocides?
- FI. E hodie ego istunc hominem nunquam audiui ante hunc diem.  
 Neq; me quidem emere quisquam ulla pecunia  
 Potuit, quæ plus iam sum libera quinquennium.
- PE. Quid tibi negocij est meæ domi igitur? FI. audies.  
 Conducta ueni, ut fidibus cantarem seni,  
 Dum rem diuinam faceret. PE. fateor me omnium  
 Hominum esse Athenis Atticis minimi precij.  
 Sed tu nouistin fidicinam Acropolis idem?
- FI. Tam facile quam me. PE. ubi habitat? FI. postquam libera st ubi  
 Habitat, dum incertò scio. PE. eho quis eam liberauerit,  
 Volo scire, si scis. FI. id quod audiui, audies.  
 Stratippoclem audiui Periphani filium  
 Absentem curauisse ut fieret libera.
- PE. Perij hercle, si istæc uera sunt, planissimè,  
 Meum exenterauit Epidicus marsupium.
- FI. Hæc sic audiui, nunquid me uis cæterum?
- PE. Malo cruciatu ut pereas, atq; ab eas citò.
- FI. Fides non reddis? PE. neq; fides, neq; tibi is.  
 Propera igitur fugere hunc, si te dii amant. FI. abierò.  
 Flagitio cum maiore post reddes tamen.
- PE. Quid nunc? qui in tantis positus sum sententijs.  
 Eam ne ego sinam impune? immò etiamsi alterum  
 Tantum perdendum est, perdam potius quam sinam

Me impunè irrisum esse habitum depeculatum eis,  
 Sic mihi data esse uerba præsenti palam.  
 Atq; me minoris facio præ illo, qui omnium  
 Legum atq; iurium fictor conditor cluet.  
 Is etiam sese sapere memorat malleum  
 Sapientiozem \* \* \* manubrio.

MVLIER. PERIPHANES senex.

**S**I quid est homini miseriarum, quod miserescat miser ex a-  
 nimo est,  
 Id ego experior, qoi multa in unū locū confluunt, quæ meum  
 Pectus pulsant simul, multiplex arumnam exercitam habet  
 paupertas,

Pauor territat mentem animi: neq; ubi me as colloce[m] spes,  
 Habeo usquam munitum locū, ita gnata mea hostiū est potita,  
 Neq; ea nunc ubi sit nescio. PE. quis illec est mulier, timido  
 Pectore peregrè adueniens, quæ ipsa se miseratur? MV. in his  
 dictus est

Locis habitare mihi Periphanes. PE. me nominat hæc, credo  
 Illi hospitio usus inuenit. MV. peruelim mercedem dare (ego  
 Qui monstrat eum mihi hominem, aut ubi ille habitat. PE. no-  
 scito ego hanc.

Nam uideor nescio ubi me uidisse prius. est ne ea, an non?  
 Est, quam animus retur meus? MV. di boni uisitati antidhac.

PE. Certè ea est quam in Epidauro pauperculā memini cōprimere.

MV. Planè hic ille est, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam

Pepulit. PE. quæ meo cōpreßu peperit filiā, quā domi (ea est.

Nūc habeo? MV. qd si adeā? PE. haud scio an cōgrediar, si hæc

MV. Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam dant. PE. longa

Dies meū incertat animū. sin ea est, quā incertò autumo, hanc

Cōgrediar astu. MV. muliebris adhibēda mihi malitia nūc est.

PE. Compellabo. MV. orationis aciem contrā conferam.

PE. Salua sis. MV. salutem accipio mihi & meis. PE. quid cæteriū?

MV. Saluus sis, quod credidisti reddo. PE. haud accuso fidem.

NOUIT



- Nouin ego te? MV. si ego te noui, animum inducā uti noueris.
- PE. Vbi te uisitauit? MV. iniquē iniurius. PE. quid iam? MV. quia  
 Tuae memorie interpretari me æquum censes. PE. commode  
 Fabulata es. MV. Mira memoras. PE. hem istuc rectius\*  
 Meministi? MV. memini id. PE. in Epidauro. MV. ah guttula  
 Pectus ardens mihi aspersisti. PE. uirgini paupercula  
 Tuæq; matri me leuare paupertatem. MV. tun is es?  
 Qui per uoluptatem tuam in me ærumnam obsceuisti grauem.
- PE. Ego sum, salue. MV. salua sum, quia te esse saluum sentio.
- PE. Cedo manū. MV. accipe. ærūnosam & miseriarū compotem  
 Mulierem retines. PE. quid est, quod uultus te turbat tuus?
- MV. Filiam quam ex te suscepi. PE. quid eā? MV. eductam perdidit.  
 Hostiū est potita. PE. habe animum lenem & tranquillum face.  
 Domi meæ eccā saluam & sanam. nam postquam audiui illico  
 Ex meo seruo illam esse captam, continuo argentum dedi  
 Ut emeretur. ille can rem ad eō sobriē & frugaliter  
 Accurauit, ut alias res ille est impense improbus.
- MV. Fac uideam, si me uis uiuere. PE. eho Canthara, statim iube  
 Acropoli stidem prodire filiam ante ædis meam,  
 Ut suam uideat matrem. MV. remigrat animus nūc demū mihi.

F I D I C I N A, P E R I P H A N E S senex,  
 M V L I E R.

**Q**uid est pater, quod me exciuisisti ante ædis? PE. ut ma-  
 trem tuam

Vide as, ade as, aduenienti des salutem, atq; osculum. (tuum.

- FID. Quam meam matrem? PE. quæ exanimata exequitur aspectū
- MV. Quis istæc est, quam tu osculū mihi ferre iubes? PE. tua filia.
- MV. Hæccine? PE. hæc. MV. ego 'ne osculum huic dem? PE. cur nō?  
 quæ ex te nata sit.
- MV. Tu homo insanis. PE. ego 'ne? MV. tute. PE. quæ? MV. quia ego  
 hanc quæ fiet
- Neg; scio, neq; noui, neq; ego hanc oculis uidi ante hunc diem.
- PE. Scio quid crres, quia uestitum atq; ornatum immutabilem

- Habet hæc. MV. aliter catuli longè olent, aliter sues. nego  
 Eam me nouisse quæ sit. PE. prò deū atq; hominum fidem,  
 Quid ego lenocinium facio? qui habeam alienos domi,  
 Atq; argentum egurgitem domo prorsum. quid tu quæ patrem  
 Tuum uocas me, atq; osculare? quid stas stupida? quid taces?  
 FL. Quid loquar uis? PE. hæc negat se tuā esse matrē. FL. nō suat.  
 Si non uolt, equidem hac inuita tamen ero matris filia.  
 Non me istanc cogere æquum est meam esse matrem, si ne uolt.  
 PE. Cur me igitur patrem uocabas? FL. tua istæ culpa est, nō mea.  
 Non patrem ego nominem, ubi tu tuam me appelles filiam?  
 Hanc quoq; etiam si me appellet filiam, matrem uocem.  
 Negat hæc filiam me suam esse, non ergo hæc mater mea est.  
 Postremò hæc mea culpa non est: quæ didici, dixi omnia.  
 Epidicus mihi magister fuit. PE. perij, austrum perculi.  
 FL. Nunquid ego ibi peccaui? PE. si hercle te unquā audiuerō pa-  
 Me uocare, uitā tuā ego interimam pessima. FL. nō uoco (trem  
 Vbi uoles pater esse, ibi esto: ubi noles, ne fueris pater.  
 MV. Quid? ob eam rem hanc emisisti, quia tuam gnatā ratus? quibus  
 De signis agnoscebas? PE. nullis. MV. quare ergo filiam  
 Credidisti nostram? PE. seruus Epidicus dixit mihi.  
 MV. Quid si seruo aliter uisum est, non poteris nouisse obsecro?  
 PE. Quid ego, qui illam ut primum uidi, nunquam uidi postea.  
 MV. Perij misera. PE. ne fle mulier, intrò abi, habeto animū bonū.  
 Ego illā reperiam. MV. hinc Athenis ciuis eam emit Atticus:  
 Adolescentem equidem dicebant emisse. PE. inueniam tace.  
 Abi modò intrò, atq; hanc asserua Circam Solis filiam.  
 Ego relictis rebus Epidicum operam querendo dabo:  
 Si inuenio, exitiabilem ego illi faciam hunc, ut fiat, diem.  
 STRATIPPOCLES adolescens, EPIDICVS  
 seruus, DANISTA, VIRGO.  
**M** Alè morigerus mihi est Danista, qui de me argentum  
 non petit, (Epidicus.  
 Neq; illam adducit. quæ emta ex præda est. sed eum incedit  
 Quid

EP.

ST.

ST.

ST.

ST.

ST.

EP.

ST.

DA.

DA.

ST.

VI.

EP.

EP.

EP.

VI.



- Quid illuc est, quòd illic caperat frons scueritudine?
- EP. Si undecim deos præter sese secum adducat Iuppiter,  
Ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.  
Periphane[m] emere lora uidi, aderat ibi unà Apœcides.  
Nunc homines me quæritare credo senserunt, sciunt (miser.  
Sibi data esse uerba. ST. quid agis mea commoditas? EP. quod
- ST. Quid est tibi? EP. quin tu mihi adornas ad fugam uiaticum  
Prius quàm pereo. nam per urbem duo defloccati senes  
Quæritant me, in manibus gestant copulas secum \*
- ST. Habe bonũ animũ. EP. quippe ego, cui libertas in mũdo sita st.
- ST. Ego te seruabo. EP. edepol me illi melius, si nacti fuerint.  
Sed quis est hæc muliercula, & illic grauiustellus qui uenit?
- ST. Hic ẽ D. mista, hæc illa ẽ aut quã emi ex præda. EP. hæccine st?
- ST. Hæc ẽ, ẽst ne ut tibi dixi? affecta. EP. hæc. ST. cõtẽpla Epidice  
Vsq; ab unguiculo ad capillũ summum est festiuissima.  
Est ne? considera, uide, signum pictum pulcre uideris.
- EP. Ex tuis uerbis meum futurum corium pulcrum prædicas:  
Quem Apelles atque Zeufis duo pingent pigmentis ulmeis.
- ST. Dij immortales ociose isse admiror, pedibus pulmoneis  
Qui perhibetur, prius uenisset quàm tu aduenisti mihi.
- DA. Hæc edepol remorata medest. ST. siquidem istius gratia  
Es remoratus, quod ista uoluit, nimium aduenisti citò.
- DA. Age age. absolue me, atq; argentũ numera, ne comites morer.
- ST. Pernumeratu st. D. tene cruminã, huc inde. S. sapienter uenis.  
Opperrere dũ effero ad te argentum. DA. matura. EP. domi est.  
Satin' ego oculis utilitatem obtinco sincere, an parum?  
E' Philippa matre natam ac Thebis, Epidauri satam,  
Videon' ego Telestidem te, Periphani filiam?
- VI. Quis tu homo es, qui meũ parentũ nomen memoras, & meũ?
- EP. Non me nouisti? VI. quod quidem nunc ueniat in mentẽ mihi.
- EP. Lunulã atq; anellũ aureolum in digitum. VI. memini mi homo.
- EP. Non meministi me aureã ad te asferre natali die?
- VI. Tũ ne is es? EP. ego sum, & istic frater tuus est, alia matre, uno  
patre.

VIR. Quid pater meus, uiuist? EP. animo liquido & tranquillo es,

VIR. Dij me ex perdita seruata cupiunt, si uera autumas. (tace.

EP. Non habeo ullam occasionem, ut apud te falsa fabuler.

ST. Accipe argentum hoc Danista. hic sunt quadraginta minæ.

Si quid erit dubium, immutabo. DA. beneficiisti, bene uale.

ST. Nunc enim tu mea es? VI. soror quidē edepol, ut tu æquē scias.

Salue frater. ST. Sanus hæc est. EP. sana, si appellat suum.

ST. Quid ego modo huic frater factus sum, dū intrō eo atq; exeo?

EP. Quod boni est, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas.

ST. Perdidisti & repperisti me soror. EP. Stultus tace,

Tibi quidem quod amicus domi præsto est fidicina opera mea.

Et sororem in libertatem idem opera concilio mea.

ST. Epidice fateor. EP. abi intro, ac iube huic aquam calefieri:

Cætera hæc posterius faxo scibus, ubi erit ocium.

ST, Sequere hac me mea soror. EP. ego ad uos Thespriorem iusse-

Huc transire, sed memento, si quid seuiunt senes, (ro

Suppetias mihi cum sorore ferre. ST. facile istuc erit.

EP. Thesprio exi istac per hortum, affer domum auxilium mihi.

Magna est res. minoris multo facio, quam dudum, senes.

Remeabo intrō, ut accurentur aduenientes hospites.

Eadem hæc intus edocebo, quæ ego scio Stratippoclem.

Non fugio, domi adesse certum est. neq; ille haud obijciet mihi

Pedibus sese prouocatum. abeo intrō, nimis longum loquor.

PERIPHANES, APOECIDES,

senes duo. EPIDICVS.

**S**Atin' ille homo ludibrio nos uetulos decrepitos duos

Habet? AP. immō edepol tu quidem miserum me habes mi

seris modis. (ut scias,

PE. Tace sis modō, sine me hominem apisci. AP. dico ego tibi iam

Alium tibi te comitem melius querere, ita dum te sequor

Lasitudine me inuascrunt miserum in genua flemina.

PE. Quot illic hodie me exemplis ludificatus est, atq; te?

Vt illic autem exenterauit mihi opes argentarias?

Apage



- AP. Apage illum à me. nam ille quidem Vulcani irati est filius.  
Quaqua tangit, omne amburit: si propè astes, estu calefacit.
- EP. Duodecim deis plusquam in cælo est deorum immortalium,  
Mibi nunc auxilio adiutores sunt, & mecum militant.  
Quicquid ego malefeci, auxilia mihi & suppetiæ sunt domi.  
Apollatizo inimicos omnis. PE. ubi illum quæram gentium?
- AP. Dum sine me quæras, quæras mea causa uel medio in mari.
- EP. Quid me quæris? quid laboras? quid hunc sollicitas? ecce me.  
Num te fugi? num ab domo absum? num oculis concessi tuis?  
Nec tibi supplico. uincire uis, hem ostendo manus.  
Tu habes lora. ego te emere uidi, quid nunc cessas? colliga.
- PE. Illicet. uadimonium ultro mihi hic facis. AP. quid colligas?
- PE. Edepol mancipium scelestum. EP. te profecto Apocides  
Nihil moror mihi precatorem. AP. facile exoras Epidice.
- EP. Eò quid agis? PE. tuon' arbitratur? EP. meo hercle uerbo, atq;  
haud tuo  
Colligandæ hæ sunt tibi hodie. PE. at non lubet, non colligo.  
At mihi magis lubet solutum te rogitare. EP. at nihil scies.
- AP. Tragulam in te inijcere adornat, nescio quam fabricam facit.
- EP. Tibi moram facis, cum ego solutus asto, alliga inquam, colliga.
- PE. At mihi magis lubet solutum te rogitare. EP. at nihil scies.
- PE. Quid ago? AP. quid agas? mos geratur. EP. frugi es tu homo A-  
pocides.
- PE. Cedo manus igitur. EP. morantur nihil. atq; arctè colliga,  
Nihil uerò obnoxiose. PE. factò opere arbitraminor.
- EP. Bene hoc habet, age nūc iā ex me exquire, rogita quod lubet.
- PE. Qua fiducia ausus primum quæ emta est nudius tertius,  
Filiam meam dicere esse? EP. lubuit, ea fiducia.
- PE. Aim' tu lubuit? EP. aio. uel da pignus, ni ea sit filia.
- PE. Quā negat nouisse mater. EP. ni ergo matris filia ē, (captio) est.  
In meum nummum, in tuum talentū pignus da. PE. enim istæc  
Sed quis ea est mulier? EP. tui gnati amica, ut omnem rē scias.
- PE. Dedin tibi minas triginta ob filiam? EP. fateor datas.

- Et eo argento illam me emisse amicam filij fidicinam.  
Pro tua filia, istis adeò te tetigi triginta minis.
- PE. Quomodo me ludos fecisti de illa conductitia  
Fidicina? EP. factum hercle uerò, & rectè factum iudico.
- PE. Quid postremò argento factum est quod dedi? EP. dicam tibi.  
Neq; malo homini, neq; benigno tuo dedi S:ratippodi.
- PE. Cur dare ausus? EP. q̄a mihi libitum est. PE. quæ hæc, malū, \*
- EP. Etiam in clamitor quasi seruus. PE. cum tu es liber gaudeo.
- EP. Merui ut fierem. PE. tu meruisti? EP. uise intrò, ego faxo scies  
Hoc ita esse. PE. quid est negocij? EP. iam ipsa res dicet tibi.  
Abi modò intrò. PE. hei non illuc temere st, asserua istū Apocci
- AP. Quid illuc Epidice est negotij? E. maxima hercle iniuria (des.  
Vinctus asto, cuius hæc hodie opera inuenta est filia.
- AP. Ain' tu te illius inuenisse filiam? EP. inueni, & domi est.  
Sed ut acerbum est, pro benefactis cum mali mese[m] metas.
- AP. Quid ne hodie per urbem uterq; sumus defessi querere?
- EP. Ego sum defessus reperire, uos defessi querere.
- PE. Quid istis oratis opere tanto? meruisse intelligo,  
Ut liceat merito huius facere. cedo tu ut exoluam manus.
- EP. Ne attigas. PE. ostende uerò. EP. nolo. PE. non æquum facis.
- EP. Nunquã hercle hodie nisi supplicium mihi das, me solui sinam.
- PE. Optimum atq; æquisimum oras, soccos, tunicam, pallium  
Tibi dabo. EP. quid deinde porrò? PE. libertatē. EP. at postea?  
Nouo liberto opus ē quod pappet. PE. dabitur, præbebo cibū.
- EP. Nūquã hercle hodie nisi me orassis, solues. PE. oro te Epidice  
Mibi ignoscas, si quid imprudens culpa peccaui mea.  
At ob eam rem liber esto. EP. inuitus do hanc ueniam tibi,  
Nisi necessitate cogar. solue sanè, si lubet.

## G R E X.

**H**ic is homo est, qui libertatem malitia inuenit sua.  
Plaudite & ualete. lumbos porgite, atq; extollite.

FINIS EPIDICI.





Argumentum fabulæ tale est. Periphanis senis filius Stratippocles, cum amaret quandam, proficisci in militiam. Cumq; crebras literas mitteret ad seruum Epidicum, de redimenda amica, id tandem effectum seruus dedit, cum senex filiam quã susceperat, ex quadam Epidauria, captam redimi iussisset. nam pro illa fidicinam, quam filius amabat, seni adduxit. Postea adolescens aliam amare cepit absens inter captiuas, & quadraginta illam minis mercatus fuit Thebis. Ea erat amissa filia, & iussa requiri soror adolescentis. Sed hoc ille ignorabat. Opportebat autem argentum, quod senore acceptum soluerat, statim numerari Danistæ, qui mox aduenturus erat cum adolescente. Id negocij datur Epidico, qui arte circumuenit senem, & persuadet ei, ut præmeretur fidicinam, quam filius perditè amaret. Ita illas minas quadraginta elicit, & conductam fidicinam, quasi ad rem diuinam, adducit ad senem. Cum omnia facta palàm, & Epidicus in summo periculo esset, agnoscitur filia amissa senis: quæ quasi opera ac diligentia reperta sit sua, ita seruus libertatem obrinet.

Fabula est eleganter composita, in magna uarietate, cuius laus apud ipsum autorem extat in Bacchidibus, ubi ille illam tanquam seipsum amare ait. Nos autem, ut antè fecimus, præcipuas emendationes, & si qua alia non prætereunda esse silentio putauerimus, ea annotabimus: cætera relinquemus studio, & industriæ, explicare enarrando illas uolentium. Exponam autem primum nominum interpretationem, quæ sunt Græca, ut in fabula palliata. *Επίδικος* serui nomen, controuersie habet significationem. ut *ἡρώδης* *ἡρώδης*, & uirgo *ἡρώδης*, in quibus lis est de iure proximitatis. *Διοπίππος*, nomen & ipsum seruile, cuius famè *ἰτρούμω* obscurius. fortasse hic *Διοπίππος* fuerit, à celeritate, tanquam *ἀπὸ πύγου δέου*, ut *Διοφάντου*, *Διοφάντου*, *Φρατιπποῦ* *ἡρώδης*, herilis filij superbum nomen, *ἀπὸ ἡρώδου*, καὶ ἡρώδου, καὶ

κλίσ, quibus indicatur gloria exercitus equestris. Cheribulus, χερύβουλ, mutata in ι, ut χερύβου, consilij gaudens, nisi forte est, χερύβουλ, manu consultus, ut χερύβουλ. ἀπεικίλις, ἀπὸ τῆ ἀπεικίλις, quo uocabulo colonia significatur. πέρειφους autem est illustris. Senum hæc sunt nomina. In fabula mentio fit ἀκροπολιτίδ, nimirum ab arce, quæ est ἀκρόπολις & τειρεσίδ, qualicumq; fanè significatione ἀπὸ τῆ τείρες, ut τειρεσίδ. φιλίππυ, ut ἀλκίω πυ, ἀρα χίππυ, μὲν αὐτίππυ, φιλίππυ autem est equorum studiosus. Canthara, à cantharo.

Argumenti uersus, ut ubiq; sunt Senarij Iambici, id est, ἑίμιε φει ἀποτάλυσαι.

In prima scena est indicatio argumēti, ad quam adhibita est persona Thesprionis extrinsecus accersita, id est, προσηγορία πρὸ σκηνῆς. Suntq; uersus quadrati, acatalecti & catalectici.

Quid tu agis. ) Hic erit βραχονοκτακίλις uersus, nisi forte legendum Eugepæ. Expressa autem est scriptura ueteris libri, cū mallem hanc, Quid tu agis? ut uales?

Nam certo prius. ) In ueteri codice erat legationem, atque ita uersus quidem numeris plenior fit. sed, legionem, uerius uideatur esse, id est ab exercitu, nisi forte legiones, scribendum. & paulo antè, Trauolauerunt. Trauolo, ut traduco, molliſo sono sonopositionis. Sed fabula minus accuratè inseritur. Non enim fuerat arma Vulcania Achillis, quib. potitus fuit Hector: sed altera, quæ in potestatem hostium non uenerunt.

Redde igitur. ) Locus, quasi ille dixisset, Non hoc uolo, & ipse dedisset aliud, quàm quæsitum fuisset.

In dies minasq;. ) Ingens fœnus, siquidem nummus denarium significat, ut in Heautontimorumenos.

Amat'ne istam. ) Incipiunt alij fieri uersus, & numeri conturbati. Nos reliquimus, quemadmodum reperimus in ueteri nostro codice, congruentes plerosq; ad metra Hipponactea.

Detegatur corium. ) Ita planè in nostro legebatur, sed Nonius annotat, Degere esse detrahere: adducitq; hunc locum ita, Detegitur corium de tergo meo.

Puppis pereunda. ) Ita quidem scribitur & in nostro. Sed haud scio an perperam, fortasse allusit ad id, quod Græci dicunt

πρόμνησθ



*περὶ τὴν ἀποβίβατον*, cum inhietur cursus, & retroceditur nauigan-  
do. ut, puppis perciunda est probè, legi posse uideatur.

Cum istac conditione.) Expeditius deinceps quadrati procedunt, catalectici illi quidem pleriq; *ποταμὸν ποταμὸν*.

Nisi quid in te.) Fideliter ea, quæ in nostro codice reperimus, exprimi curauimus.

Is sibi.) In ueteri libro legitur Abduxit, & est uersus fulciendus in dictione fortassis alteram. ne m elidatur.

Rem tibi sum el.) Versus similes plerisque superioris scenæ, οἱ ἑτονάρη & *κατακλιμένοι τῆς ἑαυτοῦ ποταμὸν ποταμὸν*.

Prognatum bono.) Ascriptum erat in nostro, uel probo. Vtrum que autem rectè legitur.

Egomet clamore.) Vera lectio expressa de antiqua scriptura. Nam adolescens se iam magnum æs alienum contraxisse, & clamore debita à se exigi ait: id est, Inclamari à creditoribus.

Symbolæ.) Symbolis enim datis conuiuia instruebant, quorū impensæ æqualiter sustinerentur, & sumtus esset communis omnium.

Ante solis occasum.) In ueteri exemplo, ante solem occasum, sicut commodiorem hominem aduentum ad tempus. Sed hic uersus & sequens mutili sunt. In ueteri scribebatur elo, tantum in fine. Vnde aliqui *ἔλεο* Græcum fecerunt. Sed, ut dixi, finis ueriusq; uersus intercidit.

Pleriq; homines.) Versus quadrati, interq; hos catalectici hipponactei. Est autem de priore colloquio quasi abruptum initium, ut intelligi tale aliquid possit: eo sunt ingenio, uel ita facere solent.

Sexta ærumna.) Hippolyte Amazō superata & spoliata balteo.

St. st. tacete.) Silentium imperantes sibili sunt. ut in Phormione quoq;. Cadunt uersus in numeros *τῆς ἑαυτοῦ κατακλιμένοι ποταμὸν ποταμὸν*.

Qualis uolo.) In ueteri libro lacuna est, ut uerear, ne quid hoc in loco detrimenti sit.

Quis hoc scit.) Et hic uacuum spaciolum est in ueteri libro, ut de integritate horum uersuum duorum nihil affirmare habeā.

*Quantum in.*) Expressa est fideliter scriptura libri ueteris. Refertur autem ad id quod dixerat, meretricum.

*Impluiatam.*) In Non. ut istæ faciunt uest. nom.

*Induulam.*) ab induendo. In Nonio legitur, An regillam tuniculam induta, an.

*Id adeo quam max.*) Expressa est scriptura ueteris libri: quæ si uera est, erit, ut opinor, oratio *ἡλιεπισυβ*. ut sit, Vis dicam: quæ max. re hoc animaduertim.

*Periphane F.*) Ira scribitur hoc nomen in nostro libro. Erit autem, ut Anchises, æ. Etsi Græcorum est alia flexio.

*Hercle quid ego.*) Satis longè excurrit uersus. sed pronuncians do breues syllabas mirabiliter ueteres corripuerunt. Hunc igitur & ipsum, ut reperimus in libro nostro uersum, ita curauimus exprimi.

*Nam telo*) Organum requiritur ad opus efficiendum necessarium, ut telum est belli. uetus scriptura fideliter est expressa.

*Nullum esse op.*) Versus sunt Iambici senarij. Hic autem primus admodum hiat. si esset, Nullum omnium: aut, In agro hoc, aut in agro toto Attico, ita numeri constarent.

*Expectando ex.*) Tetrametri sunt, sed confusis numeris & *συνάγρητοι*.

*Quid illum ferre uis.*) Si nihil deest, sanè abruptior est oratio, cōuersa ad sodalem, & increpans eum, quod non subueniret illæ inopiæ amici. Sed apparet esse locum mendosum, uel etiam mutilum, ut suspicari possit quisq; quod uisum fuerit. Nos ueteris exempli scripturam exprimi curauimus.

*Fecisti iam off.*) Abiens à sene argento accepto, hæc seruus loquitur, initio quidem senem seriò compellans, mox irridens in discessu. Versus sunt tetrametri hipponactei.

*Vt facilem.*) *ἡλιεπισυβ*. Quàm facilem, inquit, præbuit senex se noster & impetrabilem?

*Perenticidam.*) A pera fecit iocās, ut à parente fit parenticida.

*Peratim duct.*) Peratum & follitum in nostro legebatur. iocatur in compilatum senem, cuius peræ & folles excutentur.

*Nunc autorem.*) id est cuius autoritate præsentis res ageretur.



Ita enim in nostro libro planè perscriptum est. Quod autem se quitur, Quasi quæ amaret, caueat: expressum & ipsū est secundum scripturam ueteris libri. non tamen abest mendii suspicio. Cauere autem in contractibus is dicitur, qui prospicit sibi aut alteri ratione & uia iuris. Si legeretur, Quasi quæ, uel quæ emeretur. uel quasi qui, eam emat & caueat: sensus esset euidentior. sed hoc monuisse satis habemus.

*Non oris causa.*) Versus sunt Senarij.

*Cave fr̄is.*) si ueris. à sino uerbo subiunctiuum.

*Albis dentib.*) Planè in hoc ueteri libro perscriptum est, & numeri conueniunt. significatur autem cachinnatio, id est, effusior risus, in quo dentes nudantur.

*Cave praterb.*) Præmittit miles puerum, qui percontetur, ubi Periphanes habitat. quem Platenium cognominat, quasi indicio populi, cuius ille esset. ut, *Αυμοδίνος, πλάτωνος.*

*Periphani F.*) Ut Archonidi filiam.

*Eam ne ego.*) *ἡλαπτινός.* Ego ne, inquit, qui tam sapiens uideor, hanc iniuriam mihi factam esse impune feram.

*Atq; me minoris.*) Hoc loco est lacunata scriptura in libro ueteri, quomodo & exprimi curauimus. Sententia propter mentas obscura. Nam qui explerunt hæc, nimis audaces fuerunt tam in inculcandis alienis, quàm coniungendis discrepantibus. Suspiciari possumus, hæc ex alicuius priorum poetarum fabula quapiam iocose inserta à Plauto fuisse.

*Si quid est homini.*) Versus sunt tetrametri pleriq; catalectici. Primi decem & nouem inconcinniores & recedentes ad hipponacteorum formam. reliqui *σοχαιστικός.*

*An congregiar.*) Nonius, congregias, sed in ueteribus libris S & R similes sæpe figuras habent.

*Fabulata es.*) Hic uersus est imperfectus & numeris & sententia.

*Quid est pater.*) Versus tetrametri catalectici *σοχαιστικός.*

*Acropolisidem.*) Hoc non oportet esse nomen filia Periphanis, cum sit fidicina alterius, amica Stratippoclis. Et ita tamen in ueteri codice legebatur. Possit aliquis suspicari legendum esse, Huc Telestidem, uel Acrotelestidem. Nam uerius hoc

nomen uidetur, quàm Telestidos. Vel nescio quid aliud accommodatus.

*Eam me nouisse.*) Versus erat mutilus in libro ueteri. Nos retinuimus, pro deum: quod alij addiderunt. Sed & sic tamen uersus hiat.

*Austrum perculi.*) Ita planè est perscriptū in nostro codice, sed cum lacunula tamen ante initialem literam a. Itaq; suspicor uerum esse, plaustrum perculi: id est, eueri ac perturbauit rem, falsa emtione. Nam Donatus rusticum esse ait prouerbium, pœnè plaustrū perculit: ubi ait in Eunucho seruus, Perculeris tu iam me, id est, impellendo proturbaueris.

*Malè morigerus.*) Versus sunt *τεράμφοι ἀκατάλληλοι & καταλληλοὶ φοχασίφοις*.

*Gestant copulas secum.*) Deest aliquid, quod numeros compleat trochaicos, in libro ueteri scribebatur, sciã. fortasse illiã. ut iam, quemadmodum sæpe, *διὰ τὸν ἀββὸν* pronuncietur. Quidam, subueni, addiderunt. Sed de aliorum opinionibus & architectationibus, non constituimus nos disputaturos esse.

*Et ille Grauestellus.*) Talis est scriptura in ueteri libro. Et fieri potest, ut licentia usitata sibi in fingendis nominibus Plautus alluserit ad pondus telluris, quod dicitur, *ἄχθ' ἀββόν*, atq; ita iocatus fuerit in obœsum. Sextus Pomp. hunc locum & in Grauestello, & in Rauistello adducere uidetur.

*Dij immortales.*) Variè hunc locum mutarunt: Nos de ueteris libri scriptura, si non integritati restituimus, certè minimè longè à ueritate abduximus. Nam uel sic hūc uersum, uel non multo certè aliter Plautus scriptum reliquit. Alij autem totum immutarunt correctione sua.

*Videon ego Telestidem.*) Malim quidem Acrotelest. uel nescio quid aliud, quo numeri magis explicarentur.

*Me auream.*) Post me est lacunula in ueteri libro, itaq; suspicor ueram esse scripturam, minam auream. Hæc fuisset instar aurei Lusitani, cuius precium aur. 10.

*Neq; ille haud obyciet.*) Duæ negationes, ut & suprâ, & aliàs sæpe negatiuè Græcismo. Bacchid. Neq; ego haud committam.

*Satin ille homo.*) Versus similes uersuum superioris scenæ.

*Lafin-*



*Laſitudine me.*) Flemina planè perſcribitur in libro ueteri, & uerum eſt. Nominant autem ita morbos pedum, cum ex labore uia, inquit Feſtus, ſanguis deſluit ad talos. hæc nimirum erunt *κίματα* Hippocratis. In Abſyrti etiam libro de equis, leguntur *φλυμάλια*. ſic enim fluxus in pedes à Romanis uocari ait. hæc erunt igitur flemina.

*Duodecim deis.*) Glorioſa ſeruuli exultātis oratio. Eſt autem conſtructio paulo impeditior, hæc ſententiã: Sunt mihi iam adſiutores duodecim dij, plures quàm ſunt dij in cælo. Sæpe autè celebratur mentio XII. deorum, quorum nomina duobus uerſibus comprehendit Ennius:

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars.  
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

*Nec tibi ſupplico.*) Verſus hiat.

*Nihil uerò ob.*) Non affirmo emendatum eſſe hunc locum. In ueteri eſt arbitramino.

*Quæ hæc malum.*) Mutilus uerſus eſt. ac fortasſe de eſt, Impudentia eſt: Et paulo antè, Neq; malo homini, neq; benigno: fortasſe legendum, Neque indigno.

## BACCHIDES

## DRAMATIS PERSONAE.

PISTOCLERVS	adoleſcens.
LYDVS	pædagogus.
BACCHIDES	meretrices.
CHRYSALVS	ſeruos.
NICOBLVS	ſenex.
MNESILOCHVS	adoleſcens.
PARASITVS.	
MILITIS	puer.
PHILOXENVS	ſenex.
CLEOMACHVS	miles.

## GREX.

A BACCHI.

M. ACCII PLAVTI  
BACCHIDES & PISTOCLERVS.

- BA. Vid sis hoc potiu' st, ut taceas, ego loquar? BA.  
lepide licet. (uenias soror.)
- BA. Vbi me fugiet memoria, ibi tu facito, ut sub-  
BA. Pol magis metuo mihi, in monendo ne defuat  
oratio.
- BA. Pol ego quoq; metuo, lusciniola ne defuat cantio. (nes?  
Sequere hac. Pl. quid agunt due germanae meretrices cognomi-  
Quid in concilio consuluistis? BA. bene pol. Pl. haud meretriciu'  
BA. Miserius nihil est quam mulier. Pl. quid esse dicis dignius? (est.  
BA. Hec ita me orat sibi, qui caueat aliquem ut hominē reperiā,  
Ab istoc milite, ut ubi emeritum sibi sit, se ut reuehat domum.  
Id amabo te huic caucas. P. quid isti caueam? B. ut reuehatur do  
Vbi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla sibi. (mū.  
Nam haec si habeat aurum, quod ille remuneret, faciat lubens.  
PI. Vbi is homo est? BA. iā hic credo aderit, sed hoc idem apud nos  
Poteris agere: atq; is dū ueniat sedens hic opperberere. (rectius  
Eadem biberis: eadem dederō tibi, ubi biberis, sauium.
- PI. Viscus meus uestra ē blanditia. BA. quid iam? PI. quia enim in  
Due unū expetitis palūbē. perij, arundo alas uerberat. (telligo,  
Non ego istuc facinus mihi mulier conducibile esse arbitror.
- BA. Qui amabo? PI. quia Bacchis, bacchas metuo & Bacchanal  
BA. Quid ē, qd metuis ne tibi lectus maliciā apud me suadeat? (tuū.  
PI. Magis ille lectus tuum, quam lectum metuo. mala tu es bestia.  
Nam huic etati non conducit, mulier, latebrosus locus.
- BA. Ego met apud me, si quid stultē facere cupias, prohibeam.  
Sed ego apud me te esse ob eam rem miles cum ueniat, uolo.  
Quia cū tu aderis huic, mihiq; haud faciet quisquam iniuriam.  
Tu prohibebis, & eadem opera tuo sodali operam dabis.  
Et ille adueniens tuam me esse amicam suspicabitur.  
Quid amabo obticuisisti? PI. quia istae lepida sunt memoratui.  
Eadem in usu, atq; ubi periculum facias, aculeata sunt,  
Animum fodicant, bona destimulant, facta & famam sauciat.

Apd.

BA.

BA.

BA.

PI.

PI.

BA.

PI.

BA.

PI.

BA.



Apage à me, apage. BA. ah, nimium ferus es. PI. mihi sum. BA.  
malaciffandus es. (dolescentulus)

Quid ab hac metuis? PI. quid ego metnam rogitas? homo a-  
Penetrare huiusmodi in palestram, ubi dannis desudascitur,  
Vbi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus?

BA. Lepidè memoras PI. ubi ego capiam pro machera turturem,  
Vbiq; imponat in manum alius mihi pro cestu cantharum.  
Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis,  
Pro hasta talus, pro lorica malacum capiam pallium.  
Vbi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scuto accubet.  
Apage à me, apage. BA. ah, nimium ferus es. PI. mihi sum. BA.  
malaciffandus es,

Equidè tibi do hanc operã. PI. ah nimium preciosa es operaria.

BA. Simulato me amare. PI. utrũ ego ioco a simulè istud, an seriõ?

BA. Et hoc agere meliũ est, miles quum huc adueniat, te uolo (lo-  
Me amplexari. PI. quid eo mihi opus est? BA. ut ille te uideat uo  
Scio quid ago. PI. & pol ego scio quid metuo, sed quid ais? BA.

PI. Quid si apud te eueniat de subito prandiũ, aut potatio (quid est?  
Fortè, aut cœna, ut solet in istis fieri conciliabulis:  
Vbi ego tum acubem? BA. apud me, mi anime, ut lepidus cum  
lepada accubet.

Locus hic apud nos, quamuis subito uenias, semper liber est.

Vbi tu lepidè uoles esse tibi, mea rosa mihi dicit.

Dato qui bene sit, ego ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo.

PI. Rapidus fluiuus est hic, non hac temerè transiri potest.

BA. Atq; ecastor, apud hunc fluuium aliquid perdendum est tibi.  
Manũ da, & sequere. PI. aha minime. BA. quid ita?

PI. Quia istoc illecebrofius

Fieri nihil potest: nox, mulier, uinum, homini adolefcentulo.

BA. Age igitur, equidem pol nihili facio, nisi causa tua.

Ille quidem hanc abducet, tu nullus affueris, si non lubet.

PI. Sum ne autem quibili, qui ne queam ingenio moderari meo?

BA. Quid est quod metuas? PI. nihil est, nunc ego mulier tibi me e-  
mancho.

- Tuus sum, tibi dedo operam. BA. lepidus es. nunc ego te facere  
 Ego sorori meae cenam hodie dare uolo uaticam, (hoc uolo.  
 Ego tibi argentum iubebo iam intus efferi foras.  
 Tu facito obsonatum nobis sit opulentum obsonium.
- PI. Ego obsonabo. nam id flagitium sit meum, mea te gratia  
 Et operam dare mihi, & ad eam operam facere sumtu de tuo.
- BA. At ego nolo dare te quicquā. PI. sine. BA. sino equidem, si lubet.  
 Propera amabo. PI. prius hic adero, quam te amare desinam.
- BA. Bene me accipis aduenientem mea soror. BA. quid ita obsecro?
- BA. Quia piscatus meo quidem animo hic tibi hodie euenit bonus.
- BA. Meus ille quidē est. tibi nūc operā dabo, de Mnesilochō soror,  
 Ut hic accipias potius aurum, quam hinc eas cum milite. (ues.
- BA. Cupio. BA. dabitur opera. aqua calet. eamus hinc intrō ut la-  
 Nam ut in nauī uectā es, credo timida es. BA. aliquantum soror.  
 Simul hinc nescio, qui turbat qui huc it, decedamus soror.
- BA. Sequere hāc igitur me intrō in lectum, ut sedes lassitudinem.

LYDVS seruus. PISTOCLERVS  
 adolescens.

- I**amdudum Pistoclere tacitus te sequor,  
 Spectans quas tute res hoc ornatu geras.  
 Nam ita me diuinent, ut Lycurgus mihi quidem  
 Videtur posse hic ad nequitiam adducier.  
 Quō nunc capeſſis tete hinc aduersa uia,  
 Cum tanta pompa? PI. huc. LY. quid huc? quis istic habet?
- PI. Amor, uoluptas, uenus, uenustas, gaudium,  
 locus, ludus, sermo, suauis suauitatio.
- LY. Quid tibi commercij est cum dijs damnosissimis?
- PI. Mali sunt homines, qui bonis dicunt malē.  
 Tu dijs nec rectē dicis, non æquum facis.
- LY. An deus est ullus suauis suauitatio?
- PI. An non putasti esse unquam? ò Lyde es barbarus,  
 Quem ego sapere nimio censui plus quam Thalem,  
 Idem stultior es barbaro poticio.

Qui



- Qui tantus natu deorum nescis nomina.
- LY. Non hic placet mihi ornatus. PI. nemo ergo tibi  
Hec apparuit, mihi paratum est, cui placet.
- LY. Etiam me aduersus exordire argutias?  
Qui si decem habeas linguas, mutum esse addecer.
- PI. Non omnis etas. Lyde, ludo conuenit.  
Magis unum in mente est mihi nunc, satis ut commodè  
Pro dignitate obsonij hæc concuret coqus.
- LY. Iam perdidisti te atq; me atq; operam meam,  
Qui tibi nequicquam sepe monstraui bene.
- PI. Ibidem ego meam operam perdididi, ubi tu tuam.  
Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi.
- LY. O præligatum pectus. PI. odiosus mihi es,  
Tace atq; sequere Lyde me. LY. illuc sis uide,  
Non pædagogum iam me, sed Lydum uocat.
- PI. Non par uidetur, neq; sit consentaneum,  
Cum herus hic intus sit, & cum amica sua accubet,  
Cumq; osculetur, & conuiuæ alij accubent,  
Præsentibus illis pædagogus unà ut fiet.
- LY. An hoc ad eas res obsonatum est obsecro?
- PI. Sperat quidem animus: quò eueniat, dijs in manu est.
- LY. Tu amicam habebis? PI. cum uidebis, tum scies.
- LY. Immo neq; habebis, nec sinam: iturus sum domum.
- PI. Omitte Lyde, ac caue malo. LY. quid caue malo?
- PI. Iam excessit mihi etas ex magisterio tuo.
- LY. O' baratrum, ubi nunc es, ut ego te usurpem lubens?  
Video nimio iam multo plusquam uolueram.  
Vixisse nimio satius est, quam uiuere.  
Magistron quenquam discipulum minitarier?  
Nihil moror discipulos mihi esse iam plenos sanguinis,  
Valens afflicta me uaciuom uirium?
- PI. Fiam, ut ego opinor, Hercules, tu autem Linus.
- LY. Pol me tuo magis, ne Phoenix tuis factis suam,

- Tecq; ad patrem esse mortuum renunciem.
- PI. Satis historiarum est. LY. hic uereri perdidit.  
Compendium edepol haud etati optabile  
Fecisti, cum istanc nactus impudentiam.  
Occisus hic homo est, ecquid in mente est tibi  
Patrem tibi esse? PI. tibi ego, aut tu mihi seruus es?
- LY. Peior magister te istaec docuit non ego.  
Nimio es tu ad istas res discipulus docilior,  
Quam ad illa quae te docui, ubi operam perdididi.
- PI. Ista tamen tibi Lyde libertas data est  
Orationis, satis est, sequere me hac, ac tace.
- LY. Edepol fecisti furtum in etate malum,  
Quam istaec flagitia me celauisti, et patrem.
- CHRYSALVS seruus.

**H**erilis patria salue: quam ego biennio,  
Postquam hinc in Ephesum abij, conspicio lubens.  
Saluto te uicine Apollo, qui adibus  
Propinquus nostris accolis, uenrorq; te,  
Ne Nicobulum me sinas nostrum senem  
Prius conuenire, quam sodalem uiderim  
Mnesilochi Pistoclerum, quem ad epistolam  
Mnesilochus misit super amica Bacchide.

PISTOCLERVS adolescens, CHRYSALVS seruus.

- M**irum est me ut redeam te opere tanto quiescere,  
Qui abire hinc nullo pacto possum, si uelim,  
Ita me uadatam amore, uinctumq; aittines.
- CH. Proh dii immortales, Pistoclerum conspicio.  
O Pistoclere salue. PI. salue Chrysale.
- CH. Compendio uerba multa iam faciam tibi.  
Venire tu me gaudes, ego credo tibi.  
Hospitium et coenam pollicere, ut conuenit  
Peregre aduenienti: ego autem uenturum annuo.



- Salutem ab sodali solidam nuncio.  
Rogabis me ubi sit? uiuit. PI. nempe rectè ualet.
- CH. Istuc uolebam ego ex te percontarier.
- PI. Qui scire possum? CH. nullus plus. PI. quem nam ad modum?
- CH. Quia illa inuenta est, quam ille amat, uiuit, rectè & ualet:  
Si non inuenta est, minus ualet, moribundus est.  
Anima est amica amanti, si abest, nullus est:  
Si adest, res nulla est, ipse est nequam & miser.  
Sed tu quid factitasti mandatis super?
- PI. Egon? ut, quod ab illo attulisset nuncius,  
Non impetratum id aduenienti ei redderem:  
Regiones colere mauellem Acherunticas.
- CH. Eho an inuenisti Bacchidem? PI. Samiam quidem.
- CH. Vide quæso, ne quis tractet illam indiligens.  
Scis tu, ut confringi uas citò Samium solet.
- PI. Iam ne ut soles? CH. dic ubi ea nunc est obsecro?
- PI. Hic, exeuntem me unde aspexisti modò.
- CH. Ut istuc est lepidum, proxima uiciniæ  
Habitat, ecquid nam meminit Mnesilochi? PI. rogas?  
Immò unice unum plurimi pendit. CH. papæ?
- PI. Immò ut eum credis, misera amans desiderat.
- CH. Scitum istuc. PI. immò Chrysale hęc non tantulum  
Vnquam intermittit tempus, quin eum nominet.
- CH. Tanto hercle melior Bacchis. PI. immò. CH. immò hercle abie-  
Potius. PI. num inuitus rem bene gestam audis heri? (ro)
- CH. Non herus, sed actor mihi cor odio sauciat.  
Etiam Epidicum, quam ego fabulam æquè ac me ipsum amo,  
Nullam æquè inuitus specto, si eam agit pello.  
Sed Bacchis etiam fortis tibi uisa est? PI. rogas?  
Ni nactus Venerem essem, hanc lunonem dicerem.
- CH. Edepol Mnesilochē ut rem hanc natam esse intelligo,  
Quod ames, paratum est: quod des, inuento est opus.  
Nam istuc fortasse auro opus est. PI. Philippo quidem.

CH. Atq; eo fortasse iam opus est. Pl. immò etiam prius.  
Nam iam hic adueniet miles, & miles quidem  
Qui de amittenda Bacchide aurum hic exigit.

CH. Veniat quando uult, atq; ita ne mihi sit moræ.  
Domi est, non metuo, nec cuiquam supplico,  
Dum quidem hoc ualebit peccus perfidia meum.  
Abi intrò, ego hic curabo. tu intus dicitò  
Mnesilochum adesse Bacchidi. Pl. faciam ut iubes.

CH. Negocium hoc ad me nunc attinet aurarium.  
Mille & ducentos Philippòs attulimus aureos  
Epheso, quos hospes debuit nostro seni.  
Inde ego hodie aliquam machinabor machinam,  
Vnde aurum efficiam amanti herili filio.  
Sed foris concrepuit nostra, qui nam exit foras?

NICOBVLVS senex. CHRYSALVS seruus.

**I**Bo in Piræcum, uisam ecquæ aduenerit  
In portum ex Epheso nauis mercatoria.  
Nam meus formidat animus nostrum tam diu  
Ibi desiderare, neq; redire filium.

CH. Extexam ego illum pulcrè iam, si dii uolunt.  
Haud dormitandum est, est opus chryso Chrysale.  
Adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic arictens  
Phryxi. itaq; tondebo auro usq; ad uiuam cutem.  
Seruus salutat Nicobulum Chrysalus.

NI. Proh di immortales, Chrysale, ubi mihi est filius?

CH. Quin tu primum salutem reddis quam dedi?

NI. Salue, sed ubi nam est Mnesilochus? CH. uiuit, ualeat.

NI. Venit ne? CH. uenit. NI. euax, aspersisti aquam.  
Benè ne usq; ualuit? CH. pancreaticè atq; athleticè.

NI. Quid hoc, qua caussa cum hinc in Ephesum miseram,  
Accepit ne aurum ab hospite Archidemide?

CH. Hec cor meum & cerebrum Nicobule finditur,



Istius hominis ubi sit quaq; mentio.

Tun' hospitem illum nominas, hostem tuum?

NI. Quid ita hercle obsecro? CH. quia e de pol certè scio,  
Vulcanus, sol, luna & dies, dei quattuor,  
Scelēstiorē nullum hoc illuxere alterum.

NI. Quē ne? Archidemidē? CH. quam, inquā, Archidemidē.

NI. Quid fecit? CH. quid non fecit? quin tu id me rogas?

Primum dum inficias ire cœpit filio,  
Negare se debere tibi triobulum,  
Continuò antiquum ibi hospitem nostrum sibi  
Mnefilochus aduocauit, Pelagonem senem:  
Eo præsente homini ex templo ostendit symbolum,

Quem tute dederas ad eum, ut ferret, filio.

NI. Quid ubi ei ostendit symbolum? CH. in sit dicere

Adulterinum, & non eum esse symbolum.

Quotq; innocenti ei dixit contumelias?

Adulterare eum aiebat rebus cæteris.

NI. Habet in aurum? id mihi primum dici uolo.

CH. Postquam quidem prætor recuperatores dedit,

Damnatus demum, ui coactus reddidit

Ducentos, & mille Philippū. NI. tantum debuit?

CH. Porrò etiam ausculta pugnam, quam uoluit dare.

NI. Etiam ne est quid porrò? CH. hem accipe, trina hæc nunc erit.

NI. Deceptus sum. Autolyco hospiti aurum credidi.

CH. Quin tu audi? NI. immò ingenū auidi haud pernorā hospitis.

CH. Postquam aurum abstulimus, in nauem conscendimus,

Domum cupientes, fortè ut a sedi in stega,

Dum circumspecto, atq; ego tum lembum conspico:

Longum est rigorem maleficum exornariet.

NI. Perij hercle, lembus ille mihi ledit latus.

CH. Is erat communis cum hospite & prædonibus.

NI. Adeon, me fuisse fungum, ut qui illi crederem.

Cum mihi ipsum nomen eius Archidemidis

- Clammaret decturum esse si quid credrem.
- CH. Is nostra naui lembus insidias dabit.  
 Occæpi ego obseruare eos, quam rem gerant.  
 Interea è portu nostra nauis soluitur.  
 Vbi portu exijmus, homines remigio sequi,  
 Neq; aues, neq; uenti citius. quoniam sentio  
 Quæ res gererentur, nauem extemplo statuimus.  
 Quoniam uident nos stare, occeperunt ratem  
 Turbare in portu. NI. heu edepol mortalis malos.  
 Quid deniq; agitis? CH. rursum in portum recipimus.
- NI. Sapienter factum à uobis. quid illi postea?
- CH. Reuersionem ad terram faciunt uesteri.
- NI. Aurum hercle auferre uoluere, ei rei operam dabant.
- CH. Non me fefellit, sensi, eo exanimatus fui.  
 Postquam nos uidimus auro insidias fieri,  
 Capimus consilium continuo postridie,  
 Auferimus inde aurum omne illis presentibus,  
 Palam atq; aperte, ut illi id factum sciscerent.
- NI. Scite hercle. cedo quid illi? CH. tristes illico,  
 Quando extemplo à portu ire nos cum auro uident,  
 Subducunt lembum capitibus quasantibus.  
 Nos apud Theotimum omne aurum deponimus,  
 Qui illic sacerdos est Dianæ Ephesie.
- NI. Qui istic Theotimus est? CH. Megalobuli filius,  
 Qui nunc in Epheso est Ephesijs carissimus.
- NI. Næ ille hercle mihi sit multo tanto carior,  
 Si me illoc auro tanto circumduxerit.
- CH. Quin ipsa in æde Dianæ conditum est ibi,  
 Ibidem publicitus seruant. NI. occidistis me,  
 Nimio hic priuatim seruaretur rectius.  
 Sed uos nihil ne attulistis inde auri domum?
- CH. Immo etiam. uerum quantum attulerit, nescio.
- NI. Quid nescis? CH. quia Mnesilochus noctu clanculum  
 Deuenit ad Theotimum; nec mihi credere



Nec cuiquam in naui uoluit, cò ego nescio  
Quantillum attulerit, uerum haud permultum attulit.

NI. Etiam dimidium censes? CH. non edepol scio.  
Verum haud opinor. NI. fert ne partem tertiam?

CH. Non hercle opinor, uerum uerum nescio.  
Profectò de auro nihil scio, nisi nescio.  
Ne tibimet illuc naui capiundum est iter,  
Vt illud reportes aurum ab Theotimo domum.

Atq; heus tu? NI. quid uis? CH. annulum gnati tui  
Facito ut memineris ferre. N. quid opus est annulo?

CH. Quia id signum est cum Theotimo, qui cum illi afferet,  
Ei aurum ut reddat. NI. meminero, & rectè mones.  
Sed diues ne est istic Theotimus? CH. etiam rogas?

Qui soccis habeat auro suppectum solum.

NI. Cur ita fastidit? CH. tantas diuitias habet,  
Nescit quid faciat auro. NI. mihi dederit uelim.  
Sed qui praesente id aurum Theotimo datum est?

CH. Populo praesente nullus est Ephesi quin sciat.

NI. Istuc sapienter saltem fecit filius,  
Cum diuiti homini id aurum seruandum dedit,  
Ab eo licebit quamuis subito sumere.

CH. Immo hem tantisper nunquam te morabitur,  
Quin habeas illud quo die illuc ueneris.

NI. Censebam me effugisse à uita maritima,  
Ne nauigarem tandem hoc aetatis senex,  
Id mihi haud utrum uelim licere intelligo,  
Ita bellus hospes fecit Archidemides.  
Vbi nunc est ergo meus Mnesilochus filius?

CH. Deos atq; amicos ist salutatam ad forum.

NI. At ego hinc ad illum, ut conueniam quantum potest.

CH. Ille est oneratus re etè, & plus iusto uehit.  
Exorsa haec tela non male est omnino mihi,  
Vt amantem herilem copem facerem filium.

Ita feci, ut aurum quantum uellet sumeret.  
 Quantum autem lubeat reddere, ut reddat patri.  
 Senex in Ephesum hinc ibit aurum arcessere,  
 Hic nostra agetur etas in malacum modum.  
 Siquidem hic relinquet, nec secum abducat senex  
 Medet Mnesilochum, quas ego hic turbas dabo?  
 Sed quid futurum est, cum hoc senex rescierit?  
 Quom se excucurrisse illuc frustra sciuerit.  
 Nosq; aurum abusos, quid mihi fiet postea?  
 Credo hercle adueniens nomen mutabit mihi,  
 Facietq; extemplo crucisalum me ex Chrysallo.  
 Ausugero hercle, si magis usus uenerit.  
 Si ero reprehensus, maesto ego illum infortunio:  
 Si illi sunt uirgeruri, at mihi tergum domi est.  
 Nunc ibo, herili filio hanc fabricam dabo,  
 Super auro, amicaq; eius inuenta Bacchide.

LYDVS seruus.

**P**andite atq; aperite properè ianuâ hanc orci obsecro,  
 Nam equidem haud aliter esse duco, quippe qui nemo  
 Nisi quæ spes reliquere omnes, esse ut frugi possiet. (aduenit,  
 Bacchides non Bacchides, sed Bacchæ sunt acerrimæ.  
 Apage istas à me sorores: quæ hominum sorbent sanguinem,  
 Omnis ad perniciem instructa domus opimè atq; opiparè.  
 Quæ ut aspexi, me continuo contuli protinam in pedes.  
 Egó ne ut hæc conclusa gestem clanculum? ut celem patrem  
 Pistoclère, tua flagitia, aut damna, aut desidiabula?  
 Quibus patrem, et me, teq; amicosq; omnes affectas tuos  
 Ad probrum, damnum, flagitium appellere unâ, et perdere?  
 Neq; mei, neq; te tui intus puditum est factis, quæ facis,  
 Quibus tuum patrem, meq; unâ, amicos, affines tuos,  
 Tua infamia fecisti geruli singulos flagitij.  
 Nunc priusquam malum istoc addis, certum est iam dicâ patri,  
 De me culpam hanc demolibor iam, et seni faciam palam,



Vt cum ex lutulento cœno properè hinc eijciat foras.

MNESILOCHVS adolescens.

**M**ultimodis meditatus egomet mecum sum, & ita esse arbitror:

Homini amico, qui est amicus, ita uti nomen possidet,

Nisi deos, ei nihil prestare. id opera expertus sum esse ita.

Nã ut in Ephe sum hinc abij, hoc factum est fermè abhinc bien

Ex Ephe so huc, ad Pistoclerum meum sodalem literas (nium,

Misi, amicam ut mihi inueniret Bacchidem. illum intelligo

laucnisse, ut seruus meus mihi nunciauit Chrysalus.

Condigne is quã technã de auro aduersum meum fecit patrem,

Vt mihi amanti copia esset. sed eccum uideo incedere.

Nam pol quidè meo animo ingrato homine nihil impensius st.

Malefactorem amitti satius, quàm relinqui beneficium.

Nimio prestat impendiosum te, quàm ingratum dicier.

Illum laudabunt boni, hoc etiam ipsi culpabunt mali.

Qua me causa magis cum cura esse ac obuigilato st opus.

Nunc Mnesiloche specimen specitur, nunc certamen cernitur.

Sis ne nec ne, ut esse oportet, malus, bonus, cuiusmodi,

Iustus, iniustus, malignus, largus, commodus, incommodus.

Caue sis te superare seruum siris faciundo bene.

Vtut eris, moneo, haud celabis. sed eccos uideo incedere

Patrem sodalis, & magistrum. hinc auscultabo quã rem agant.

LYDVS seruus, PHILOXENVVS senex,

MNESILOCHVS adolescens.

**N**unc experiar sit ne acetum tibi cor acre in pectore.

Sequere. PH. quò sequar? quò ducis nunc me? LY. ad il-

lam que tuum

Perdedit, pefundedit tibi filium uni unicum.

PH. Eia Lyde, leniter qui seuiunt, sapiunt magis.

Minus mirandum est, illæ ætas si quid illorum facit,

Quàm si non faciat: feci ego istæc itidem in adolescentia.

LY. Hei mihi hei mihi, istæc illum perdidit assentatio.

Nans

- Nā absq; te esset, ego illum habcrem rectū ad ingenū bonum,  
 Nunc propter te tuamq; prauus factus est fiduciam  
 Pistoclerus. MN. dij immortales, meum sodalem hic nominat.  
 Quid hoc negocij est, Pistoclerū Lydus, quod herum tam ciet?  
 PH. Paulisper Lyde est libido homini, suo animo obsequi:  
 Iam adcrit tempus, cum sese etiam ipse oderit: morem geras,  
 Dum caueatur præter æquum ne quid delinquat, sine.  
 LY. Non sino. neq; equidem illum me uiuo corrumpi sinam.  
 Sed tu, qui tam pro corrupto dicis caussam filio,  
 Eadem ne erat hæc disciplina, cum tu adolescens eras?  
 Nego tibi hoc annis uiginti fuisse primis copie,  
 Digtum longè à pædago pedem ut efferres ædibus.  
 Ante solem exorientem nisi in palæstram ueneras,  
 Gymnasij præfecto haud mediocris pœnas penderes.  
 Id qoi obtigerat, hoc etiam ad malum accersebatur malum,  
 Et discipulus & magister perhibebantur improbi.  
 Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,  
 Saliendo sese exercebant magis, quàm scorto, aut sauijs:  
 Ibi suam ætatem extendebant, non in latebrosis locis.  
 Inde de hippodromo & palæstra, ubi reuenisses domum,  
 Cincticulo præcinctus in sella apud magistrum asideres:  
 Tum librum legeres, si unam peccauisses syllabam,  
 Fieret corium tam maculosum, quàm est nutritis pallium.  
 MN. Propter me hæc nunc meo sodali dici discrucior miser,  
 Innocens suspicionem hanc sustinet caussa mea.  
 PH. Alij Lyde nunc sunt mores. LY. id equidem certò scio.  
 Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio,  
 Quàm magistri desinebat esse dicto obediens.  
 At nunc priusquam septuennis est, si attingas eum manu,  
 Extemplò puer pædago tabula dirumpit caput.  
 Cum patrem adeas postulatam, puero sic dicit pater:  
 Noster esto, dum te poteris defensare iniuria.  
 Prouocatur pædagogus, cho senex minimi precij,



- Ne attigas puerum ista causa, quando fecit strenue.  
 It magister quasi lucerna uncto expretus linteo.  
 Itur illum iure dicto, istocchine hic pacto potest  
 Inhibere imperium magister, si ipse primus uapulet
- MN.** Acris postulatio hæc est, cum huius dicta intelligo.  
 Mira sunt, ni Pistoclerus Lydum pugnis contudit. (Philoxene.
- PH.** Sed quis hic est, quem astantem uideo ante ostium? **LY.** ò
- MN.** Deos propitios me uidere, quam illum, mauellem mihi.
- PH.** Quis illuc est? **LY.** Mnesilochus, gnati tui sodalis Pistocleri:  
 Haud consimili ingenio atq; ille est, qui in lupanari accubat.  
 Fortunatum Nicobulum, qui illum produxit sibi.
- PH.** Saluus sis Mnesilochæ. saluum te aduenire gaudeo.
- MN.** Dij te ament Philoxene. **LY.** hic enim ritè productus est patri.  
 In mare it, rem familiarem curat. custodit domum,  
 Obsequens obediensq; est moræ atq; imperijs patris.  
 Hic sodalis Pistoclero iam puer puero fuit.  
 Triduum non inter eos est ætatis uter maior fiet.  
 Verum ingenium plus triginta annis maius est, quam alteri.
- PH.** Caue malum, & compeſce in illum dicere iniuste. **LY.** tace.  
 Stultus es, qui illi malè egrè patere dici, qui facit.  
 Nam illum meum malum promptare malim, quam peculium.
- PH.** Qui dum? **LY.** quia malum si promptet, indies faciat minus.
- MN.** Quid sodalem meum castigas Lyde discipulum tuum?
- LY.** Perijt tibi sodalis. **MN.** ne diſirint. **LY.** sic est ut loquor,  
 Quin ego cum peribat uidi, non ex auditu arguo.
- MN.** Quid factum est? **LY.** meretricem indignè deperit. **MN.** non tu
- LY.** Atq; acerrimè ac æstuosè absorbet, ubi quemq; attigit. (taces?)
- MN.** Vbi ea mulier habitat? **LY.** hic. **MN.** unde eam esse aiunt? **LY.**  
 ex Samo. (ſcio
- MN.** Que uocatur? **LY.** Bacchis. **MN.** erras Lyde, ego omnem rem  
 Quemadmodum est. tu Pistoclerum falso atq; inſontè arguis.  
 Nam ille amico & beneuolenti suo sodali sedulo  
 Rem mandatam exequitur ipſus nec amat, nec tu creduas.

- LY. Ita' ne oportet rem mandatam gerere amici sedulo,  
 Ut ipſus in gremio osculantem mulierem teneat sedens?  
 Nullon pacto res mandata poteſt agi, niſi identidem  
 Manus ferat ad papillas, labra à labris nuſquam auferat?  
 Nanq; alia memorare, quæ illum facere uidi, diſpudet:  
 Cum manum ſub ueſtimenta ad corpus detulit Bacchidi,  
 Me præſente, neq; pudere quicquam. quid uerbis opus eſt?  
 Mihi diſcipulus, tibi ſodalis perijt, huic filius.  
 Nam ego illum periffe duco, cui quidem perijt pudor,  
 Quid opu' ſt uerbis? ſi opperiri uellem pauliſper modò,  
 Ut opinor, illius inſpectandi mihi eſſet maior copia,  
 Plus uidiſſem quàm deceret, quàm me atq; illo æquum foret.
- MN. Perdidisti me ſodalis. ego ne illam iam mulierem  
 Capitis non perdam? perire me malis malim modis.  
 Satin ut quem tu habeas fidelem tibi, aut cui credas neſcias?
- LY. Vidin' ut agrè patitur hic gnatum eſſe corruptum tuum,  
 Suum ſodalem, ut ipſus ſeſe cruciat egritudine?
- PH. Mneſiloche hoc tecum oro, ut illius animũ atq; ingeniu' regas.  
 Serua tibi ſodalem, & mihi filium, MN. factum uolo.
- PH. In te ergo hoc onus omne impono. Lyde ſequere hæc me. LY.  
 Melius eſſet me quoq; unã ſi cum illo relinqueres. (ſequor.)
- PH. Affatim eſt. Mneſiloche cura, & concaſtiga hominem probe,  
 Qui dedecorat te, me, amicosq; alios flagitijs ſuis.

MNESILOCHVS adoleſcens.

**A** Micriorem nunc utrum credam magis  
 Sodalem 'ne eſſe, an Bacchidem, incertũ admodum eſt.  
 illum exoptauit potius, habeat optime eſt.  
 Næ illa illud hercle cum malo fecit ſuo meo.  
 Nam mihi diuini nunquam quiſquam creduat,  
 Ne ego illam exemplis plurimis planeq; amo.  
 Ego ſaxo haud dicet n actam, quem derideat.  
 Nam iam domum ibo, atq; aliquid ſurrupiam patri,  
 Id iſti dabo, ego iſtanc multis ulciſcar modis,

Adcò



Adeo ego illam cogam, usq; ut mendicet meus pater.

Sed satine ego animum me te sincera gero?

Qui ad hunc modum hæc hic quæ futura fabulor.

Amo hercle, opinor, utpote quod certo sciam.

Verum quàm illa unquam de mea pecunia

Ramenta fiat plumea propensior,

Mendicum malim mendicando uincere.

Nunquam edepol uiua me irridebit. nam mihi

Decretum est renumerare iam omne aurum patri.

Igitur mihi mani atq; inopi subblandibitur,

Tum, cum mea illud nihilo pluris referet,

Quàm si ad sepulcrum mortuo dicat iocum.

Sed antequam illa unquam meis opulentijis

Ramenta fiat grauior, aut propensior,

Mori me mauelim excruciatum inopia.

Profectò stabile est me patri aurum reddere.

Eadem exorabo Chryfalo caussa mea

Pater ne noceat, neu quid ei succenseat

Mea caussa de auro, quòd eum ludificatus est.

Nam illi æquum est me consulere, qui caussa mea

Mendacium dixit: nunc uos me sequimini.

## PISTOCLERVS.

**R**ebus alijs anteuortar Bacchis, quæ mandas mihi, (mul.

Mnesilochũ utrequirã, atq; ut eũ medicũ ad te ducam si

Nam illud animus meus miratur, si à me tetigit nuncius.

Quid remoratur? ibo, & uisam huc ad eum si fortè est domi.

MNESILOCHVS, PISTOCLERVS.

**R**eddidi patri omne aurũ, nunc nunc ego illam me uelim

Conuenire, postquam inanis sum, cõtemtricem meam.

Sed ueniam mihi quàm grauate pater dedit de Chryfalo?

Verum postremò impetraui, ut ne quid ei succenseat. (us?

P. I. Est ne hic meus sodalis? MN. est ne hic hostis quẽ aspicio me-

P. I. Certè is est. MN. is est, adibo contrã, & contollam gradum.

B Siluus

- PI.** Saluus sis Mnesilochē. MN. salue. PI. saluus cū peregrè adue-  
 Cœna detur. MN. nō placet mihi cœna, quæ bilem mouet. (nis,  
**PI.** Nū quæ adueniēti ægritudo obiecta est? MN. atq; acerrimē.  
**PI.** Vnde? MN. ab homine quē mihi amicū esse arbitratus sum an  
**PI.** Multi more isto atq; exēplo uiuūt, quos cū censeas (tidhac.  
 Esse amicos, reperiuntur falsi falsimonij,  
 Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.  
 Nullus est qui non inuideat rem secundam obtingere:  
 Sibi ne inuideatur, ipsi ignaui rectē cauent.  
**MN.** Edepol nē tu illorum mores perquā meditatē tenes.  
 Sed etiam unum hoc ex ingenio malo malum inueniunt suo:  
 Nulli amici sunt, inimicos ipsi in sese omnis habent.  
 Atq; ij se cum frustrantur, frustrari alios stolidi existimant.  
 Sicut est hic, quem esse amicū ratus sum, atq; ipse sum mihi,  
 Ille quod in se fuit accuratum habuit, quod posset mali  
 Facere, & in me inconciliare copias omnis meas. (arbitror.  
**PI.** Improbū istunc esse oportet hominē. MN. ego ita esse  
**PI.** Obsecro hercle loquere quis is est. MN. beneuolēs uiuūt tibi.  
 Nam ni ita esset, tecum orarem, ut ei quod posses mali  
 Facere, faceres. PI. dic modō hominē qui sit: si non fecero  
 Ei malē aliquo pacto, me esse dicitō ignauissimū.  
**MN.** Nequā homo est, uerū hercle amicus est tibi. PI. tanto magis  
 Dic quis est, nequam hominē ego paruipendo gratiam.  
**MN.** Video non potesse, quin tibi eius nomen eloquar.  
 Pistoclere perdidisti me sodalem funditus. (stolam  
**PI.** Quid istuc est? MN. quid est? nisi ne ego ad te ex Epheso epi-  
 Super amica, ut mihi inuenires? PI. fateor factum, & repperi.  
**MN.** Qui, tibi non erat meretricum aliarum Athenis copia,  
 Quib. cum haberes rem, nisi cum illa quā ego mandassem tibi,  
 Occiperes tu te amare, & me ires consultum malē?  
**PI.** Sanū es? MN. rem repperi omnem ex tuo magistro. ne negā.  
 Perdidisti me. PI. etiā me ultrō tuis me proiectas probris?  
**MN.** Quid amas Bacchidem? PI. duas ergo hic intus eccas Bacchi-  
 des. Quid



- MN. Quid duæ? Pl. atq; ambas sorores. MN. loqueris nunc nugis  
 Pl. Postremò si pergis parùm mihi fidem arbitrarier, (Sciens.  
 Tollâ ego tedin collû, atq; intrò hinc auferam. MN. imò ibo.  
 Pl. Nò maneo, neq; tu me habebis falso susceptû. M. sequor. (maneo.

## PARASITVS, PVER.

**P**arasitus ego sum nequam hominis atq; improbi  
 Militis, qui amicam secum auexit ex Samo.

Nunc me ire iussit ad eam, & percontarier,

Vtrum aurum reddat, an ne eat secum simul.

Tu dudum puer cum illac usq; iuisti simul,

Quæ harum sunt ædes pulsa. adi actutum ad fores,

Recede hinc dierectè. ut pulsat propudium.

Comesse panem tris pedes latum potes,

Fores pultare nescis. ecquis in ædibus est?

Heus ecquis hic est? & ecquis hoc aperit hostium?

Ecquis exit?

## PISTOCLERVS, PARASITVS.

**Q**uid istuc? quæ istæc est pulsatio?

Quæ te mala crux agitat? ad istumc qui modum

Alieno vires tuas extentes ostio?

Fores penè effregisti. quid nunc uis tibi?

PA. Adulescens salue. Pl. salue. sed quem quæritas?

PA. Bacchidem. Pl. utram ergo? PA. nihil scio nisi Bacchidem.

Paucis me misit miles ad eam Cleomachus,

Vel ut ducentos Philippos reddat aureos,

Vel ut hinc in Elatiam hodie eat secum simul.

Pl. Non it. negato esse ituram. abi & renuncia.

Alium illa amat, non illum. duc te ab ædibus.

PA. Nimis iracundè. Pl. at scir quàm iracundus siem?

Næ tibi hercle haud longè est os ab infortunio,

Ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt.

PA. Cum ego huius uerba interpretor, mihi cautio est,

Ne nucifrangibula excussit ex malis meis.

- Tuo ego istæc igitur dicam illi periculo.
- PI. Quid ais tu? PA. ego istuc illi dicam. PI. dic mihi  
Quis tu es? PA. illius sum integumentum corporis.
- PI. Nequam esse oportet, cui tu integumentum improbus es.
- PA. Sufflatus ille huc ueniet. PI. diruptum uelim.
- PA. Num quid uis? PI. ab eas celeriter, factu est opus.
- PA. Vale dentisfrangibile. PI. & tu integumentum uale.  
In cum num hæc uenit res locum, ut quid consilij  
Dem meo sodali super amica, nesciam,  
Qui iratus renumerauit omne aurum patri,  
Neq; nummius ullu'st qui reddatur militi,  
Sed huc concedam. nam concrepuerunt fores.  
Mnesilochus eccum mæstus progreditur foras.

## MNESILOCHVS, PISTOCLERVS.

**P**Etulās, proteruo, iracūdo animo, indomito, incogitato,  
Sine modo & modestia sum, sine bono iure atq; honore,  
Incredibilis imposq; animi, inamabilis, illepidus uiuo,  
Male on lente ingenio natus. postremò id mihi est quod nolo  
Ego esse alijs, credibile hoc ē: nequior nemo ē, neq; indignior,  
Qoi dij benefaciāt, neq; quē quisq; homo aut amet, aut adeat,  
Inimicos quàm amicos æquū ē me habere, malos quàm bonos  
Par magis me iuuare. omnibus probris, quæ improbis uiris  
Digna sunt, dignior nullus est homo, qui patri reddidi omne  
aurum amans,

Quod fuit præ manu. sum 'ne ego homo miser? \*

\* \* Perdidi me, atq; operam Chrysalii.

(perij.

- PI. Consolandus hic mihi est. ibo ad eū. Mnesilochus quid sit? MN.  
PI. Dij melius faciāt. MN. perij. PI. nō taces inspiens. MN. taccā?  
PI. Sanus satis non es. MN. perij. multa mala mihi in pectore  
Nunc acria atq; acerba eueniunt. Criminin' me habuisse fidē?  
Immeritò tibi iratus fui. PI. eia bonum habe animum.  
MN. Vnde habeam? mortuus pluris precij'st q̄ ego sum. PI. militis  
Parasitus modò uenerat, aurum petere: hunc cum ego meis

Dicitis



Dictis malis his foribus atq; hac repuli, reieci hominem.

MN. Quid mihi id prodest? quid faciã, nihil habeo miser, ille quidẽ  
 Hic abducat scio. Pl. si mihi sit, nõ pollicear. MN. scio dares,  
 Noui, sed nisi ames, non habeam tibi fidem tantam.  
 Nunc agitas sat tute tuarum rerum. ego ne ut opem mihi  
 Ferre putem posse inopem te? Pl. tace modò, deus respiciet  
 nos aliquis. (salum uideo.)

MN. Nuge. Pl. mane. MN. quid est? Pl. tuam copiam eccum Chry-  
 CHRYSA LV S seruus. MN. ESILOCH V S.  
 PISTOCLER V S adolescens.

**H**Vnc hominem decet auro expendi, huic decet statuam  
 statui ex auro.

Nam duplex hodie facinus feci, duplicib; spolijs sum affectus.  
 Herũ maiorẽ meũ, ut ego hodie lusi lepidẽ, ut ludificatus estẽ  
 Callidum senem callidis dolis compuli, & perpuli mihi om-  
 nia ut crederet. (amo,

Nunc amanti hero, filio senis, qui cum ego bibo, qui cum edo,  
 Regias copias aureasq; obtuli, ut domo sumeret, neu foris qua-  
 reret.

Nõ mihi isti placẽt Parmenones, Syri, qui duas aut tres minas  
 Auferunt heris, nequius nihil est, quàm egens consilij seruus,  
 nisi habet

Multipatens pectus, ubicũq; usus fiet, pectore expromat suo.  
 Nullus frugi esse potest homo, nisi qui & bene & malefacere  
 tenet. (queat.)

Improbis, cum improbus sit, harpaget, furibus furetur quod  
 Versipellem frugi conuenit esse hominem, pectus cui sapit.  
 Bonus sit bonis, malus sit malis. utcunq; res sit, ita animum  
 habeat. (reddidit patri.)

Sed lubet scire, quantum aurum herus sibi demsit, et quid suo  
 Si frugi est, Herculem fecit ex patre, decumam partem ei  
 Dedit, sibi nouem abstulit, sed quẽ quero optime ecce obuiam  
 Mihi est, nõ qui nummi exciderunt here tibi, quod sic terram

- Obtueret? quid uos mœstos tam tristesq; esse conspico?  
 Non placet, nec est temerè etiam quin mihi respondetis?
- MN. Chrysale occidi. CH. fortassis tu auri demisti parum.
- MN. Qui, malum, parum: immò uerò nimio minus multo parum.
- CH. Quid igitur stulte, quoniam occasio ad eam rem fuit,  
 Mea uirtute parta, ut quantum uelles, tantum sumeres,  
 Sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus?  
 An nesciebas, quam eiusmodi homini rarò tempus se daret?
- MN. Erras. CH. at quidè tute erras, cum parū immersti ampliter.
- MN. Pol tu quàm nunc me accuses magis, si magis rem noueris.
- CH. Occidi, iam animus istoc dicto plus praesagitur mali.
- MN. Perij. CH. quid ita? MN. quia patri omne cum ramèto reddidi.
- CH. Reddidisti? MN. reddidi. CH. omnè ne? M. oppidò. C. occisi su-  
 Qui in mentè uenit tibi istuc facinus facere, tam malum? (Mus.)
- MN. Bacchidem: atq; hunc suspicabar propter crimen Chrysale,  
 Me malè consuluisse, ob eam rem omne aurum iratus reddidi  
 Meo patri. CH. quid, ubi reddebatur aurum, dixisti patri?
- MN. Id aurū accepisse extemplò ab hospite Archidemide. CH. hem  
 Istoc dicto dedisti hodie in cruciatum Chrysalum:  
 Nam ubi me aspiciet, ad carnificem rapiet continuo senex.
- MN. Ego patrem exorauit. CH. nempe ergo hoc ut faceret, quod lo-
- MN. Imò tibi ne noceat, neu quid ob eam rem succenseat. (quorè  
 Atque ègrè impetraui. nunc hoc tibi curandum est Chrysale.
- CH. Quid uis curem? MN. ut ad senem etiam alteram facias uiam.  
 Compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina,  
 Ut senem hodie doctum doctè fallas, aurumq; auferas.
- CH. Vix uidetur fieri posse. MN. perge, ac facile hæc feceris.
- CH. Quàm malū, facilè: quem mendacij prehèdit manifesto modo.  
 Quem si orem, ut mihi nihil credat, id non ausit credere.
- MN. Imò si audias, quæ dicta dixit me aduersum tibi.
- CH. Quid dixit? MN. si tu illum solem, sibi solem esse dixeris,  
 Se illum lunam credere esse, & noctem qui nunc est dies.
- CH. Emungam hercle hominem probè hodie, ne id necquicquam di-  
 xerit.



- MN.** Nūc quid nos uis facere? **CH.** enim nihil, nisi ut ametis impero.  
Ceterum quantumlibet me poscitote aurum, ego dabo.  
Quid mihi refert Chrysalis esse nomen, nisi factis probor?  
Sed nunc quantumulum usus est auri tibi Mnesilochus? dic mihi.
- MN.** Militi nummis ducentis iam usus est pro Bacchide.
- CH.** Ego dabo. **MN.** tum nobis opus est sumtu. **CH.** ah, placidè uolo  
Vnumquidq; agamus: hoc ubi egero, tum istuc agam.  
De ducentis nummis primum intendam balistam in senem.  
Ea balista si peruortam turrim, & propugnacula,  
Recta porta inuadā extemplò in oppidum antiquū & uetus:  
Si id capso, geritote amicis uostis aurum corribus,  
Si cui animus sperat. **PI.** apud te est animus noster Chrysalis?
- CH.** Nunc tu abi intrò Pistoclero ad Bacchidem, atq; effer citò.
- PI.** Quid? **CH.** stilū, cerā, et tabellas, & linū. **PI.** iā saxo hic erūt.
- MN.** Quid nūc es facturus? id mihi dice. **CH.** costum est prandium.  
Vos duo eritis, atq; amica tua erit tecum tertia.
- MN.** Sicut dicis? **CH.** Pistoclero nulla amica est. **MN.** immò adest.  
Alteram ille amat sororem, ego alteram, ambas Bacchides.
- CH.** Quid tu loqueris? **M.** hoc ut futuri sumus. **CH.** ubi est biclinium  
Vobis stratum? **MN.** cur id exquiris? **CH.** res ita est, dici uolo.  
Nescis quid ego acturus sim, neq; facinus quantum exordiar.
- MN.** Cedo manum, ac subsequare propius me ad fores. intro inspic.
- CH.** Euax nimis bellus, atq; ut esse maxime optabam, locus.
- PI.** Quæ imperauisti, imperatum bene bonis factum illico est.
- CH.** Quid parauisti? **PI.** quæ parare tu iussisti omnia.
- CH.** Cape stilum properè, & tabellas tu has tibi. **MN.** quid postea?
- CH.** Quod iubebo, scribito istic. nam propterea te uolo  
Scribere, ut pater cognoscat litteras, quando legat.  
Scribe. **MN.** quid scribam? **CH.** salutem tuo patri uerbis tuis.
- PI.** Quid si potius morbum & mortem scribat? id erit rectius.
- MN.** Ne interturba. iā imperatū in cerā inest. **CH.** dic quæadmodū?
- MN.** Mnesilochus salutem dicit suo patri. **CH.** ascribe hoc citò.  
Chrysalis mihi usq; quæque loquitur, nec rectè pater,

- Quia tibi aurum reddidi, & quia non te defraudauerim.
- PI. Mane dum scribit. CH. celerem oportet esse amatoris manum.
- PI. Atq; idem hercle est, ad perdendum magis, quam ad scribendum citus. (eo ut caueas tibi,
- MN. Loquere, hoc scriptum est. CH. nunc pater mi, proin tu ab Sycophantias componit, aurum ut abs te auferat, Et profecto se ablaturum dixit. plane ascribito.
- MN. Dic modo. CH. atq; id pollicetur se daturum aurum mihi, Quod dem scortis, quodq; in lustris comedim, & congr.ecem Sed pater mi, ne tibi hodie uerba det, queso caue. (pater.
- MN. Loquere porro. CH. ascribe du. MN. etia loquere quid scriba CH. Sed pater, quod promisisti mihi, id queso ut memineris. (modo. Ne illum uerberes, uerum apud te uinctum asseruato domi. Cedo tu ceram ac linum actutum. age oblige, obfigna cito.
- MN. Obsecro quid istis ad istunc usu st conscriptis modum? Ut tibi ne quid credat, atq; ut uinctum te asseruet domi.
- CH. Quia mihi ita lubet. potin ut cures te, atq; ne parcas mihi? Mea fiducia opus conduxit, & meo periculo rem gero.
- MN. Aequum dicis. CH. cedo tabellas. MN. accipe. CH. animu aduor Mnesiloche, & tu Pistoclere, iam facite in biclinio (tite Cum amica sua uterq; accubitum eatis. ita negotium est. Atque ibidem ubi nunc sunt lecti strati, potetis cito.
- PI. Nunquid aliud? CH. hoc, atque etiam ubi erit accubitum semel, Ne quoquam exurgatis, donec a me erit signum datum.
- PI. O imperatorem probum, iam bis bibisse oportuit.
- MN. Fugiamus. CH. uostrum curate officium, ego efficiam mecum.

## CHRYSALVS.

**I**nsanum magnum molior negotium,  
 Metuoq; ut hodie possiem emolirier.  
 Sed nunc truculento mihi, atque seuo usus sene est.  
 Nam non conducit nunc huic sycophantiae  
 Senem esse tranquillum, qui ubi me aspexerit,  
 Versabo ego illum hodie, si uiuo probe.



Tam frictum ego illum reddam, quàm frictum est cicer.  
 Adambulabo ad ostium, ut quando exeat  
 Extemplò aduenienti tabellas dem in manum.

NICOVLVS. CHRYSALVS.

- N** Inio illæ res est magnæ diuidiæ mihi,  
 Subterfugisse sic mihi hodie Chrysalum.
- CH.** Saluus sum, iratus est senex. nunc est mihi  
 Adcundi ad hominem tempus. **NI.** quis loquitur propè?  
 Atque hic quidem opinor Chrysalus est. **CH.** accessero.
- NI.** Bone serue salue. quid sit? quàm mox nauigo  
 In Ephesum, ut aurum repetam ab Theotimo domum?  
 Taces? per omnes deos adiuro, ut ni meum  
 Gnatum tam amem, atque ei facta cupiam quæ is uelit,  
 Ut tua iam uirgis latera lacerentur probè,  
 Ferratusq; in pistrino ætatem conteras.  
 Omnia rescivi scelera ex Mnesilocho tua.
- CH.** Men' criminatus est. optimè est, ego sum malus.  
 Ego sum sacer, scelestus, specta rem modò.  
 Ego uerbum faciam. **NI.** etiàm ne carnifex  
 Minitare? **CH.** nosces tu illum actutum qualis sit.  
 Nunc hæce tabellas ferre me iussit tibi.  
 Orabat, ut quod istic esset scriptum, fieret.
- NI.** Cedo. **CH.** nosce signum. **NI.** noui, ubi ipse est? **CH.** nescio.  
 Nihil iam me oportet scire, oblitus sum omnia.  
 Scio me esse seruum. nescio etiàm id quod scio.  
 Nunc ab trasenna hic turdus lumbricum petit,  
 Pendebit hodie pulcrè, ita iutendi tenus.
- NI.** Mane dum parumper, iam iam ad te exeo Chrysale.
- CH.** Ut uerba mihi dat, ut nescio quam rem gerat:  
 Seruos arcessit intus, qui me uinciant.  
 Bene nauis agitatur. pulcrè hæc confertur ratis.  
 Sed conticiscam, nam audio aperiri fores.

- NI. **C**onstringe tute illi Artamo actutum manus.  
 CH. **Q**uid feci? NI. impinge pugnum si mutiuerit.  
 Quid hæ loquuntur litteræ? CH. quid me rogas?  
 Vt ab illo accepi, ad te obsignatas attuli.  
 NI. Eò tu loquitatus ne es gnato meo malè  
 Per sermonem, quia mihi id aurum reddidit?  
 Et te dixisti id aurum ablaturum tamen  
 Per sycophantias? CH. ego ne istuc dixi? NI. ita.  
 CH. **Q**uis homo est, qui dicat me dixisse istuc? NI. tace.  
 Nullus homo dicit. hæ tabellæ te arguunt,  
 Quas tu attulisti. hæc hæc te uinciri iubent. CH. aha,  
 Bellerophonem iam tuus me fecit filius.  
 Egomet tabellas detuli, ut uinceret sine.  
 NI. **P**ropterea hoc facio, ut suadeas gnato meo  
 Vt pergræcetur tecum, ter uenefice.  
 CH. **O** stulte stulte, nescis nunc uenire te:  
 Atq; in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat.  
 NI. **R**esponde. quis me uendit? CH. quem di diligunt,  
 Adolescens moritur, dum ualet, sentit, sapit.  
 Hunc si ullus deus amaret, plus annis decem,  
 Plus iam uiginti, mortuum esse oportuit:  
 Qui terræ odium in ambulat, & iam nihil sapit,  
 Nec sentit. tanti est, quanti est fungus putidus.  
 NI. **T**ur' terræ me odium esse autumas? abducite hunc  
 In trò, atque astringite ad columnam fortiter.  
 Nunquam auferes hinc aurum. CH. atqui ultrò iam dabis.  
 NI. **D**abo? CH. atque orabis me quidem ultrò ut auferam,  
 Cum illum rescisces criminatorem meum  
 Quanto in periculo, & quanta in pernicie fiet.  
 Tum libertatem Chrysalò largibere,  
 Ego adeò nunquam accipiam. NI. dic scelerum caput,  
 Dic quo in periculo est meus Mæsilochus filius?



- CH. Sequere hac, me faxo iam scies. NI. quò gentium?  
 CH. Tres unos passus. NI. uel decem. CI. agedum tu Artamo  
 Forem hanc pauxillulum aperi placide, ne crepa,  
 Sat est. accede huc tu, uiden' conuiuium?  
 NI. Video. exaduorsum Pistoclerum & Bacchidem.  
 CH. Qui sunt in lecto illo altero? NI. interij miser.  
 CH. Nouisti ne hominem? NI. noui. CH. dic sodes mihi,  
 Bellan' uidetur specie mulier: NI. admodum.  
 CH. Quid illam, meretricem' ne censes esse? NI. quippini.  
 CH. Frustra es. NI. quis igitur obsecro est? CH. inueneris,  
 Ex me quidem hodie nunquam fies certior.

CLEOMACHVS, NICOBVLVS,  
 CHRYSALVS.

- M**Eám ne hic Mnesilochus Nicobuli filius  
 Per uim ut retineat mulierem? quæ hæc factio est?  
 NI. Quis ille est? CH. per tempus hic uenit miles mihi.  
 CL. Non me arbitratur militem, sed mulierem,  
 Qui me meosq; non queam defendere.  
 Nam neq; Bellona mihi unquam, neq; Mars creduat,  
 Ni illum exanimalem faxo, si conuenero,  
 Ni' ue exheredem fecero uitæ suæ.  
 NI. Chrysale quis ille est, qui minitatur filio?  
 CH. Vir hic est illius mulieris, qua cum accubat.  
 NI. Quid uir? CH. uir inquam. NI. nupta est illan' obsecro?  
 CH. Scies haud multo post. NI. oppidò interij miser.  
 CH. Quid nunc seclustus tibi uidetur Chrysalus?  
 Age nunc, uincto me, auscultato filio.  
 Dixit tibi illum inuenturum te qualis sit?  
 NI. Quid nunc ego faciam? CH. iube sis me exolui citò.  
 Nam nisi exoluor, iam manifestò hominem opprimet.  
 CL. Nihil est lucri, quod me hodie facere mauelin,  
 Quàm illum cubantem cum illa opprimere, ambo ut necem.  
 CH. Audin quæ loquitur? quin tu me exolui iubes?

Exolui.

- NI. Exoluite istum. perij, pertinui miser.
- CL. Tum illam, quæ corpus publicat uulgo suum,  
Faxo, se haud dicat nactam quem derideat.
- CH. Pacisci cum illo paulula pecunia  
Potes. NI. paciscere ergo obsecro, quid tibi lubet,  
Dum ne manifesto hominem opprimat, ne ue enicet.
- CL. Nunc nisi ducenti Philippi redduntur mihi,  
Iam illorum ego animam amborum exorbebo oppido.
- NI. Hem illoc paciscere, si potes perge, obsecro,  
Paciscere quid uis. CH. ibo & faciam sedulo.  
Quid clamas? CL. ubi herus tuus est? CH. nusquam, nescio.  
Vis tibi ducentos nummos iam promittier,  
Ut ne clamorem hic facias, neu conuicium?
- CL. Nihil est quod malim. CH. atq; ut tibi mala multa ingeram?
- CL. Tuo arbitrato. NI. ut subblanditur carnifex.
- CH. Pater hic Mnesilochi est. sequere, is promittet tibi.  
Tu aurum rogato, ceterum uerbum sat est.
- NI. Quid fit? CH. ducentis Philippis rem pepigi. NI. uab salus  
Mea seruauisti me, quam mox dico, dabo.
- CH. Roga hunc tu, tu promitte huic. NI. promitto, roga.
- CL. Ducentos nummos aureos Philippos probos  
Dabin? CH. dabuntur, inque, responde. NI. dabo.
- CH. Quid nunc impurè, num quid debetur tibi?  
Quid illi molestus, quid illum morte territas?  
Et ego te & ille mactamus infortunio.  
Si tibi est machæra, & nobis ueruina est domi,  
Qua quidem te faciam, si tu me irritaueris,  
Confossiorem foricina nenia,  
Iam dudum hercle equidem sentio, suspicio  
Quæ te sollicitet, eum esse cum illa muliere.
- CL. Immò est quoq;. CH. ita me Iuppiter, Iuno, Ceres,  
Minerua, Latona, Spes, Opes, Virtus, Venus,  
Castor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules,



Sumanus, Sol, Saturnus, diique omnes ament,  
 Ut ille cum illa neque cubat, neque ambulat,  
 Neque osculatur, neque illud quod dici solet.

NI. Ut iurat, seruat me ille suis periurijs.

CL. Vbi nunc Mnesilochus ergo? CH. rus misit pater.

Illam autem in arcem abiit, eadem uisere  
 Minerue: nunc aperta est. i uise est ne ibi?

CL. Abco ad forum igitur. CH. uel hercle in malam crucem.

CL. Hodie exigam aurum hoc? CH. exige, ac suspende te,

Ne supplicare censeas homo nihili.

Ille est amotus, sine me. per te here obsecro

Deos immortalis, ire huc intro ad filium.

NI. Quid eò introibis? CH. ut cum dictis plurimis  
 Castigem, cum hæc sic facta ad hunc faciat modum.

NI. Immo oro ut facias Chrysale, & te obsecro.

Caue parsis in eum dicere. CH. etiam me mones?

Satis est, si plura ex me audiet hodie mala,

Quam audiuit unquam Clinia ex Demetrio.

NI. Lippi illic oculi seruus est simillimus,

Si non est, nolis esse, neque desideres:

Si est, abstinere, quin attingas, non queas.

Nam ni illic hodie forte fortuna hic foret,

Miles Mnesilochum cum uxore opprimeret sua,

Atque obruncaret moechum manifestarium.

Nunc quasi ducentis Philippis emi filium,

Quos dare promisi militi, quos non dabo

Temerè: & iam priusquam filium conuenero,

Nunquam edepol quicquam temerè credam Chrysalò,

Verum libet etiam mihi has perlegere denuò,

Aequum est tabellis consignatis credere.

CHRYSALVS, NICOBVLVS.

**A** Tridæ duo fratres cluent fecisse facinus maximum:

Cū Priami patriam Pergamū, diuina moenitum manu,

Armis,

Armis, equis, exercitu atq; eximijs bellatoribus,  
 Millenium numero nauium, decimo anno post subegerunt.  
 Non Pelides tormento fuit, prout ego heru expugnabo mecum  
 Sine classe, sineq; exercitu, & tanto numero militum,  
 Cepi, expugnaui amanti herili filio aurum ab suo patre.  
 Nunc priusquam huc senex uenit, libet lamentari dum exeat  
 O Troia, o patria, o Perganum, o Priame, peristi senex,  
 Qui misere male multabere quadringentis Philippis aureis.  
 Nam ego has tabellas obsignatas, consignatas, quas fero,  
 Non sunt tabellæ, sed equus quem misere Achilli ligneam.  
 Epius est Pistoclerus, ab eo hæc sumta. Mæsilochus Sinon est,  
 Relictus ille non in busto Achilli, sed in lecto accubat,  
 Bacchidem habet secum: ille olim habuit igne qui signu daret,  
 Huc ipsum exurit, ego sum Vlyses, cuius consilio hæc geruntur.  
 Tum quæ hic sunt scriptæ litteræ, hoc in equo insunt milites.  
 Armati atq; animati probè ita res successit, meliusq; adhuc,  
 Atq; hic equus non in arcem, uerum in arcæ, faciet impetum,  
 Excidium, exitiũ, exlecebra fiet hic equus hodie auro senis.  
 Nostro seni huic stolido, ei profecto nomen facio ego Ilio.  
 Miles Menelaus est, ego Azamemnon, idem Vlyses Laertius.  
 Mæsilochus est Alexander, qui erit exitium rei patriæ suæ,  
 Is Helenam abduxit, cui causa nunc facio obsidium Ilio. (iii.)  
 Nã illic eidẽ audiui Vlyse, ut ego sum, fuisse et audacẽ, et ma  
 Dolis ego depressus sum, ille mendicans poenẽ inuẽtus interijt,  
 Dum ibi exquirat fata illorum. asimiliter mihi hodie obtigit.  
 Vincetus sum, sed dolis exemi, item se ille seruauit dolis.  
 Ilio tria fuisse audiui fata, quæ illi forent exitio:  
 Signum ex arce si perisset, alterum etiam est Troili mors,  
 Tertium cum portæ Scææ limen superum scinderetur.  
 Paria item tria eis tribus sunt fata nostra, huic Ilio.  
 Nam dudum primò ut dixeram nostro seni mendacium  
 Et de hospite, & de auro, & de lèbo, ibi signu ex arce iã abstu  
 Iã duo restabant fata tum, nec magis id cæperã oppidiũ. (li.)  
 Post

NI.

CH.



Post ubi tabellas ad senem detuli, ibi occidi Troilum.  
 Cum censuit Mnefilochum cum uxore esse dudum militis,  
 Ibi uix me exolui, atq; id periculū a simulo Vlyssē ut prædicāt;  
 Cognitū ab Helena esse, proditumq; Hecubæ. sed ut olim ille se  
 Blanditijs exemit, & persuasit se ut amitteret,  
 Item ego dolis me illo expuli periculo, & decepi senem.  
 Postea cum magnifico milite, urbes uerbis qui inermis capit,  
 Confluxi, atq; hominem repuli, dein pugnam conserui seni.  
 Ego eum adeò uno mendacio deuici, uno ictu extempulò  
 Capi spolia. is nunc ducentos nummos Philippos militi  
 Quos dare se promisit, dabit.

Nunc alteris etiam ducentis usus est, qui dispensentur  
 illo capto, uti sit mulsum, qui triumphent milites.  
 Sed Priamus hic multo illi præstat, non quinquaginta modò,  
 Quadringentos filios habet, atq; equidē omnis lectos sine pro-  
 Eos ego hodie omnes contruncabo duobus solis ictibus. (bro:  
 Nunc Priamo nostro, si est quis emtor, coemtionalem senem  
 Vendam ego, uenalem quem habeo, extemplo ubi oppidum ex  
 pugnauro.

Sed Priamum astantem eccum ante portam uideo. adibo atq;  
 alloquar. (quid

NI. Cuiā nam uox prope me sonat? CH. ô Nicobule. NI. quid sit?  
 Quod te misi, ecquid egisti? CH. rogas? congregere. NI. congre-  
 dior.

CH. Optimus sum orator. ad lacrimas coegi hominē castigando,  
 Maleq; dictis, quæ quidem quini comminisci. NI. quid ait? CH.  
 uerbum

Nullū fecit. lacrimās tacitus auscultabat, quæ ego loquebar.  
 Tacitus conscripsit tabellas, ob signatas mihi has dedit,  
 Tibi me iussit dare. sed metuo, ne idem cantent quod priores.  
 Nosce signum, est ne eius? NI. noui. libet perlegere has. CH.  
 perlege.

Nunc superum limen scinditur, nunc adest exitum illo.

Turbat

- Turbat equus lepidè ligneus. NI. Chrysale ades, dum ego hæc pellego.
- CH. Quid tibi me adesse opus est? NI. uolo ut quod iubeo facias. Ut scias quæ hic scripta sînt. CH. nihil moror, neq; scire uolo.
- NI. Tamè ades. CH. quid opus est? NI. taceas. quod iubeo, id facias.
- NI. Eugelitteras minutas. CH. q. quidè uideat parû, (CH. adero. Verum qui satis uideat, grandes satis sunt. NI. animum ad uorte igitur. (enim id quod iubeo, facias.
- CH. Nolo inquam. NI. at uolo inquam. CH. quid opus est? NI. at.
- CH. Iustum est, tuus tibi seruus tuo arbitrato seruiat.
- NI. Hoc age sis iam nunc. CH. ubi lubet recita, aurium operam tibi dico.
- NI. Cere quidè haud parsit, neq; stilo. sed quicquid est, perlegere Pater ducentos Philippos quæso Chrysale (certum est. Da si esse saluum uis me, aut uitalem tibi.
- CH. Malum quidem hercle magnum, tibi dico. NI. quid est?
- CH. Non prius salutem scripsit? NI. nusquam sentio.
- CH. Non dabis, si sapiens. uerùm si das maxumè, Næ ille alium gerulum quærat, si sapiet. sibi. Nam ego non laturus sum, si iubeas maxumè. Sat sic suspectus sum, cum careo noxia.
- NI. Ausculta porrò, dum hoc quod scriptum est pellego.
- CH. Inde à principio iam impudens epistola est.
- NI. Pudet prodire me ad te in conspectum, pater, Tantum flagitium te scire? audiui meum, Quod cum peregrini cubui uxore militis.
- NI. Pol haud derides. nam ducentis aureis Philippis redemi uitam ex flagitio tuam.
- CH. Nihil est illorum, quin ego illi dixerim.
- NI. Stultè fecisse fateor. sed quæso pater, Ne me in stulticia, si deliqui de seras. Ego animo cupido, atq; oculis indomitis fui: Persuasum est facere, cuius nunc me facti pudet.



- NI. Prius te cauiffe ergo, quàm pudere æquum fuit.
- CH. Eadem istæc uerba dudum illi dixi omnia.
- NI. Quæso ut sat habeas id pater, quòd Chrysalus  
Obiurgauit me plurimis uerbis malis,  
Et me meliorem fecit præceptis suis,  
Vt te eij habere gratiam, æquum sit, bonam.
- CH. Est ne istuc istic scriptum? NI. hem specta, tum scies.
- CH. Vt qui deliquit, supplex est ultrò omnibus.
- NI. Nunc si me fas est obsecrare abs te, pater,  
Da mihi ducentos nummos Philippos, te obsecro.
- CH. Ne unum quidem hercle, si sapis. NI. sine pellegam:  
Ego iusiurandum uerbis conceptis dedi,  
Daturum id me hodie mulieri, ante uesperum,  
Priusquam à me abiret. nunc pater, ne peierem  
Cura, atq; abduce me hinc ab hac quantum potest,  
Quam propter tantum damni feci ex flagitij.  
Caue tibi ducenti nummi diuidia fiant.  
Sexcenta tanta reddam si uiuo tibi.  
Vale, atq; hæc cura, quid nunc censes Chrysale?
- CH. Nihil ego tibi consilij hodie quicquam dabo:  
Neq; ego haud committam, ut si quid peccatum fiet,  
Fecisse dicas de mea sententia.  
Verum ut ego opinor, si ego in istoc siem loco,  
Dem potius aurum, quàm illum corrumpi sinam.  
Dua conditiones sunt, utram tu accipias uide.  
Vel ut aurum perdas, uel ut amator peieret.  
Ego neq; te iubeo, neq; ueto, neq; suado.
- NI. Misere me illius. CH. tuus est, non mirum facis.  
Si plus perdendum sit, perisse suauius est,  
Quàm illud flagitium uolgo dispalescere.
- NI. Næ ille edepol Ephesi multo mauellem foret,  
Dum saluus esset, quàm reuicisset domum.  
Quid ego istic quod perdendum est properem perdere?

- Binos ducentos Philippos iam intus efferam:  
 Et militi quos dudum promisi miser,  
 Et istos. mane istic, iam exeo ad de Chrysale.
- CH. Fit uasta Troia, scindunt proceres Pergamum.  
 Sciu ego iam dudum fore me exitium Pergamum.  
 Edepol qui me esse dicat cruciatu malo  
 Dignum, ne ego cum illo pignus haud ausim dare,  
 Tantas turbellas facio. sed crepuit foris,  
 Effertur praeda ex Troia, taceam nunc iam.
- NI. Cape hoc aurum Chrysale. i ser filio.  
 Ego ad forum autem hinc ibo, ut soluam militem.
- CH. Non equidem accipiam. proin tu quaeras qui ferat.  
 Nolo ego mihi credi. NI. cape uero, odiose facis.
- CH. Non equidem capiam. NI. at quaeso. CH. dico, ut res se habet.
- NI. Morare. CH. nolo inquam aurum concedi mihi.  
 Vel da aliquem qui me seruet. NI. ohe odiose facis.
- CH. Cedo, si necesse est. NI. cura hoc, iam ego reuenero.
- CH. Curatum est esse tescnem miserrimum.  
 Hoc est incepta efficere pulcre, ueluti nunc mihi  
 Euenit, ut ouans praeda onustus incederem.  
 Salute nostra, atq; urbe capta per dolum,  
 Domum reduco integrum omnem hinc exercitum.  
 Sed spectatores uos nunc ne miremini,  
 Quod non triumpho. peruulgatum est, nihil moror.  
 Veruntamen accipientur mulso milites.  
 Nunc hanc praedam omnem iam ad quaestorem deferam.

## PHILOXENVS.

Quam magis in pectore meo foueo, quas meus filius tur-  
 bas turbet. (pessat,

Quam se ad uitam, et quos ad amores praecipitem in scitus ca-  
 Magis curae est, magisq; affirmido, ne is percat, neu corrumpa-  
 Scio, ego sui illa etate, et feci illa omnia, sed more modesto. (tur-  
 Neq; placitant mores, quibus uideo uolgo gnatis esse parentes.

Duxi,



Duxi, habui scortum, potavi, dedi, donavi & enim id raro.  
 Ego dare me ludum meo nato institui, ut animo obsequium  
 Sumere possit, equum esse puto, sed nimis nolo desidia  
 Ei dare ludum, nunc Mnesilochum, quod mandavi, uiso,  
 Ecquid eum ad uirtutem, aut ad fugem opera sua compulerit:  
 Sic ut eum si conuenit, scio fecisse: eo est ingenio natus.

## NICOBVLVS. PHILOXENVS.

**Q** Vicinque, ubi sunt, qui suere, quiq; futuri sunt posthac,  
 Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, bucones,  
 Solus ego omnes longè anteo stulticia, & moribus indoctis.  
 Perij, pudet hoccine etatis ludum bis factum esse indignè.

Magis quàm id repeto, tã magis uror, quæ meus filius turbauit.  
 Perditus sum atq; etiã eradicatus sum, omnib. exemplis crucior.  
 Omnia me mala consecantur, omnibus exitijs interij.

Chrysalus me hodie lacerauit, Chrysalus me miserũ spoliauit:  
 Is me scelus usq; attondit dolus doctis, indoctum ut libitum est.  
 Ita miles memorat meretricem esse, quã ille uxorem esse atebat:  
 Omniaq; ut quicquid actum est, memorauit, eam sibi hunc an-  
 num conductam, (fissim.)

Reliquum id auri factum, quod ego ei stultissimus homo promi  
 Hoc hoc est, quod peracescit, hoc est demum quod percrucior,  
 Me hoc etatis ludificari, immò edepol sic ludos factum  
 Cano capite, atq; alba barba, sic miserũ me auro esse emunctũ.  
 Perij, hoc seruum meum non nauici facere esse ausum. atq; ego si  
 alibi (ducam.)

Plus perdidderim, minus ægrè habeam, minusq; id mihi damno  
 PH. Certo hic prope me mihi nescio quis loqui uisus è, sed què uideo,  
 Hic quidem pater Mnesilochi est. NI. euge, socium ærumne,  
 & mei mali uideo. (et infortunatus.)

Philoxene saluè. PH. & tu, unde agis? NI. unde homo miser,

PH. At pol ego ibi sum, esse ubi miserũ hominẽ decet, atq; infortunatũ.  
 NI. Igitur pari fortuna, a tate ut sumus, utimur. P. sic est, sed tu, (cui.)  
 Quid tibi est? NI. pol mihi: par idem est quod tibi. PH. nunquid  
 nam ad filium C 2 Hic

*Hec egritudo attingit? NI. admodum. PH. idem mihi morbus in pectore est.*

**NI.** *At mihi Chrysalus optimus homo \* \* \**

*\* \* Perdidit filium, me atq; rem omnem*

*Meam. PH. quid tibi ex filio nam obsecro agrè est? NI. scies. id, perijt.*

*Cum tuo atque ambo aequè amicas habèt. PH. qui scis? NI. uidi. PH. he i mihi, disperij.*

**NI.** *Quid dubitamus pultare, atq; huc euocare ambas foras?*

**PH.** *Haud moror. NI. heus Bacchis. iube sis actutum aperiri fores, Nisi mauoltis fores & postes comminui securibus.*

**BACCHIDES II.** *sorores. NICOBVLVS, PHILOXENV S* senes.

**Q**uis sonitu ac tumultu tanto nomine nominat  
*Me, atq; pultat edes? NI. ego atq; hic. BA. quid hoc est*  
*Negotij? nam amabo quis has huc ouis adegit?*

**NI.** *Ouis nos uocant pessumæ. SO. pastor harum*  
*Dormit, cum hæ eunt sic à pecu palitantes.*

**BA.** *At pol nitent, haud sordidæ uidentur ambæ.*

**SO.** *At tonsæ hæ quidem ambæ usq; sunt. PH. ut uidentur*  
*Deridere nos? NI. sine suo usq; arbitratu.*

**BA.** *Rerinter in anno tu has tonsitari? SO. pol hodie*  
*Alteram iam bis detonsa certò est. BA. uetulæ*  
*Sunt, thymianæ. SO. at bonas fuisse credo.*

**SO.** *Videntur limulis obsecro ut intuentur?*

**BA.** *Ecastor sine omni arbitror malicia esse.*

**PH.** *Meritò hoc nobis fit, qui quidem huc uenerimus.*

**BA.** *Cogantur quidem intrò. SO. haud scio quid eo opus sit,*  
*Quæ nec lactem, nec lanam ullam habent, sic sine astent.*  
*Exoluerè, quanti fuerè. omnis fructus*

*Iam illis decidit, non uides ut palantes*

*Sole liberè crassentur? quin etate credo esse mutas:*

*Ne balant quidem, cum à pecu cætero absunt. SO. stultæ atque*  
*haud malæ uidentur.*

Re-



BA. Reuertamur intrò soror. NI. illico ambæ manete. hæc oues uolunt uos.

BA. Prodigium hoc quidem est, humana nos uoce appellant oues.

PH. Hæc oues uobis malam rem magnam, quam debent, dabunt.

BA. Si quam debes, te condono, tibi habe, nunquam abs te petam. Sed quid est quapropter uobis uos malum minitamini?

PH. Quia nostros agnos conclusos istic esse aiunt duos.

NI. Et præter eos agnos, meus est istic clam mordax canis: Qui nisi nobis producantur, iamq; emittuntur foras, Arietes truces nos erimus, iam in uos incurfabimus.

BA. Soror, est quod te uolo secretò. SO. chò amabo. NI. quò ille a-beunt? BA. senem illum

Tibi dedo ulteriorem, lepidè ut lenitum reddas, ego ad hunc iratum aggrediar. possumus nos hos intrò illicere huc? SO. meum

Pensum ego lepidè accurabo, quanquam odiosum est mortem amplexari. (mutabo.)

BA. Facito ut facias. SO. taceas, tu tuum facito, ego quod dixi haud

NI. Quid illæc illic in consilio duæ secretò consultant?

PH. Quid ais tu homo? NI. quid me uis? PH. pudeat dicere me tibi quiddam.

NI. Quid est quod pudeat? PH. sed amico homini tibi quod uolo credere certum est:

Nihili sum. NI. istuc iam pridem scio. sed quid nihili sis memora?

PH. Tactus sum uehementer uisco, cor stimulo foditur. NI. pol tibi Multo æquius est coxendicem. (to me,

Sed quid istuc est? et si iam ego ipse quid sit propè scire pu- Verum audire etiam ex te studeo. PH. uiden hanc? NI. uideo. PH. haud mala est mulier.

NI. Pol uerò ista mala, et tu nihili. PH. quid multa? ego amo. NI. an amas? PH. nec as.

NI. Tu homo putidus amator istac fieri ætate audes? PH. qui non?

NI. Quia flagitium est. PH. quid opus uerbis est? meo filio non sum iratus,

- Neq; te tuo est æquum esse iratū. si amant, sapienter faciunt.
- BA. Sequere hęc. NI. eūt. eccas tandem probri perlecebrę et persua  
Quid nunc etiā redditis nobis filios & seruum? an ego (strices.  
E sperior tecum uim maiorem? PH. abin hinc?  
Non homo tu quidem es, qui istoc pacto tam lepidam illepidę  
appelles.
- BA. Senex optime, quantū est in terra, sine hoc exorare abs te,  
Vi istuc delictum desistas tantopere ire oppugnatum.
- NI. Nisi abeas, quanquam tu bella es, malum tibi magnum dabo iā.  
BA. patiar,  
Non metuo ne quid mihi doleat, quod ferias. NI. ut blandiloqua  
Hei mihi metuo. SO. hic magis tranquillust. (est,  
I hęc mecum intrō: atq; ibi, si quid uis, filium concastigato.
- NI. Abin a me scelus. BA. sine mea pietas exorem. NI. exores tu me?  
BA. Ego quidem ab hoc certę exorabo. PH. immō ego te oro, ut me  
intrō abducas.
- SO. Lepidum te. PH. at scin, quo pacto me ad te intrō abducas? BA.  
mecum ut sis.
- PH. Omnia quę cupio commemoras. NI. uidi ego nequam  
Hominem, uerum te neminem deteriolem. PH. ita sum.
- BA. I hęc mecū intrō, ubi sit tibi lepidę uisibus, uino atq; unguen-  
tis. (ceptus.
- NI. Satis satis iam uostri est conuiuif, me nihil poenitet, ut sim ac-  
Quadringētis Philippis filius me & Chrysalus circūdixerūt,  
Quem quidem ego, ut non exruciem,  
Alterum tantum auri non meream.
- BA. Quid tandem, si dimidium auri redditur? is ne tu hęc mecum  
Intrō, atq; ut eis delicta ignoscas? PH. faciet.
- NI. Minime. nolo, nihil moror. sine sic. malo illos ulcisci ambo. (sis.
- PH. Etiam tu homo nihili, quod dij dant boni, caue culpa tua amif-  
Dimidium auri datur, accipias. potesq; & scortum accumbas:
- NI. Egon ubi filius corrumpatur meus, ibi potem? PH. potandū est.
- NI. Age iam id, ut ut est, & si est dedecorū patiar facere, inducam  
Animum,



Animum, ego cum hæc, cū illo accūbet, inspectem? BA. immò  
equidem pol tecum

Accūbā, te amabo, & te amplexabor. NI. caput prurit, perij.  
Vix negito. BA. non tibi uenit in mentē, amabo, si dum uiuas,  
Tibi bene facias, iam pol id quidem esse haud perlonginquum.  
Neque si hoc hodie amiseris, pōst in morte id euenturum esse un  
quam?

NI. Quid ago? PH. quid agas, rogitas etiam? NI. libet, & metuo.  
BA. quid metuis?

NI. Ne obnoxius filio sim, et seruo. BA. mel mecum amabo. istæc fiūt.  
Tuus est, unde illum censes sumere, nisi quod tu te illi dederis?  
Hanc ueniam illis sine te uxorem. NI. ut terebrat? fatin offirma  
tum

Quod mihi erat, id me exorat. tua sum opera, & propter te im  
probior.

BA. Nusquam tu me à te auelles, fatin ego istuc habeo affirmatum.

NI. Quod semel dixi, haud mutabo. BA. it dies, ite intrò accubi  
tum.

Filij uos expectant intus. NI. quàm quidem actutū emorimur.

BA. Vesper hic est, sequimini. PH. ducite nos quò lubet, tanquam  
quidem addictos.

BA. Lepidè ipsi hi sunt capti suis qui filijs fecere insidias. ite.

## GREX.

**H**isenes nisi fuissent nihil iam inde ab adolescentia,  
Non hodie hic tantum flagitiū facerent canis capitibus:  
Neq; adeò hæc faceremus, ni antehac uidissemus fieri,  
Ut apud lenones riuales filijs fierent patres.  
Spectatores, uos ualere uolumus, & clarè applaudere.

FINIS BACCHIDVM.

C 4 ANNO-

**B**X Bacchidibus Plauti adducuntur à Charisso, quæ in hac fabula non leguntur, ut esse mutiam illam facile existimare possimus. Quæ uerò addita leguntur in editis libris, ut licet per me de ijs sentiat quisque quod uoluerit: ita uel mediocriter literis Latinis erudito dubium esse non potest, Plautina illa non esse. Fulgentius quidam interpres ueterum nominum, Nasiternam adducit de Plauti Bacchide, Nasiternam cum aqua feras. Nescio an alia illa fabula fuerit: nam huius nomen est Bacchides. Fabula hæc elegans est, sed flagitia & turpitudinem nefariam proponit, ad cuius cognitionem terreri debent animi piorum, consideratione horribilis iræ diuina, quæ contemptum & neglectiōnem ueritatis tam atrociter ultus fuit, ut in tantis erroribus, & talia peccata homines de se habi sineret, in quorum mores hæc tanta, & tam fœda uitia inuaderent, quibus quidem ciuitates & imperia tandem interierunt. Argumentum fabulæ tale est. Absens in Epheso, quod missus fuerat à patre Mnesilochus, petit à sodale Pistoclero, ut Bacchidem amicam suam reperiat. Eam apud sororem ille et ipsam nomine Bacchidem fortè inuenit, & huius sororis amore implicatur. Redit mox ex Epheso Mnesilochus, & errans de sermonibus Lydi pædagogi, in ira consilium de auro retinendo, quod seruus Chrysalus commētus fuerat, omne perturbat. Postea re cognita, orat seruum ut aurum per fallacias retrahat. Id ille audacis, atq; callidis, perficit. Sed tandem fraude patefacta, fœui & minaces senes blandicijs meretricum pelliciuntur eodē, ubi filios perire ægerrimè paulo antè tulerant. *περίουρος* est à fide sortis. Lydus, gentile. *βακχίδης*, à Baccho. *χρύσαλος*, ab auro. *νικητορας*, à uictora consilij, seu consilio uictoriæ. *μνησίλοχος*, fortè nomen à cogitatione insidiarum. *φιλόξενος*, hospitalis. *κλειόμενος*, à gloria seu celebritate præliorum. *Αρχιδημίδης*, patronymicè ab Archidemo, qui est princeps populi. *μεγαλόβουλος*, præstans consilio. *θεοτιμωτός*, uel Dei cultor, uel is quæ Deus colit. *πελάγωρος*, à pelago denominatus, *ἀρτάμωρος*, ἀπὸ τῆς ἀρτάμωρος, quod uerbum cocū significat.

ΑΡΧΙ-



*Arundo alas.*) Propè esse ait ut capiatur. nam & arūdines in au-  
 cupio sunt. Sunt autem uersus huius scenæ quadrati *ῥοχαίβορτε*.

*Egomel apud.*) Si, in ueteri non legabatur.

*Quia istoc.*) Hic est uersus dimeter.

*Iam dudum.*) Versus sunt Iambici senarij.

*Idem, stult.*) Putitio quidam maluerunt, à putido. ut hoc dice-  
 retur, stulto illum esse stultiorem. Sed omnino imperitum &  
 rusticam sacerdotem priscum notat. Simplicitas autem est, ut  
 scimus, antiquitatis. Vnde & Græci *απηλεως* uocant stolidos.  
 Iam Potitios & Pinarios fuisse Herculis sacerdotes constat.

*Herilis patria.*) Versus similes uersuum superioris scenæ.

*Mirum est.*) Similiter uersus sunt senarij Iambici.

*Quia si ille.*) *σωκραίφαις* numeri explicandi sunt.

*Si eam agit pello.*) Nomen, ut apparet, comædi, quem Plau-  
 tus notat ut malam actorem. Siue illud rectè, seu perperam exa-  
 ratum est: nos scripturam ueteris libri curauimus exprimi. Alijs  
 magis placuit Pollio.

*Ibo in Pireum.*) Senarij & ipsi Iambici.

*Copem fac.*) In ueteri libro est scriptum, Quopem. Sed annota-  
 tur, alibi legi, Ut amanti herili opem facerem filio. ubi fortasse  
 Copiam facerem, legèdum. Copem quidem ueteres copiosum  
 uocasse constat.

*Dianæ Eph.*) Vel Dianai, *Διαυρίοι*.

*Pandite atq.*) *Ἐρῆμῆροι κατὰ δυνάμειν ῥοχαίβορτε*.

*Tua infamia.*) Versus hiat. Si esset, De tua infam. numeri fierēt  
 concinniores, Gerulifigulos aut propinquos uocauit, qui susti-  
 nerent turpitudinem generis contaminati peccatis adolescētis.

*Multimodis.*) Similes uersus uersuum superioris scenæ. est au-  
 tem multimodis, multis modis.

*Sed eecum.*) Aut mendum hoc, aut ociosa hæc inculcatio est.

*Nunc experiar.*) Similes uersus superioris scenæ uersuum.

*Gymnasy præf.*) Hiatus uersus.

*Expretus linteo.*) Ita in ueteri libro planè legitur. Sed quid sit  
 hoc illud loco non uideo, & uersus titubat, ut requiri *ἑρῆμῆροι*  
*ἑρῆμῆροι* uideatur: ueluti, ex porrectus.

*Tui sodalis Pistocleri.*) Si est uera scriptura, ri syllaba, Pistocle-  
 ri, comæ-

ri, comprehendetur cum, haud initio uersus sequentis.

*Amiciorem nunc.*) In ueteri libro scribitur, Immitiorem. sunt senarij Iambici.

*Suo meo.*) Nolui mutare ueterem scripturam, ut quasi ὅφρα ἰο cans fecerit suomeo: id est, suo & meo. erit autem ἰωσωκασιφδ in, malo.

*Mori me mauelim.*) In ueteri est, malim. Sed ita uersus etiam magis claudicat. Venire alicui in mentem possit, ita hunc legendū, Mori mala me malim excruciatum inopia.

*Ramenta plun.*) Hæc est scriptura ueterū librorum. sed in No nio legitur plumbea, id est, uerum esse puto.

*Reb. alys.*) Tetrametri catalectici ῥοχαίσηντες.

*Reddidi patri.*) Similes uersus prox. antepositorum.

*Sublesta fide.*) Ut alibi, fides sublestior. In ueteri ascripta erat emendatio, subuersa. uel interpretatio fortè illa esse debuit.

*Sibi ne inuid.*) Versus hiulcus, & ut uereor, mutilus, sententia quidem integra.

*Tu dudum puer.*) Veram lectionē esse puto hanc, Tu qui dudū puer cum illa usq; isti simul. Sunt uersus senarij Iambici, quales & sequentis scenæ.

*Petulans prot.*) Confusi numeris uersus sunt. Rediguntur tamē ad tetrametros, sed de distinctione nihil affirmare habeo.

*Hunc hominem decet.*) Versus similes superiorum numeris cō fusi: usq; ad hunc, Chrysale occidi. A' quo deinceps sunt manife sti τῆς τῆς ἀμύτης κατὰ ἀληθινὸν ῥοχαίσηντες.

*Dedisti in cruc.*) Verum esse puto, dedisti, & numeris conuenit.

*Insanum magnum.*) Senarij Iambici.

*Nimicæ illæc res.*) Similiter iamb. senarij sunt.

*Spes, opes.*) Ita est scriptum in ueteri libro. Ops tamen uerū uidetur. uel opes, una syllaba κατ' ἰωσωκασιφδ pronuntiandū. Sunt & huius scenæ uersus senarij iambici. paulo autem antè, Animam exorbebo: in quibusdam exorbabo.

*Atride duo fratres.*) Sunt uersus tetrametri κατὰ ἀληθινὸν & ἀνα τὰ ἀληθινὰ, sed confusis numeris. & ἀμύτης unus usq; ad initium epistolæ, pater ducentos Phil. Inde enim redeunt numeri ad iambicos trimetros acatalectos,



Non Pelides tor.) Et propter scripturam ueteris libri, & sensus obscuritatem, hic mihi locus suspectus est. sed quid moneam, aut subijciam ad emendationē, non habeo: quærat igitur.

Hunc ipsum.) Sed malim, Hæc ipsum, ut comparatio sit euidētiōr Bacchidis & ignis.

Meliusq; adhuc.) Fortasse, meliusculē, aut meliusclē.  
Illic eidem.) Illic ibidem.

Quant magis in pecc. ) Rursum sequuntur longiores uersus, qui sunt tetrametri catalectici Hipponactei in hac scena.

Quicunq; ubiq;. ) Huius scenæ similes uersus ferè sunt scenæ superioris. sed tres ultimi τροχαϊσμοι.

Quis sonitu ac.) Confusi numeris uersus sunt τριμυτροι, τετραμυτροι, διμυτροι, καταλυκτινοι & ανατάλαντοι, nonnulli τροχαϊσμοι: ut ultimi quinque manifestò, ante quos Grex præscribitur, quod uerbum in ueteri libro extat.

Thymiana.) In ueteri est Thymiamæ. sed quid sit quæramus.  
An amasinecas.) Ascriptum erat in ueteri. alibi legi, ne carpe.

## MOSTELLARIA.

### DRAMATIS PERSONAE.

TRANIO seruus.	DELPHIVM meretrix.
GRVMIO seruus.	THEVROPIDES senex.
PHILOLACHES ad.	SIMO senex.
PHILEMATIVM mer.	DANISTA.
SCAPHIA ancilla.	PHANISCVS aduorsitor.
CALLIDAMATES adol.	SERVVS alius.

PVER.

### ARGVMENTVM.

Manu misit emptos suos amores Philolaches,  
Omnemq; absente rem suo absunit patre.  
Senem, ut reuenit, ludificatur Tranio

Terri-

Terrifica monstra ait uideri in ædibus,  
 Et inde primum emigratum esse, interuenit  
 Lucripeta scœnus scenerator postulans.  
 Ludusq; rursum fit senex. nam mutuuum  
 Acceptum dic it pignus emtis ædibus,  
 Requirit quæ sunt, ait uicini proxumi,  
 Inspectat, illas post se derisum dolet,  
 Ab sui sodale gnati exoratur tamen.

## ACTUS PRIMUS.

GRVMIO, TRANIO, serui duo.

GR.



Xi è culina sis foras mastigia,  
 Qui mihi inter patinas exhibes argutias.  
 Egredere herilis pernicies ex ædibus,  
 Ego pol te ruri, si uiuam, ulciscar probe.  
 Exi inquam nidor è culina, quid lates?

TR.

Quid tibi, malum, hic ante ædes clamatio est?

An ruri censete esse? abscede ab ædibus.

Abi rus. abi dierecte, abscede ab ianua.

En hoc cine uolebas? GR. perij, cur me uerberas?

TR.

Quia tu uis. GR. patiar, sine modò adueni, at senex.

Sine modò uenire saluom, quem absentem comes.

TR.

Nec uerisimile loquere, nec uerum, frutex,  
 Comesse quenquam ut quisquam absentem possiet.

GR.

Tu urbanus uerò scurra, deliciae populi,

Rus mihi tu obiectas? sanè credo Tranio

Quòd te in pistrinum scis actuum tradier.

Cis hercle paucas tempestates Tranio.

Augebis ruri numerum, genus ferratile.

Nunc dum tibi lubet, licetq; pota, perde rem,

Corrumpe herilem filium, adolescentem optimum,

Dies nòctesq; bibite, pergræcamini,

Amicas emite, liberate, pascite

Parasitos, obsonate pollucibiliter.

Hecci-



Hæcine mandauit tibi cum peregrè hinc ijt senex?  
 Hoccine modo hic rem curatam offendet suam?  
 Hoccine boni esse officium serui existimas,  
 Vt heri sui corrumpat & rem & filium?  
 Nam ego illum corruptum duco, quom his factis studet,  
 Quo nemo adæquè iuuentute ex omni Attica  
 Antehac est habitus parcus, nec magis continens:  
 Is nunc in aliam partem palmam possidet,  
 Virtute id factum tua & magisterio tuo.

TR. Quid tibi, malum, mea, ut quid ego agam, curatio est?

An ruri quæso non sunt quos cures boues?

Lubet potare, amare, scorta ducere.

Mei tergi facio hoc, non tui fiducia.

GR. Quam confidenter loquitur? uæ. TR. at te Iuppiter

Dijq; omnes perdant, oboluiſti allium.

Germana illuuiēs, rusticus, hircas, hara suis,

Canem capra commista. GR. quid tu uis fieri?

Non omnes possunt olere unguenta exotica,

Si tu oles: neq; superior quàm herus accumbere,

Neq; tam facietis, quàm tu uiuis, uictibus:

Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aucis,

Sine me alliato fungi fortunas meas.

Tu fortunatus, ego miser: patiunda sunt.

TR. Meum bonum me, te tuum maneat malum.

Quasi inuidere mihi hoc uidere Grunio.

Quia mihi bene est, & tibi male est, dignissimum est.

Decet me amare, & te bubulcitarier:

Me uictitare pulcre, te miseris modis.

GRV. O carnificinum cribrum, quod credo fore,

Ita te forabunt patibulatum per uias

Stimulis, si huc reueniat senex.

TR. Qui scis an tibi istuc prius eueniat, quàm mihi?

GR. Quia nunquam merui, tu meruisti & nunc meres.

- TR. Orationis operam compendi face,  
Nisi te mala re magna maclari cupis.
- GR. Eruom daturin' estis bubus quod seram?  
Date es, si non estis agite porro, pergite.  
Quomodo occepistis, bibite, pergracimini,  
Este, effertite uos, saginam cedite.
- TR. Tace atq; rus abi, ego ire in Piræum uolo,  
In uesterum parare piscatum mihi.  
Eruom tibi aliquis cras saxo ad uillam afferat.  
Quid est? quid tu me nunc obtuere furcifer?
- GR. Pol tibi istuc credo nomen actutum fore.
- TR. Dum intereas, sic sit istuc actutum sino.
- GR. Ita st. sed unum hoc scito, nimio celerius  
Venire quod molestum est, quàm id quod cupidè pct. n.
- TR. Molestus ne sis, nunc iam i rus, teq; amoue.  
Ne tu erres, præter hac mihi non facies moram.
- GR. Satin abij, neq; quod dixi flocci æstumat.  
Proh di immortales, obsecro uostram fidem,  
Facite huc ut redeat noster quàm primùm senex,  
Triennium qui iam hinc abest, priusquam omnia  
Periere, & ædeis, & ager, qui nisi huc redit,  
Paucorum mensium sunt relictæ reliquæ.  
Nunc rus abibo. nam heri em filium  
Video corruptum hic ex adolescente optumo.

## PHILOLACHES adolescens.

**R**ecordatus multum & diu cogitau,  
Argumenta q; in pectus multa institui  
Ego, atq; in meo corde, si est quod mihi cor,  
Eam rem uolutau, & diu disputau,  
Hominem. quous rei quando natus est,  
Similem esse arbitrarer, simulacrumq; habere,  
Id repperi iam exemplum.  
Nostrarum ædium esse arbitror similem ego hominem,

Quando



Quando hic natus est. ei rei argumenta dicam,

Atq; hoc haud uidetur uerisimile uobis,

At ego id faciam esse ita ut credatis.

Profectò ita esse, ut prædico, uerò uincam.

Atq; hoc uosmetipsi scio,

Perinde uti nunc ego esse autumo, quando

Dicta audietis mea, haud aliter dicetis.

Auscultate, argumenta dum dico ad hanc rem,

Simul \* uolo esse hanc rem mecum.

Aedes quom extemplò sunt paratae, expolite,

Factae probè, examusim,

Laudant fabrum, atq; aedes probant, sibi quisq;

Inde exemplum expetunt, sibi quisq; simile,

Suo usq; sumtu, operæ ne parcunt suæ.

Atq; ubi illò immigrat nequam homo, indiligensq;

Cum pigra familia, immundus, instrenuus,

Hic iam ædibus uitium additur,

Bonæ cum curantur malè.

Atq; illud sæpe fit, tempestas uenit,

Confringit tegulas, imbricesq; ibi

Dominus indiligens reddere alias ne uolt,

Venit imber, lauit parietes, perpluunt

Tigna, putrefacit aer operam fabri,

Nequior iam factus est usus ædium:

Atq; haud fabri culpa, sed magna pars

Moram hanc induxerunt. si quid nummo sarciri potest,

Vsq; dum mantant, neq; id faciunt, donicum

Parietes ruunt, ædificantur aedes totæ denuò.

Hæc argumenta ego ædificijs dixi. nunc etiam uolo

Dicere, ut homines ædium esse similes arbitremini,

Primum dum parentes fabri liberum sunt,

Et fundamentum substruunt liberorum,

Extollunt, parant sedulo infirmitatem,

Et ut

Et ut in usu boni, et in speciem populo  
 Sint, sibiq; aut materiae ne parcunt,  
 Nec suntus ibi sumtui esse ducunt.  
 Expoliunt, docent literas, iura et leges,  
 Sumtu suo et labore nituntur, ut  
 Alij sibi esse illorum similes expetant.  
 Ad legionem quom itant, adminiculum eis danunt.  
 Tum aliquem cognatum suum,  
 Eatenus abeunt a fabris.  
 Vnum ubi emeritum est stipendium igitur, tum  
 Specimen cernitur, quo eueniat edificatio.  
 Nam ego ad id frugi usq; et probus fui, in fabrorum potesta-  
 Posteaquam immigravi in ingenium meum, (te dum fui.  
 Perdidi operam fabrorum illico oppido.  
 Venit ignavia, ea mihi tempestas fuit,  
 Ea mihi aduentu suo grandinem, imbremq; attulit,  
 Hec uerecundiam mihi et uirtutis modum  
 Deturbauit, detexitq; me illico,  
 Post illa obtigere, eam negligens fui,  
 Continuo pro imbre amor aduenit in cor meum.  
 Is usq; in pectus permanauit, permadefecit  
 Cor meum, nunc simul res, fides, fama, uirtus,  
 Decusq; deseruerunt: ego sum in usu  
 Factus nimio nequior, atq; edepol ita  
 Hec tigna humide putent, non uideor mihi  
 Sarcire posse edeis meas, quin totae  
 Perpetuae ruant, quin cum fundamento  
 Perierint, nec quisquam esse auxilio queat,  
 Cor dolet, quom scio nunc ut sum, atq; ut fui,  
 Quo neq; industrior de iuuentute erat,  
 Arte gymnastica, disco, hastis, pila,  
 Cursu, armis, equo, uicitabam uolupe.  
 Parsimonia et duricia, discipline alijs eram,



Optimi quique expetebant eam doctrinam sibi,  
Nunc postquam nihili sum, id uero me opte ingenio repperi.

PHILEMATIVM mulier, SCAPHA ancilla,  
PHILOLACHES adolescens.

PH. **I**Am pridem ecastor frigida non laui magis lubenter,  
Nec unde me melius mea Scapha rear esse defecantem

SCA. Euentus rebus omnibus, uelut horno mensis magna  
Fuit. PHI. quid ea mensis attinet ad meam lauationem? (sta.

SCA. Nihil plus, quam lautio tua ad mesim. Philo. O Venus uenus  
Hæc illa est tempestas mea, mihi quæ modestiam omnem  
Detexit, tectus qua fui, quam mihi amor & cupido  
In pectus perpluit meum, neque iam unquam obtigere possum.  
Madent in corde parietes, periere hæc oppidò ædes.

PHI. Contempla amabo mea Scapha, satin hæc me uestis deceat.  
Volo meo placere Philolachi, meo ocello, meo patrono.

SCA. Quin tu te exornas moribus lepidis, quam lepida tute es.  
Non uestem amatores mulieris amant, sed uestis factum.

Philo. Ita me di ament, ut lepida Scapha sapit scelestam multum,  
Ut lepide res omnes tenet, sententiasque amantum.

PHI. Quid num. c? SCA. quid est? Philo. Quin me aspice & contem-  
pla, ut hæc me deceat.

SCA. Virtute formæ id euenit, te ut deceat, quicquid habeas.

Philo. Ergo hoc ob uerbū te Scapha donabo ego profectò hodie ali-  
Neque patiar te gratis hanc laudasse, quæ placet mihi. (qui.

PHI. Nolo ego te assentari mihi. SCA. numis tu quidem stulta es mu-  
Ehò mauis uituperari falso, quam uerò extolli? (liet.

PHI. Equidem pot, uel falso tamen laudari multo malo,  
Quam uerò culpari, aut alios meam speciem irridere.

Ego uerum amo, uerum uolo mihi dici, mendacem odi.

SCA. Ita tu me ames, ita Philolaches tuus te amet, ut uenusta es.

Philo. Quid ais scelestam? quomodo adiurasti, ita ego istam amarem?

Quid ita hæc me? id cur non additum est? insecta dona facio.

Perijisti, quod iam promiseram tibi dono, perdidisti.

D Equi-

SCA. Equidē pol miror tam catā, tam doctam te, et bene eductam,  
Non stultā stultē facere. Philo. quin mone quaeso, si quid erro.

SCA. Ecastor erras. quae quidem illum expectes unum, atq; illi  
Morem praecipuē sic geras, atq; alios asperneris.  
Matronae, non meretricum est, unum uni inscribere amantem.

Philo. Prō Iuppiter. nam quod malum uersatur mea domi illud?  
Dij deaq; omnes me pessumis exemplis interficiant,  
Nisi ego illam anum interfecero siti, fameq; atq; algu.

PHI. Nolo ego mihi malē te Scapha praecipere. S. C. sulta es plane,  
Illum tibi aeternū putes fore amicū, & beneuolentem. (quae  
Moneo ego te, te deseret illa aetate & satietate. (res.

PHI. Non spero. S. C. insperata accidunt magis saepe quā quae spea  
Postremō si dictis nequis per duci, ut uera haec credas,  
Mea dicta ex factis nosce. rem uide, quae sim, & quae fui antē,  
Nihil ego, q̄ nunc tu amata sum, atq; uni modō gessi morem,  
Qui pol me, ubi aetate hoc caput colorem commutauit,  
Reliquit, deseruitq; me, tibi idem futurum credo.

Philo. Vix comprimor, quin inuolem illi in oculos stimulatrici.

PHI. Solam illi me soli censco esse oportere obsequentem,  
Solam ille me soli sibi suo quom liberauit.

Philo. Proh di immortales mulierem lepidam, & pudico ingenio,  
Bene hercle factum, & gaudeō mihi nihil esse huius caussa.

SCA. Inscita ecastor tu quidē es. P. H. quapropter? S. quae istuc cures,  
Ut te ille amet. P. H. cur obsecro non curem. S. C. libera es iam,  
Tu iam quod querebas habes, ille te nisi amabit ultrō,  
Id pro capite tuo quod dedit, perdidit tantum argenti.

Philo. Perij hercle, ni ego illam pessumis exemplis enicasso.  
Illa hanc corrumpit mulierem male suada uitij lena,  
Nunquam ego illi possum gratiam referre, ut meritū sit de mea  
Scapha id tu mihi ne suadeas, ut illum minoris pendam.

SCA. At hoc unum facito, cogites si illum inscribis solum,  
Dum tibi nunc haec aetula est, in senecta malē querere.

Philo. In anginam ego nunc me uelim uerti, ut ueneficā illi



Fauces præhendam, atq; enicem scelestam stimulatricem.

PHI. Eundem animum oportet nunc mihi esse gratū ut impetraui,  
Atq; olim, priusquam id extudi, quom illi subblandiebar.

PHILO. Dij me faciant quod uolunt, ni ob istam orationem

Tibi liberaſſo denuò, & nisi Scapham enicaſſo.

SCA. Si tibi sat acceptum est, fore amicum tibi sempiternum,

Atq; illum amatorem tibi proprium futurum in uita,  
Soli gerundum censeo morem, & capiundas crines.

PHI. Ut fama est homini, exinde solet pecuniam inuenire.

Ego si bonam famam mihi seruassō, sat ero diues.

PHILO. Si quidē hercle uendundū est, pater uenibit multo potius,

Quam te, me uiuo, unquam sinam aut egere, aut mendicare.

SCA. Quid illis futurum est ceteris, qui amant te? PH. magis ama-

Quom uidebunt gratiam referri.

(bunt)

PHILO. Vinam meus nunc mortuus pater ad me nuncietur,

Ut ego ex heredem meis bonis me faciam, atq; hæc sit hæres.

SCA. Iam ista quidem absunta res erit, diesq; nostesq; estur,

Bibitur, neq; quisquam parsimoniam adhibet, sagina planè est.

PHILO. In te hercle certum est principium, ut sim parcus, experiri.

Nam neq; edes quicquam, neq; bibes apud me iſſec diebus.

PHI. Si quid tu in illum bene uoles loqui, id loqui licebit.

Nec rectè si illi dixeris, iam ecastor uapulabis.

PHILO. Edepol si summo ego Ioui illoc argento sacrificassē,

Pro illius capite quod dedi, nunquā æquè id bene collocassē,

Ut uideas eam medullitus me amare, ob probus homo sum,

Que pro me causam diceret, patronum liberaui.

SCA. Video te nihili pendere, præ Philolachete, omnes homines,

Nunc ne eius causa uapulem, tibi potius absentabor.

Si acceptum sat habes, tibi fore illum amicum sempiternum.

PHI. Cedò mihi speculum, & cū ornamentis arculā actūtū Scaphæ,

Ornata ut sim quom huc ueniat Philolaches, uoluptas mea.

SCA. Mulier que se suamq; ætatem spernit, speculo ei usus est.

Quid opust speculo tibi, que tute speculo speculū es maximū?

Ob istuc uerbum, ne nec quicquam Scapha tam lepidè dixeris.  
Dabo aliquid hodie tibi peculi Philematium mea.

PHI. Suo quicq; loco, uiden? capillus satis compositus est commodè?  
SCA. Vbi tu comoda es, capillum commodum esse credito.

Philo. Vah quid illa pote peius quicquam mulicre memorarier?  
Nunc absentatrix scelestà est, dudum aduersatrix erat.

PHI. Cedò cerussam. SCA. quid cerussa opus est? PHI. nāqui malas ob  
SCA. Vna opera ebur atramento candefacere postules. (linam.

Philo. Lepidè dictū de atramento atq; ebore, euge plaudo Scapha.

PHI. Tum tu igitur cedò purpurissum. SCA. non do, scita es tu quidē,  
Nova pictura interpolare uis opus lepidissimum,

Non istanc etatem oportet pigmentum ullum attingere,  
Neq; cerussam, neq; melinum, neq; ullam aliam offuciam.

Cape igitur speculū. PHI. L. Hci mihi misero, sauū speculo de-  
Nimis uelim lapidē, qui ego illi speculo diminuam caput. (dit.

SCA. Linteū cape, atq; exterge tibi manus. PHI. L. quid ita obsecro?

SCA. Ut speculum tenuisti, metuo ne oleant argentum manus.

Ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.

Philo. Non uideor uidisse lenam callidiorē ullam alteram.

Vt lepidè atq; astutè in mentem uenit de speculo mala.

PHI. Etiām ne unguentis unguendam censes? SCA. minime feceris.

PHI. Quapropter? S. quia ecastor mulier rectè olet, ubi nihil olet,

Nam istæc ueteres quæ se unguentis unctitant interpoles,

Vetulæ edentulæ, quæ uitia corporis fūco occulunt,

Vbi sese sudor cum unguentis consociauit, ilico

Itidem olent, quasi quom unā multa iura confundit coqos.

Quid oleas nescias, nisi id unum, ut malè olere intelligas.

Philo. Ut perdoctè cuncta callet, nihil hac docta doctius.

Verum illud est, maximaq; pars uostrorum intelligit,

Quib. anus domi uxores sunt, quæ uos dote meruerunt. (pha?

PHI. Agedum contempla aurū et pallam, satin hæc me deceat SCA-

SCA. Non me curare istuc oportet. PHI. quē obsecro igitur? SC. elo-

Philolachē, is ne qd emat, nisi quod tibi placere cēscat. (quar.

Nam

PHI

Philo

PHI  
Philo

PHI  
Philo  
PHI.

CAL



Nam amator meretricis mores sibi emit auro et purpura.

Quid opus est, quod suum esse nolit, ei ultrò ostentariet?

Purpura etas occultanda est, aurum turpe mulieri.

Pulcra mulier nuda erit, quàm purpurata, pulcrior.

Postea ne quicquam exornata est bene, si morata est malè.

Pulcrū ornatū turpes mores peius cœna collinūt. (neo manū.

Nam si pulcra est, nimis ornata est. PHIL. nimis diu absti-

Quid hic uos duæ agitis? PHI. tibi me exorno ut placeam. Phil.

ornata es satis.

Abi hinc tu intrò, atq; ornamēta hæc aufer. sed uoluptas mea,

Mea Philematium potare tecum collubitum est mihi.

PHI. Libet et edepol mihi tecū. nam quod tibi libet, idē mihi libet,

Mea uoluptas. Philo. Hem istuc uerbum uile est uiginti minis.

Cedò amabo decumbe. næ emtum tibi dare hoc uerbum uolo,

Etiam nunc decem minæ apud te sunt, uel rationem puta.

Triginta minas pro capite tuo dedi. PHI. cur exprobras?

Philo. Ego ne id exprobrem, qui mihi met cupio id opprobarier.

Nec quicquam argenti locaui iam diu usquam æquè bene.

PHI. Certè ego, quod te amo, operā nusquam melius potui ponere.

Philo. Bene igitur ratio accepti atq; expensi inter nos conuenit.

Tu me amas, ego te amo, meritò id fieri uterq; existimat,

Hæc qui gaudent, gaudeant perpetuo suo semper bono. (lam.

PHI. Age acūbe igitur, cedò aquā manib; puer, appone hic mensu-

Philo. Qui inuidet, ne unquā corū qsq; inuideat prorsus cōmodis.

PHI. Vide tali ubi sint, ubi unguēta. Philo. qd opus ē, cū stacta accu-

Sed est ne hic meus sodalis, qui huc incedit cū amica sua? (bo.

Is est est Callidamates, cum amica incedit, euge oculus meus,

Conueniunt manipulares, eccos prædam participes petunt.

CALLIDAMATES, SCAPHA, DELPHIVM,

PHILOLACHES, PHILEMATIVM.

CAL. A Duorsum uenire mihi ad Philolachem

Volo tempori, audi, hem tibi imperatum est,

Nam illic ubi fui, inde effugi foras.

Ita me tibi malè conuiuij sermonisq;  
 Pertasum est. nunc comesatum ibo ad Philolachem;  
 Vbi nos hilari ingenio & lepide accipiet.  
 Ecquid tibi uideor mammam adire. DE. semper  
 Istoc modo moratus uiuere debebas.

CA. Vis ne ego te, ac tute me amplectare?

DE. Si tibi cordi est facere, licet. CA. lepida es,  
 Duce me amabo. DE. caue ne cadas, asta.

CA. Oh ocellus es meus, tuus sum alumnus, mel mecum.

DE. Caue modò ne prius in uia accumbas,  
 Quàm illic, ubi lectus est stratus, coimus.

CA. Sine cadere me. DE. sino, sed & hoc quod mihi in manu est;  
 Si cades, non cades quia cadam tecum,  
 Iacentes tollet postea nos ambos aliquis.

Madet homo. CA. tun me am uis mammam adire?

DE. Cedò manum, nolo equidem te affligi.

CA. Hem tene, age i simul quòd ego eam, an scis?

DE. Scio, in mentem uenit modò. CA. nempe domum eo  
 Comesatum. DE. immò istuc quidem iam memini.

Philo. Num non uis obuiam me hisce ire, anime mi?

Illi ego ex omnibus optime uolo: iam

Reuertar. PHI. diu est iam id mihi. CA. ecquìs hic est?

Philo. Adest. CA. eu Philolaches, salue amicissime

Mihi hominum omnium. Philo. dij te ament, accuba

Callidamates. unde agis te? CA. unde homo ebrius.

Philo. Probè, quis amabo accubas Delphium mea.

CA. Date illi quod bibit, dormiam ego iam.

Philo. Num mirum his aut nouom quippiam facit? quid ego

Hoc facta postea mea? DE. sic sine eum quiescere. Philo. age tu

Interim da ab Delphio citò cantharum circum.

TRANIO, PHILOLACHES, CALLIDAMATES,

DELPHIVM. PHILEMACIVM, Puer.

FR. I Vppiter supremus summis opibus, atq; industrijs



Me perisse, & Philolachetem cupit herilem filium.  
 Occidit spes nostra, nusquam stabulum est confidentiæ.  
 Nec salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest,  
 Ita mali mœroris montem maximum ad portum modò  
 Conspicatus sum. herus aduenit peregrè. periit Tranio.  
 Ecquis homo est, qui facere argenti cupiat aliquantum lucri,  
 Qui hodie sese excruciarî meam uicem possit pati?  
 Vbi sunt isti plagipatidæ ferritribaces uiri?  
 Isti, qui hastis triû nummorû caussa subeunt sub salas?  
 Vbi aliqui quindenis hastis corpus transfigi solent?  
 Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit.  
 Sed ea lege, ut affigantur bis pedes, bis brachia.  
 Vbi id erit factum, à me argentum petito presentarium.  
 Sed ego sum ne infœlix, qui non curro curriculo domum?

Philo. Adest obsonium. eccum Tranionem, à portu redit.

TR. Philolaches. Philo. quid est? TR. ego & tu. Philo. quid & ego  
 & tu? TR. perijimus. (sumti sumus.)

Philo. Quid ita? TR. pater adest. Philo. quid ego ex te audio? TR. ab-  
 Pater inquâ tuus uenit. Philo. ubi est is obsecro te? TR. adest.

Philo. Quis id ait? quis uidit? TR. egomet inquam uidi. Philo. uæ mi-  
 hi. (accubas.)

Philo. Quid ego agam? TR. nūquid tu malum me rogitas, quid agas?

Philo. Tun uidisti? TR. egomet inquam. Philo. certe? TR. certe in-  
 quam. Philo. occidi,

Si tu uera memoras. TR. quid mihi sit boni, si mentiar?

Philo. Quid ego nūc faciā? TR. iube hæc hinc omnia amolirier. Cum:  
 Quis istic dormit? Philo. Callidamates. T. suscit a istum Delphi

DE. Callidamates Callidamates uigila. CA. uigilo, cedo ut bibam.

DE. Vigila. pater aduenit peregrè Philolache. CA. ualeat pater.

Philo. Valet ille quidem, atq; ego disperij. CA. disperisti? qui potest?

Philo. Quæso edepol exurge, pater aduenit. CA. tuus uenit pater?  
 Iube abire rursum, quid illi reditio hæc etiam fuit? (ebrium.)

Philo. Quid ego agam? pater iam hic me offendet miserum adueniens

- Aedes plenas conuiuuarum, & mulierum. miserum est opus  
 Igitur, demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet,  
 Sicut ego aduentu patris nunc quero, quid faciam miser.
- TR. Ecce autem hic deposiuit caput, & dormit, suscita. (pater?  
 Philo. Etiam uigilas? pater inquam aderit iam hic meus. CA. ain tu,  
 Cedò soleas mihi, ut arma capiã, iã pol ego occidam patrem.
- Philo. Perdis rē, tace, amabo abripite hunc intrò aētutū inter manus.  
 Iam hercle ego uos pro matula habebō, nisi mihi matulã datis.
- Philo. Perij. TR. habe bonū animū, ego istū lepidè medicabor metū.
- Philo. Nullus sum. TR. taceas: ego, qui istac sedem meditabor tibi,  
 Satin habes, si aduenientem ego ita patrem faciam tuum,  
 Nō modò ne introeat, uerū etiam ut fugiat longè ab ædibus?  
 Vos modò hinc abite intrò, atq; hæc hinc properè amolimini.
- Philo. Vbi ego ero: TR. ubi maximè esse uis, cū hac: tu cū istac eris.
- DE. Quid est igitur? abeamus hinc nos. TR. nō hoc lōge Delphiū.  
 Namq; intus potate, haud tantillo hac quidem caussa minus.
- PHI. Hei mihi quã istac blanda dicta, quò eueniãt, mado metū.  
 Potin animo ut sies quieto, & facias quod iubeo? Philo. potest.
- TR. Omnium primum Philematium intrò abi, & tu Delphium.
- DE. Morigeræ tibi erinus ambæ. PHI. ita ille faxit Iuppiter.
- TR. Animum aduertito nunc tu iam, quæ uolo accurarier.  
 Omnium primum dum, ædes iam fac occluse sient.  
 Intus caue mutire quenquam siueris. Philo. curabitur.
- TR. Tanquam si intus natus nemo in ædibus habitet. Philo. licet.
- TR. Neu quisquam ressonset, quando hæc ædes pultabit senex.
- Philo. Nunquid aliud? TR. clauim mihi harunce ædium Laconicam  
 iam iube efferi intus, hæc ego ædeis occludam hinc foris.
- Philo. In tuam custodiam me, & meas spes trado Tranio.
- TR. Pluma haud interest, patronus, an cliens propior fiet  
 Homini, cui nulla in pectore est audacia:  
 Nam cuiuis homini, uel optumo, uel pessumo,  
 Quamuis desubito facile est facere nequiter:  
 Clauim cedò, atq; abi intrò, atq; occlude ostium.



Verum id uidentumst. id uiri docti est opus,  
 Quae designata sint, et facta nequitia,  
 Ne quid patientur, quamobrem pigeat uiuere.  
 Tranquille cuncta, et ut proueniant sine malo,  
 Sicut ego efficiam, quae facta hic turbabimus,  
 Profecto ut liqueant omnia et tranquilla sint,  
 Neque quicquam nobis pariant ex se incommodi.  
 Sed quid tute egrederis? perij, iam iam optumè  
 Praeceptis paruisti. P. V. herus iussit maximo  
 Opere orare, ut patrem aliquo absterreret modo,  
 Ne introiret aedes. T. R. quin etiam illi hoc dicito,  
 Facturum me, ut ne etiam aspicere aedes audeat,  
 Capite obuoluto ut fugiat cum summo metu.  
 Clauim cedo, atque abi hinc intrò, atque occlude ostium.  
 Et ego hinc occludam. iube uenire nunc iam  
 Ludos ego hodie uiuo praesenti hic seni  
 Faciam, quod credo mortuo nunquam fore.  
 Concedam à foribus huc, hinc speculabor procul,  
 Vnde aduenienti sarcinam imponam seni.

THEVROPIDES senex. TRANIO seruus.

**H**Abeo Neptune magnam gratiam tibi,  
 Quom me amisisti uix à te uiuom modò.  
 Verum si posthac me pedem latum modò,  
 Scies imposuisse in undam, haud caussa est illico,  
 Quod nunc uolusti facere, quin facias mihi.  
 Apage, apage te à me, nunc iam post hunc diem  
 Quod crediturus tibi fui, omne credidi.

TR. Edepol Neptune peccauisti largiter,  
 Qui occasionem hanc amisisti tam bonam.

TH. Triennio post Aegypto aduenio domum,  
 Credo expectatus ueniam familiaribus.

TR. Nimio edepol ille potuit expectatior  
 Venire, qui te nunciaret mortuum.

TH. Sed quid hae? oclusa ianua est interdus?  
 Pultabo. heus ecquis istas aperit mihi fores?  
 TR. Quis homo est, qui nostras aedes accessit propè?  
 TH. Meus seruos hic quidem est Tranio. TR. ò Theuropides.  
 Herc salue, saluum te aduenisse gaudeo.  
 Vsq; ne ualuisi. TH. usq; ut uides. TR. factum optime.  
 TH. Quid uos, insani ne estis? TR. qui dum? TH. sic, quia  
 Foris ambulatis, natus nemo in aedibus  
 Seruat, neq; qui recludat, neq; qui respondeat.  
 Pultando pedibus penè confregi assulas.  
 TR. Eho an tu tetigisti has aedes? TH. cur non tangerem?  
 Quin pultando inquam penè confregi fores. (est?)  
 TR. Tetigisti in? TH. tetigi inquam, & pultaui. TR. uah. TH. quid  
 TR. Malè hercle factum. TH. quid est negocij? TR. non potest  
 Dici, quàm indignum facinus fecisti, & malum.  
 TH. Quid iam? TR. fuge obsecro atq; abscede ab aedibus.  
 Fuge huc, fuge ad me propius, tetigisti in fores?  
 TH. Quomodo pultare potui, si non tangerem?  
 TR. Occidisti hercle. TH. quem mortalem? TR. omnes tuos.  
 TH. Di te deaq; omnes perduaxint cum isto ominè.  
 TR. Metuo, te atq; istos expiare ut possies.  
 TH. Quamobrem? aut quam subito rem mihi apportas nouam?  
 TR. Eheus iube illos illinc amabo abscedere.  
 TH. Abscedite. TR. aedes ne attigatis, tangite  
 Vos quoq; terram. TH. obsecro hercle quin eloquere iam.  
 TR. Quia septem menses sunt, cum in hasce aedes pedem  
 Nemo intrò tetulit, semel ut emigrauimus.  
 TH. Eloquere quid ita? TR. circumspice dum nunquis est  
 Sermonem nostrum qui aucupet. TH. tutum probè est.  
 TR. Circumspice etiam. TH. nemo est, loquere nunc iam.  
 TR. Capitalis caedes facta est. TH. non intelligo.  
 TR. Scelus inquam factum si iandiu antiquom & uctus.  
 Antiquom id adeo, nos nunc factum inuenimus.

Quid



- TH.** Quid istuc est scelestè? aut quis id fecit? cedo.
- TR.** Hospes necauit hospitem captum manu,  
Iste, ut ego opinor, qui has tibi ædeis uendidit.
- TH.** Necauit? **TR.** aurumq; ipsi ademit hospiti,  
Eumq; hic defodit hospitem ibidem in ædibus.
- TH.** Quapropter id uos factum suspicamini?
- TR.** Ego dicam, ausculta. ut foris coenauerat  
Tuus gnatus, postquam redit à coena domum,  
Abimus omnes cubitum, condormiuimus,  
Lucernam fortè oblitus fueram extinguere,  
Atq; ille exclamat derepentè maximum.
- TH.** Quis homo? an gnatus meus? **TR.** st. tace. ausculta modò,  
Ait uenisse illum in somnis ad se mortuum.
- TH.** Nempe ergo in somnis? **TR.** ita. sed ausculta modò.  
Ait illum hoc pacto sibi dixisse mortuum.
- TH.** In somnis? **TR.** mirum quin uigilanti diceret,  
Qui abhinc sexaginta annis occisus foret.  
Interdum ineptè stultus es.
- TH.** Taceo. **TR.** sed ecce quæ ille inquit:  
Ego transmarinus hospes sum Diapontius,  
Hic habito, hæc mihi decuta est habitatio.  
Nam me Acheruntem recipere orcus noluit,  
Quia præmaturè uita careo. per fidem  
Deceptus sum, hospes hic me necauit, isq; me  
Defodit insepultum, clàm ibidem in hisce ædibus,  
Scelestus auri causa. nunc tu hinc emigra,  
Scelestæ hæ sunt ædes, impia est habitatio.  
Quæ hic monstra fiunt, anno uix posim eloqui.  
Secede. **TH.** Quid obsecro factu st? **TR.** concrepuit foris,  
Hiccine percussit? **TH.** guttam haud habeo sanguinis,  
Viuom me accersunt ad Acheruntem mortui.
- TR.** Perij illisce hodie, hanc conturbabunt fabulam.  
Nimis quàm formido, ne manifestò hic me opprimat.

ceste  
quid  
t

ne

.

RT

RT

RT

Quid

Quid

- TH. Quid tute tecum loquere? TR. abscede ab ianua.  
 Euge obsecro hercle! TH. quò fugiam? etiam tu fugis.  
 TR. Nihil ego formido. pax mihi est cum mortuis.  
 TH. Heu Tranio. TR. non me appellabis, si sapis.  
 Nihil ego commemerui, neq; istas percussi foreis.  
 TH. Quæso quid è grè est, quæ res te agitat Tranio?  
 Quicum ist. ec loqu. re? TR. an quæso tu appellaueras?  
 Ita me di amabunt, mortuum illum credidi  
 Expostulare, quia percussisses foreis.  
 Sed tu etiam ne astas, nec quod dico obtemperas?  
 TH. Quid faciam? TR. caue respexis. fuge atq; operi caput.  
 TH. Cur non fugis tu? TR. pax mihi est cum mortuis.  
 TH. Scio, quid modò igitur cur tantopere extimueras?  
 TR. Nihil me curassis inquam, ego mihi prouidero.  
 Tu ut occepisti, tantum quantum quis, fugies,  
 Atq; Herculem inuocabis. TH. Hercules te inuoco.  
 TR. Et ego, tibi hodie ut det senex magnum malum.  
 Proh di immortales, obsecro uostram fidem,  
 Quid ego hodie negotij confeci, malum.

DANISTA, THEVRO. senex,

TRANIO seruus.

- S** Celestiozem ego annum argento scœnori,  
 Nunquam ullum uidi, quàm hic mihi annus obtigit,  
 A mane ad noctem usq; in foro dego diem,  
 Locare argenti nemini nummam queo.  
 TR. Nunc pol ego perij planè in perpetuum modum.  
 Danista adest, qui dedit argentum scœnori,  
 Qui amica est emta, quoq; opus in sumtus fuit.  
 Manifesta res est, nisi quod occurro prius,  
 Ne hoc nunc senex resciscat. ibo huic obuiam.  
 Sed quid nam hic sese tam citò recipit domum?  
 Metuo ne de hac re quippiam hic inaudiuerit.  
 Accedam atq; appellabo. eu quàm timeo miser.

Nihil



- Nihil est miserius, quàm animus hominis conscius,  
 Sicut me habet. uerum utut res sese habet,  
 Pergam turbare porro, ita hæc res postulat.  
 Vnde is? TH. conueni illum, unde hæc ædes emeram.
- TR. Nunquid dixisti de illo. quod dixi tibi?
- TH. Dixi hercle uero, atq; omnia. TR. ue misero mihi.  
 Etiam fatetur de hospite? TR. immò pernegat.  
 Cape hercle te obsecro, cum eo unà iudicem.  
 Sed eum uideto ut capias, qui credat mihi.  
 Tam facile uinces, quàm pirum uolpes comest.  
 Metuo ne technæ meæ perpetuò perierint.
- TH. Quid tute tecum? TR. nihil enim, sed dic mihi,  
 Dixtin quæso? TH. dixi inquam, atq; ordine omnia.
- TR. Etiam fatetur de hospite? TH. immò pernegat.
- TR. Negat? TH. negat inquam. TR. perij oppidò, cum cogito.  
 Non confitetur? TH. dicam si confessus sit.  
 Quid nunc faciendum censes? TR. egon' quid censeam?  
 Cape obsecro hercle te cum eo unà iudicem.  
 Sed eum uideto, ut capias, qui credat mihi.  
 Tam facile uinces, quàm pirum uolpes comest.
- DA. Sed Philolachetis eccum seruum Tranium,  
 Qui mihi neq; fœnus, neq; sortem argenti danunt.
- TH. Quò tu te agis? TR. nec quòquam abeo. nã ego sum miser.  
 Scelestus, natus dijs inimicis omnibus.  
 Iam illo præfente adibit. nã ego homo sum miser.  
 Ita & hinc & illinc exhibent negotium.  
 Sed occupabo adire. DA. hic ad me it, saluus sum.  
 Spes est de argento. TR. hilarus est frustra istic homo.  
 Saluere iubeo te mi Saturites bene.
- DA. Salue & tu. quid de argento? TR. abi sis belua.  
 Continuo adueniens pilum iniiecisti mihi.
- DA. Hic homo est inanis. TR. hic homo est certè ariolus.
- DA. Quin tu istas mittis tricas? TR. nunquam potuisti mihi

M. igitur opportunus aduenire quam aduenis.

DA. Quid est? TR. concede huc. DA. quin mihi argentū redditur.

TR. Scio te bona esse uoce, ne clama nimis.

DA. Ego hercle uerò clamo. TR. ab gere morem mihi.

DA. Quid tibi ego morem uis geram? TR. abi quæso hinc domum.

DA. Abeam? TR. redito huc circiter meridiæ.

DA. Redetur ne igitur fœnus? TR. redetur, nunc abi.

DA. Quid ego huc recursem, aut operam sumam, aut conteram?

Quid si hic manebo potius ad meridiem?

TR. Imò abi domum, uerum hercle dico. abi modò.

DA. Quin uos mihi fœnus date, quid nugamini?

TR. Euh hercle nã tu abi modò, ausculta mihi.

DA. Iam hercle ego illunc nominabo hic. TR. euge strenuè,

Beatus uerò es nunc cum clamas. DA. meum peto.

Multos me hoc pacto iam dies frustramini.

Molestus si sum, reddite argentum, abiero.

Responsiones omnes hoc uerbo eripite.

TR. Sortem accipe. DA. immò fœnus, in primum uolo.

TR. Quid tute hominem, hominum omnium teterrime,

Venisti huc externatum? agas quod id manu est,

Non dat, non debet. DA. non debet? TR. nec erit quidem.

Ferre hoc potes, an mauius ut aliquò abeat fœras?

Urbem exul linquat factis hic caussa tui?

Cui sortem uix dare licebit. DA. quin non peto.

TH. Eia mastigia ad me redi. TR. iam istic ero.

Molestus ne sis, nemo dat, age quid lubet,

Tu solus credo fœnore argentum datas.

DA. Cedò fœnus. redde fœnus. fœnus reddite,

Daturin' estis fœnus actutum mihi?

Date mihi fœnus. TR. fœnus illic, fœnus hic.

Nescit quidem nisi fœnus fabularier,

Veterator. neq; ego tetriorem beluam

Vidisse me unquam quenquam, quàm te, censeo.



- DA. Non edepol nunc me tu tuis uerbis territas.  
Calidum hoc est, & si procul abest, urit malè.
- TH. Quod illud est scœnus obsecro, quod illic petit.
- TR. Pater eccum aduenit peregrè non multo prius  
Illius, is tibi & scœnus, & sortem dabit.  
Ne inconciliare quid nos porrò postules.  
Vide num moratur? DA. quin feram si quid datur.
- TH. Quid ais tu? TR. quid uis? TH. quis illic est? quid illic petii?  
Quid Philolachetem gnatum compellat meum.  
Sic, & presentitibi facit conuicium?  
Quid illi debetur? TR. obsecro hercle te, iube  
Obici argentum huic ob os impure beluæ.
- TH. Iubeam? TR. iube homini argento os uerberarier.
- DA. Perfácilis ego ictus perpetior argenteos.
- TH. Quod illud argentum est? TR. huic debet Philolaches  
Paulum. TH. quantillum? TR. quasi quadraginta minas.
- DA. Ne sanè id multum censeas, paulum id quidem est.
- TR. Audim? uidetur ne obsecro hercle idoneus,  
Danista qui sit? genus quod improbissimum est.
- TH. Non ego istuc curo, quis iste sit, unde sit,  
Illud uolo mihi dici, id me scire expeto.  
Adcò etiam argenti scœnus creditum audio.
- TR. Quatuor quadraginta illi debentur minæ.  
Dic te daturum ut abeat. TH. egon dicam dare?
- TR. Dic. TH. ego ne? TR. tu ipse, dic modò, ausculta mihi.  
Promitte, age inquam, ego iubeo. TH. responde mihi.  
Quid eo est argento factum? TR. saluum est. TH. soluite  
Vosmet igitur, si saluum est. TR. ædeis filius  
Tuus emit. TH. ædeis? TR. ædis. TH. cuge Philolaches  
Patrissat, iam homo in mercatura uortitur.  
An tu ædis? TR. ædis inquam, sed scin' cuiusmodi?
- TH. Qui scire possim? TR. uab. TH. quid est? TR. ne me roga.
- TH. Nam quid ita? TR. speculo claras clarorem merum.

- TH. Bene hercle factum, quid eas quanti destinat?
- TR. Talentis magnis totidem, quot ego & tu sumus.  
Sed araboni has dedit quadraginta minas.  
Huic sum sit quas ei dedimus, satin intelligis?  
Nam postquam hæcce ædis ita erant ut dixi tibi,  
Continuò est alias ædis mercatus sibi.
- TH. Bene hercle factum. DA. heus iam appetit merities.
- TR. Absolve hunc quæso uomitum, ne hic nos enecet.  
Quatuor quadraginta illi debentur minæ,  
Et fors & scenus. DA. tantum est, nihilo plus peto.
- TR. Velim quidem hercle, ut uno nummo plus petas.
- TH. Adolescens mecum rem habe. DA. nempe abs te petam.
- TH. Petito cras. DA. abeo, sat habeo, si cras sero.
- TR. Malum quod isti di de æq; omnes duint.  
Ita mea consilia perturbat penissimè.  
Nullum e depol hodie genus est hominum tetrius,  
Nec minus bono cum iure, quàm Danisticum.
- TH. Qua in regione istas ædis emit filius?
- TR. Ecce autem perij. TH. dicis 'ne hoc quod te rogo?
- TR. Dicam, sed nomen hominis quero quid fiet.
- TH. Age comminiscere ergo. TR. quid ego nunc agam?  
Nisi ut in uicinum hunc proximum mendacium,  
Eas emisse ædis huius dicam filium.  
Calidum hercle audiui esse optimum mendacium,  
Quicquid dei dicunt, id rectum est dicere.
- TH. Quid igitur iam commentus? TR. dij istum perduint,  
Imò istunc potius de uicino hoc proximo  
Tuus emit ædis filius. TH. bonan fide?
- TR. Siquidem es argentum redditurus, tum bona.  
Si redditurus non es, non emit bona.
- TH. Non in loco emit per bono has. TR. immò optimo.
- TH. Cupio hercle inspicere has ædis, pultadam fores.  
Atq; euocato aliquem intus ad te Tranio.



TR. Ecce autem nunc quid ego dicam nescio.  
 Iterum iam ad unum saxum me fluctus ferunt.  
 Quid nunc? non hercle quid nunc faciam, reperio:  
 Manifestò teneor. TH. euoca dum aliquem foràs,  
 Qui circumducat. TR. heus tu. at hic sunt mulieres.  
 Videndum est primum, utrum eae uelint, an non uelint.

TH. Bonum æquomq; oras, percontare & roga.  
 Ego hic tantisper dum exis, te opperiar foris.

TR. Dij te deæq; omnis funditus perdant senex,  
 Ita mea consilia undiq; oppugnata mala.  
 Euge optime. eccum dominus ædium foràs,  
 Simo progreditur ipse. huc concessero,  
 Dum mihi senatum consilij in cor conuoco.  
 Igitur tum accedam hunc, quando quid agam inuenero.

S I M O, THEVROPIDES senes. TRANIO seruus.

Melius anno hoc mihi non fuit domi,  
 Nec quando esca una bene meruerit magis,  
 Prandium mihi uxor per bonum dedit.  
 Nunc dormitum me iubet ire minime.  
 Non mihi sorte uisum illico fuit  
 Melius, quam prandium, quom solum dedit.  
 Voluit in cubiculum abducere me anus.  
 Non bonus somnus est de prandio. apage  
 Clanculum ex ædibus me edidi foras.

Tota turget mihi uxor, nunc scio, domi.  
 TR. Res parata est mala in uesperum huic seni.  
 Nam & coenandum & cubandum est intus male.

SI. Quo magis cogito ego cum meo animo,  
 Si quis dotatam uxorem domi sue habet,  
 Neminem sollicitat sopor,  
 Ire dormitum odio est: nunc uerò mihi  
 Exequi certa res est hoc, ut abeam  
 Potius hinc ad forum, quam domi cubem,

- Atq; pol nescio, ut moribus sient  
 Vostræ hoc sat scio, quàm me a me habeat malè:  
 Peiusq; posthac fore, quàm fuerit mihi.
- TR. Si abitus tuus tibi senex fecerit malè,  
 Nihil erit quod deorum ullum accusites,  
 Te ipse iure optimo meritò incuses licet.  
 Sed tempus nunc est senem hunc alloqui mihi.  
 Hoc habet: repperi, qui senem ducerem.  
 Quo dolo à me dolorem procul pellerem,  
 Accedam. dij te ament plurimum Simo.
- SI. Saluos sis Tranio. TR. ut uales? SI. non malè.  
 Quid agis? TR. hominem optimum teneo. SI. amicè facis,  
 Cum me laudas. TR. decet certè. SI. certè hercle. at ego te  
 Haud bonum teneo seruum. TR. quid ita uerò Simo?
- SI. Quid nunc, quàm mox? TR. quid est? SI. quod solet fieri.
- TR. Dic igitur quod solet fieri, quid id est?
- SI. Quid facitis uos? sed, ut uerum Tranio loquar,  
 Sic decet, ut homines sunt, ita morem geras.  
 Vita quàm sit breuis, simul cogita.
- TR. Quid? ehem uix tandem  
 Percepi super his rebus nostris te loqui.
- SI. Musicè hercle agitis atatem, ita ut uos decet.  
 Vino & uictu, piscatu probò, electili,  
 Vitam colitis. TR. immò ita ea quidem antehac erat,  
 Nunc nobis omnia hæc exciderunt Simo.
- SI. Qui dum? TR. ita oppidò occidimus omnes Simo.
- SI. Non taces? prosperè uobis cuncta usq; adhuc  
 Proceſserunt? TR. ita ut dicis, facta haud nego.  
 Nos profectò probè ut uoluimus uiximus.  
 Sed Simo, ita nunc uentus nauem nostram subitò  
 Deseruit. SI. quid est? quomodo pessimè potuit?  
 Quæ nec subducta erat tutò in terra antehac.
- TR. Ei. SI. quid est? TR. me miserum, occidi. SI. qui? TR. quia

Veniit



- Venit nauis nostræ nauis, que frangat ratem.
- SI. Velim ut uelles Tranio, sed quid est negocij?
- TR. Eloquar, herus peregrè uenit. SI. tunc tibi  
Chorda tenditur inde inferriteruum,  
Postea in crucem rectè. TR. nunc te ego per genus  
Obsecro, ne indicium hero facias meo. SI. e me,  
Nequid metuas, nihil sciet. TR. patrone salue.
- SI. Nihil moror mihi istiusmodi clientes.
- TR. Nunc hoc quod ad te uester me misit senex.
- SI. Hoc mihi responde primum, quod ego te rogo.
- TR. Iam de istis rebus uester quid sensit senex?  
Nihil quicquam. SI. nunquid increpauit filium?
- TR. Tam liquidus est, quàm liquida esse tempestas solet.  
Nunc te hoc orare iussit opere maximo,  
Ut sibi liceret inspicere has ædis tuas.
- SI. Non sunt uenales. TR. scio equidem istuc, sed senex  
Gynæceum ædificare uolt hic in suis  
Et balneas et ambulacrum et porticum.
- SI. Quid ille consomniauit? TR. ego dicam tibi:  
Dare uolt uxorem filio quantum potest,  
Ad eam rem facere uolt gynæceum nouum.  
Nam sibi laudasse hasce ait architectonem  
Nescio quem, esse ædificatas has sanè bene.  
Nunc hinc exemplum capere uult, nisi tu ne uis?  
Nam ille eò magnopere ex te sibi exemplum petit,  
Quia hic audiuit esse æstatem per bonam,  
Subdū colī hasce solere perpetuum diem.
- SI. Immodè edepol uerò, cum usq; quaq; est umbra, tamen  
Sol semper hic est, usq; à mani ad uesperum.  
Quasi flagitator astans usq; ad ostium.  
Nec mihi umbra usq; est, nisi si in puteo quæpiam est.
- TR. Quid Sarfinitis ecqua est? si umbram non habes?
- SI. Molestus ne sis, hæc sunt sicut prædico.

- TR. Attamen inspiciere uolt. SI. inspiciat, si lubet.  
 Si quid erit quod illi placeat, de exemplo meo  
 Ipse edificato. TR. Eon' uoco huc hominem? SI. uoca.
- TR. Alexandrum magnum, atq; Agathoclem aiunt maximas  
 Duo res gessisse. quid mihi fiet tertio?  
 Qui solus facio facinora immortalia.  
 Vehit hic clitellas, uehit hic autem alter senex.  
 Nouitium mihi questum institui non malum.  
 Nam muliones mulos clitellarios  
 Habent, ego homines habeo clitellarios.  
 Magni sunt oneris: quicquid imponas, uehunt.  
 Nunc hunc haud scio an colloquar: congregiar.  
 Heus Theuropides. TH. quis nominat me?
- TR. Hero seruus multum suo fidelis.  
 Quò me miser as, afferro omne impetratum.
- TH. Quid illic obsecro tam diu destitisti?
- TR. Seni non ocium erat, id sum opperitus.
- TH. Antiquum hoc obtines tuum, tardus ut sis.
- TR. Heus tu, si uoles uerbum hoc cogitare,  
 Simul flare, sorbereq; haud facile  
 Est: ego hic esse, & illic simul, haud potui.
- TH. Quid nunc? TR. uise, specta tuo arbitrato.
- TH. Age duc me. TR. num moror? TH. subsequar.  
 Senex ipse te ante ostium eccum opperitur,  
 Sed mæstus est sese hasce uendidisse.
- TH. Quid tandem? TR. orat ut suadeam Philolacheti,  
 Ut istas remittat sibi. TH. haud opinor.  
 Sibi quisq; ruri metit. si malè emta  
 Forent, nobis has haud redhibere liceret.  
 Lucri quicquid est, id domum trahere oportet.  
 Misericordias iam habere haud hominem oportet.
- TR. Morare hercle, cum uerba facis. subsequere.
- TH. Do tibi ego operam. TR. senex illic est, hem adduxit tibi homi-  
 saluum
- nem.



- SI. Saluum te aduenisse peregrè gaudeo Theuopides.  
 TH. Dij te ament. S. Linspicere hic ædis te has uelle aiebat mihi.  
 TH. Nisi tibi incòmodum est. SI. imò comodum, i intro atq; inspicere.  
 TH. At enim mulieres. SI. caue tu ullam flocci facias mulierem.  
 Quilibet perambula ædis oppidò tanquam tuas.  
 TH. Tanquam? TR. ah caue tu illi obiectes nunc in ægritudine  
 Te has emisse. non tu uides hunc, uultu ut tristi est senex?  
 TH. Video. TR. ergo irridere, neu uideare, gestire admodum,  
 Noli facere mentionem te has emisse. TH. intelligo,  
 Et bene monitum duco, atq; te existimo humano ingenio.  
 Quid nunc? SI. quin tu is intro, atq; ociose persectas, ut lubet.  
 TH. Bene benigneq; arbitror te facere. SI. factū edepol uolo.  
 Vin' qui perductet. TH. apage istū perductorē, non placet.  
 SI. Quid? quid est? TH. errabo potius, quàm perductet quispiam.  
 TR. Viden uestibulū ante ædis, hoc & ambulacrū cuiusmodi?  
 TH. Luculentū edepol profectò. TR. age specta, postes cuiusmodi?  
 Qua sint firmitate facti, & quanta crassitudine?  
 TH. Non uideor uidisse postes pulciores pol mihi.  
 SI. Eo precio emti fuerant olim. TR. audim' fuerant dicere?  
 Vix uidetur continere lacrimas. TH. quanti hos emerat?  
 SI. Tris minas pro istis duobus, præter uecturam, dedi.  
 TH. Hercle quin multū improbiores sunt, quàm à primo credidi.  
 TR. Quapropter? TH. quia edepol ambo ab infimo trames fecat.  
 TR. Intempestiuos excisos credo, id eis uitium nocet.  
 Atq; etiam nunc satis boni sunt, si sint inducti pice:  
 Non enim hæc pultifagus opifex opera fecit barbarus.  
 Viden' coagmenta in foribus. TH. uideo. TR. specta quàm arctè  
 TH. Dormiū? TR. illud quidē, ut conuiet, uolui dicere. (dormiū.  
 TH. Satin' habes: ut quicque magis contemplor, tanto magis placet.  
 TR. Viden' pictum, ubi ludificatur cornix una, uolturios duo?  
 Cornix astat, ea uolturios duo uicissim uellicat.  
 Quoeso huc ad me specta, cornicem ut conspiciere possies.  
 Iam uides? TH. profectò nullam equidem illic corn. cem intuor.

- TR. At tu istò ad nos obtuere, quoniam cornicem nequis  
Conspicari, si uolueris fortè possis contui.
- TH. Omnino, ut te absoluiam, nullam pictam conspicio hic auem.
- TR. Age iam mitto, ignosco, etate non quis obtuerier.
- TH. Hæc quæ possum, ea mihi profectò cuncta uehementer placent.
- SI. Latius demū est operæ precium iuisse. TH. rectè edepol mones.
- SI. Eho istum puer circumduce hæc ædis, & conclauia.  
Nam egomet ductarem, nisi mihi esset ad forum negocium.
- TH. Apage istum à me perductorem, nihil moror ductarier.
- SI. Quid? quid est? TH. errabo potius, quàm perducet quispiam.
- SI. Acdis dico. TH. ergo intrò eo sine perductore. SI. i. licet.
- TH. Ibo intrò igitur. TR. mane sis, uideam ne canis? T. agedū uide.
- TR. Est. TH. ubi canis est? TR. abi dierecta, abin hinc in malam cru  
At etiam restas? abi istinc. SI. nihil pericli est, age. (cem.  
Tam placida est, quàm est aqua, uise. ire intrò audacter licet.  
Eo ego hinc ad forum. TH. fecisti commodè, bene ambula.  
Tranio age canem, hinc à foribus abducas face. (accubat?  
Et si non metuenda est. TR. quin tu illam aspice, ut placidè  
Nisi molestum uis uideri te, atq; ignauum. TH. iam ut lubet.  
Sequere hæc igitur, TR. equidem haud usquam à pedibus absc  
dam tuis.

TRANIO seruus. THEVROPIDES senex.

- TR. **Q**uid tibi uisum est hoc mercimonij? TH. totus gaudeo.  
Num nimio emte tibi uidentur? TH. nunquam edepol me scio (cent?  
Vidisse unquã ablectas ædes, nisi modò hæc. TR. ecquid placet?
- TH. Ecquid placeant me rogas? imò uerò perplacent.
- TR. Cuiusmodi gynæceum? quid porticum? TH. insanum bonam.  
Non equidem ullam in publico esse maiorem hac existimo.
- TR. Quin ego ipse & Philolaches in publico omnes porticus  
Sunus commensi. TH. quid igitur? TR. longè omnium longis  
sima est.
- TH. Dij immortales mercimonij lepidi? si hercle nunc seras



- Sex talenta magna argenti pro istis presentaria,  
 Nunquã accipiam. TR. si here te accipere cupias, nunquam  
 TH. Bene res nostra collocata est istoc mercimonio. (sinam.)  
 TR. Me suasore atq; impulsore id factum audacter dicito,  
 Qui sub ægiscenore argentum ab Danista ut sumeret,  
 Quod isti dedimus araboni. TH. seruauisti omnem ratem,  
 Nempe octoginta debentur huic minæ? TR. haud nummo am-  
 plius.  
 TH. Hodie accipiat. TR. ita enim uerũ, ne qua causa subsiet,  
 Vel mihi denumerato, ego illi porro denumerauero.  
 TH. At enim nequid captioni mihi sit, si dederim tibi.  
 TR. Egone te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere?  
 TH. Egon abs te ausim non cauere nequid committam tibi?  
 TR. Qui tibi nunquã, quicquã, postquam tuus sum, uerborũ dedi.  
 TH. Ego enim caui recte. TR. eã mihi debes gratiam atq; animo meo.  
 TH. Sat sapio, si abs te modo uno caueo. TR. tecum sentio.  
 TH. Nunc abi, i rus, dic me aduenisse filio. TR. faciam ut uoles.  
 TH. Curriculo abi, iube in urbem ueniat iam simul tecum. TR. licet.  
 Nuncego me illã per posticum ad congerrones conferam.  
 Dicam ut hic res sint quietæ, atq; ut hunc hinc amouerim.

PHANISCVS aduors.

**S**erui qui cum culpa carint, tamen malum  
 Metuunt, hi solent esse heris utiles.  
 Nam illi qui nihil metuunt, postquam sunt malum  
 Meriti, stulta sibi expetunt consilia.  
 Exercent sese ad cursuram, fugiunt, sed  
 Hi si reprehensi sunt, faciunt à malo,  
 Peculio quod nequeunt facere suo,  
 Augent expauxillo, thesaurum inde parant.  
 Mibi in pectore consilij quod est,  
 Lubet cauere malam rem prius,  
 Quàm ut meum tergum exsinceratum fiat,  
 Vt adhuc fuit, mihi corium esse oportet

Syncerum, atq; uti uetem uerberari.

Si huic imperabo, probè tectum habebò:

Malum cum impluit cæteris, non impluat mihi.

Nam ut serui uolunt esse herum, ita solet esse.

Bonis boni sunt: improbi, qui malus fuit.

Nam nunc domi nostræ tot pessimi uiuont,

Peculi sui prodigi, plagigeruli, ubi aduersum ut

Eant, uocantur hero, non eo molestus ne sis.

Scio quò properas, gestis aliquid iam hercle,

Ire uis mula foràs pastum, bene merens

Hoc precium inde abstuli, ita abij foràs, solus

Nunc eo aduersum hero ex plurimis seruis,

Hoc die crastini, cum herus rescruerit.

Mane castigabit eos bubulis exuuijs.

Postremò minoris pendo tergum illorum, quàm meum.

PHANISCVS Aduorsitor. SERVVS alius,

THEVROPIDES senex.

PH. **I**lli Bucecæ erunt multo potiùs, quàm ego  
 Sim restio. SE. mane tu, atq; assiste illico,  
 Etiam respice. PH. mihi molestus ne sis.

SE. Vide ut fastidit simia.

PH. Mihi sum, libet esse, quid id curas?

SE. Mænes ne illico impure parasite?

PH. Qui parasitus sum? SE. ego enim  
 Dicam, cibo perduci poteris quòuis.

Ferocem facis, quia te herus tam amat. PH. uah.

Oculi dolent? SE. cur? PH. quia fumus molestus.

SE. Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos

Nummos. PH. non potes tu cogere me, ut tibi

Maledicam, nouit herus me: si sobrius sis,

Mè non dicas. SE. tibi obtemperem, cum tu mihi

Nequeas? PH. at tu mecum pessime, i aduersus.

SE. Quæso hercle Phansæ, abstine iam sermonem



- De istis rebus. PH. faciam, & pultabo fores.  
 Heus ecquis hic est, maximam qui his iniuriam  
 Foribus defendat? ecquis huc exit, atq; aperit?  
 Nemo hinc quidem exit: ut esse addeceat  
 Nequam homines, ita sunt: sed eo magis cauto est  
 Opus, ne huc exeat, qui malè me multet.  
 Hic quidem neq; conuiuiarum sonitus, itidem ut antehac fuit:  
 Neq; tibicinam cantantem, neq; alium quenquam audio.
- TH. *Quæ illæ res est? quid illi homines querunt apud ædes meas?  
 Quid uolunt? quid intrò spectant?* PH. *pergam pultare ostium.  
 Heus reclude: heus Tramo, etiam aperis?* TH. *quæ hæc est fa-  
 bula?*
- PH. *Etiam ne aperis? Callidamati nostro aduersum uenimus.*  
 TH. *Heus uos pueri quid istic agitis? quid istas ædis frangitis?*  
 PH. *Herus hic noster potat.* TH. *herus hic uester potat?* PH. *ita lo-*  
 TH. *Puer nimum es delicatus.* PH. *ei aduersum uenimus.* (quor.  
 TH. *Cui hominè?* PH. *hero nostro. quæso quoties dicendum est tibi?*  
 TH. *Puer hic nemo habitat. nam te esse arbitror puerum probum.*  
 PH. *Non hic Philolaches adulescens habitat hisce in ædibus?*  
 SE. *Senex hic cerebrosus est certè.* PH. *err as peruerse pater,  
 Nam nisi hinc hodie emigravit, aut heri, certò scio (Somnias.  
 Hic habitare.* TH. *quin sex menses iam hic nemo habitat.* SE.  
 TH. *Egò ne?* SE. *tu.* TH. *tu ne molestus, sine me cum puero loqui.*  
 PH. *Nemo habitat hem:* TH. *ita profectò.* PH. *nam heri & nudius  
 tertius,*  
 Quartus, quintus, sextusq; postquam hinc peregrè eius pater  
 Abiuit, nunquam hic triduum unum desitum est esse & bibi.
- TH. *Quid ais?* PH. *triduum unum est, haud intermissum esse & bibi,  
 Scorta duci, pergræcari, fidicinas, tibicinas (lolaches?  
 Ducere.* TH. *quis istec faciebat?* PH. *Philolaches.* TH. *qui Phi-*
- PHI. *Cui patrem Theuroidem esse opinor.* TH. *heu mihi, occidi,  
 Si hæc hic uera memorat, pergam porrò percontarier.  
 Ain tu istac potare solitum Philolachem istum, quisquis est,*

Cum hero uestro? PH. hic inquam. TH. puere præter speciem stultus es.

Vide sis ne fortè ad merendam quopiam diuorteris, Atq; ibi meliusculè, quàm sat fuerit, biberis. PH. quid est?

TH. Ita dico, ne ad alias ædis perperam deueneris.

PH. Scio quàm me ire oportet: & quò uenerim, noui loqui.

Philolaches hic habitat, cuius est pater Theuropides.

Qui postquam pater ad mercatum abiuit hinc, tibicinam Liberauit. TH. Philolaches ergo? PH. ita Philematium quidem.

TH. Quanti? SE. triginta talentis. PH.  $\mu\alpha\lambda\ \tau\omicron\upsilon\ \alpha\iota\ \pi\omicron\lambda\lambda\omega$ , sed nimis.

TH. Am' minis triginta amicam destinatam Philolachem?

PH. Aio. TH. atq; eam manu emisisse. PH. aio. TH. & postquam eius hinc pater

Sit profectus peregrè, perportasse istic asiduò, (masse  
Tuo cum domino? PH. aio. TH. quid, is edes emit hic proxi-

PH. Non aio. TH. quadraginta etiam dedit huic, quæ essent pignori? (perdidit.

PH. Neque illud aio. TH. ei perdis. PH. immò suum patrem ille

TH. Vera cantas, uana uellem. PH. patris amicus uidelicet.

TH. Eu edepol patrem eum miserum prædicas. PH. nihil hoc quidem est,

Triginta minæ præterquam alios dapfiles sumtus facit.

Perdidit patrem, unus istic seruus est sacerrimus

Tranio, is uel Herculi conterere quæstum possiet.

Edepol eius me patris miseret, qui cum istæ sciet

Facta, ita amburet misero ei corculum carbunculus.

TH. Siquidem ista uera sunt. PH. quid merear quamobrem mentiar?

PH. Hæc uos ecquis hæc aperit? TH. quid istas pultas, ubi nemo intus est?

PH. Aliò credo commessatum abijisse, abeamus nunc iam.

TH. Puere iam ne abis? libertas penula est tergo tuo.

PH. Mihi nisi herum metuam & curem, nihil est qui tergum tegam.



MO STELLARIA.  
THEVROPIDES, SIMO,  
SENE S duo.

433

**P**erij hercle, quid opus est uerbis? ut uerba audio.  
Non equidem in Agyptum hinc modò uectus fui,  
Sed etiam in teras solas, orasq; ultimas  
Sum circumuectus, ita ubi nuuc sim nescio.  
Verum iam scibo, nam eccum unde ædis filius  
Meus emit, quid ais tu? **SI.** à foro incedo domum.

**TH.** Nunquid processit ad forum tibi hodie noui?

**SI.** Etiam. **TH.** quid tandem? **SI.** uidi efferri mortuum. **TH.** hem,  
Nouum. **SI.** unum uidi mortuum efferri foràs,  
Modò eum uixisse aiebant. **TH.** uæ capiti tuo.

**SI.** Quid tu ociosus res nouas requirit as?

**TH.** Quia hodie adueni peregrè. **SI.** promisi foràs,  
Ad cœnam ne me te uocare censeas.

**TH.** Haud postulo edepol. **SI.** uerùm cras, nisi quis prius  
Vocauerit me, uel apud te cœnauero.

**TH.** Ne istuc quidem edepol postulo, nisi quid magis  
Es occupatus, operam mihi da. **SI.** maxime.

**TH.** Minas quadraginta accepisti, quas sciam  
A' Philolachete. **SI.** nunquam nummum quod sciam.

**TH.** Quid à Tranione seruo meo? **SI.** multo id minus.

**TH.** Quas ille araboni tibi dedit. **SI.** quid somnias?

**TH.** Ego ne? at quidem tu, qui istoc te speras modo  
Potesse dissimulando infectum hoc reddere.

**SI.** Quid autem? **TH.** quod me absente tecum hic filius  
Negotij gessit. **SI.** mecum, ut ille hic gesserit,  
Dum tu hic abes negotij? quid nam? aut quo die?

**TH.** Minas tibi octoginta argenti debeo.

**SI.** Non mihi quidem hercle, uerùm si debes, cedo.  
Fides seruanda est, ne ire inficias postules.

**TH.** Profectò non negabo debere, & dabo.  
Tu caue quadraginta accepisse hinc ne neges,

Quæso

- SI. *Quæso edepol huc me specta, & responde mihi.  
Te uelle uxorem aiebat tuo nato dare,  
Ideo ædificare hic uelle aiebat in tuis.*
- TH. *Hic ædificare uolui? SI. sic dixit mihi.*
- TH. *Ei mihi, disperij, uocis non habeo satis.  
Vicini, interij, perij. SI. nunquid Tranio  
Turbauit? TH. immò exturbauit omnia,  
Te ludificatus est, & me, hodie indignis modis.  
Quid tu ais? SI. hæc res sic est, ut narro tibi.*
- TH. *Ludificatus est me hodie in perpetuum modum.  
Nunc te obsecro, ut me bene iuues, operamq; des.*
- SI. *Quid uis? TH. i mecum hæc obsecro te unâ simul.*
- SI. *Fiat. TH. seruorumq; operam & lora mihi cedo.*
- SI. *Sume. TH. eadem ego opera hæc tibi narrauero,  
Quis me exemplis hodie ille ludificatus est.*

TRANIO seruus. THEVRO. senex.

**Q**ui homo timidus erit in rebus dubijs, nauici non erit.  
Atq; equidem quid id esse dicam uerbum nauici, nescio.  
Nam herus me postquam rus misit, ut filiū suum accerferem,  
Abij illà per angiportum, ad hortum nostrum clanculum.  
Ostium quod in angiportu est horti patefeci fores,  
Eaq; eduxi omnem legionem, & maris & foeminas.  
Postquam ex obsidione in tutum eduxi manipulares meos,  
Capiro consilium, ut senatum congerronum conuocem.  
Quem cum conuocaui, atq; illi me è senatu segregant.  
Vbi ego uideo rem uorti in meo foro, quantum potest  
Facio idem, quod plurimi alij. quib. res timida aut turbida est.  
Pergunt turbare usq; ut nequid possit conuiescere.  
Nam scio equidem nullo pacto iam esse posse clam senem.  
Sed quid hoc est, quòd foris concrepuit proxima uicinia?  
Herus meus hic quidem est, gustare ego eius sermonem uolo.

TH. *Illico intra limen astate, illic ut cum exemplo uocem,  
Continuò exiliatis, manicas celeriter connectite.*



Ego illum ante aedes praestolabor, ludificatorem meum.

Cuius ego hic ludificabo corium, si uiuo, probe.

TR. Res palam est, nunc te uidere melius est, quid agas Tranio.

TH. Doctè atque astutè mihi captandum est cum illo, ubi huc aduenierit.

Non ego illi extemplò meum ostendam sensum, mittam lineam.

Dissimulabo me horù quicquam scire. TR. ô mortalem malum.

Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest,

Verba dare illi, non magis hodie quisquã, quàm lapidi, potest.

Aggrediar hominem, appellabo. TH. nunc ego ille huc ueniat

TR. Stiquidè pol me queris, assum praesens praesenti tibi. (uelim.

TH. Euge Tranio quid agitur? TR. ueniunt ruri rustici. (uenit,

Philolachès iam hic adcrit. TH. edepol mihi opportunè ad-

Nostrum ego hunc uicinum opinor esse hominem audacem &

malum.

(sibi

TR. Qui'dum? TH. qui negat nouisse uos. TR. negat? TH. nec uos

Nummum unquam argenti dedisse. TR. abi, ludis me credo.

haud negat.

TH. Quid iã? TR. scio iocaris nunc tu: nã ille quidem haud negat.

TH. Immo edepol negat profectò, neq; se has aedis Philolachi

Vendidisse. TR. ehò, an negauit sibi datum argentum obsecro?

TH. Quin iusurandum pollicitus est dare, si uellem mihi.

Neq; se hasce aedis uendidisse, neq; sibi esse argentum datum.

Dixi ego istuc idem illi. TR. quid ait? TH. seruos pollicitus est

dare

Suos mihi omnes quaestioni. TR. nugas, nunquã edepol dabit.

TH. Dat profectò. TR. quin & illum in ius iube ire. TH. iam mane.

Experiar, ut opinor certum est. TR. mihi huc hominem cedo.

TH. Quid si igitur ego accersam homines? TR. factum iam esse oportuit.

tuit.

Vel iube aedis mancipio poscere. TH. immò hoc primùm uolo.

Quaestioni accipere seruos. TR. faciendum edepol censeo.

Ego interim hanc aram occupabo. TH. quid ita? TR. nullam rē

sapis.

Ne

Ne enim illi huc confugere possint quaestio quos dabit.  
Hic ego tibi praesidebo. ne interbitat quaestio.

TH. Surge. TR. minime. TH. ne occupas sis obsecro aram. TR. cur?  
TH scies.

Quia id enim maxime uolo, ut illi istoc confugiant, sine.  
Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius.

TR. Quod agis, id agas. quid tu porro uis serere negotium?  
Nescis tu quam meticulosa res sit ire ad iudicem.

TH. Surge dum huc, est consulere igitur quiddam, quod tecum uolo.

TR. Sic tamen hinc consilium dedero, nimio plus sapio sedens.  
Tum consilia firmiora sunt de diuinis locis.

Surge, ne iurare, aspice dum contra me. TR. aspexi. TH. uides?

TR. Video, huc si quis intercedat tertius, pereat fame.

TH. Quidum? TR. quia nihil quaesti fiet, mali hercle ambo sumus.

TH. Perij. TR. quid tibi est? TH. dedisti uerba. TR. qui tandem? TH.  
Me emunxisti. TR. uide sis satine recte? num mucci fluunt? (probe

TH. Imò etiam cerebrum quoque omnem è capite munxisti meum.

Nam omnia male facta uestra repperi radicitus.

Non radicitus quidem hercle, uerum etiam eradicitus.

Nunquam edepol hodie inultus destinauerit tibi.

Iam iubebo ignem et sarmenta, carnifex, circumdari.

TR. Ne faxis sis, nam elixus esse, quam assus soleo suauior.

TH. Exempla edepol faciam ego in te. TR. quia placeo, exemplum ex

TH. Loquere, cuiusmodi reliqui quom hinc abibam filium? (petis.

TR. Cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris.

TH. Aliud te rogo. TR. aliud ego nunc tibi respondeo.

Sed eccum tui gnati sodalem uideo huc incedere

Callidamatem: illo praesente mecum agito, si quid uoles.

CALIDAMATES adulescens. THEVRO-  
PIDES senex. TRANIO seruus.

**V**bi somnum sepeliui omnem, atque edormiui crapulam,  
Philolaches uenisse mihi suum narrauit peregrum huc patrem,

Quoque



Quoq; modo hominem aduenientem seruus ludificatus fuit.

Ait se se metuere in conspectum illius procedere.

Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus,

Qui à patre eius conciliarem pacem: atq; eecum optimè,

Iubeo te saluere, & saluos cum aduenis Theuropides

Peregrè gaudeo. hic apud nos hodie cœnes \*

TH. Callidamate dei te ament, de cœna facio gratiam.

CA. Quin uenis? TR. promitte, ego ibo pro te, si tibi non libet.

TH. Verbero etiam irrides? TR. quian me pro te ire ad cœnã autu

TH. Non enim ibis, ego ferare saxo ut meruisti, in crucem. (mo?

CA. Age mitto ista, & ito ad me ad cœnam. TR. dic uenturum, quid

CA. Sed tu quid istuc confugisti in aram inscitissimuse? (taces?

TR. Adueniens perterruit me. loquere nunc quid fecerim.

Nunc utriusq; disceptator eecum adest, age disputa.

TH. Filium corrupisse aio te meum. TR. ausculta modò.

Fateor peccauisse, amicam liberasse, absente te

Fœnori argentum sumfisse, id esse absuntum prædico.

Nunquid aliud fecit, nisi quod faciunt summis gnati generibus?

TH. Hercle mihi tecum cauendum est, nimis quàm es orator catus.

CA. Sine me dum istuc iudicare. surge, ego istuc assedero.

TH. Maximè, accipito hanc ad te litem. TR. enim istic captio est.

Fac ego ne metuam igitur, & ut tu meam timeas uicem.

TH. Iam minoris omnia facio, præ quàm quibus modis

Me ludificatus est. TR. bene hercle factum, & factum gaudeo.

S: pere istac etate oportet, qui sunt capite candido.

TH. Quid ego nunc faciam, si amicus Demipho, aut Philonides?

TR. Dicitò ijs, quo pacto seruus tuus te ludificauerit,

Optimas frustrationes dederis in comædijs.

CA. Tace parumper. sine me uicissim loqui. ausculta. TH. licet.

CA. Omnium primum sodalem me esse scis gnato tuo.

Is adiit me. nam illum prodire pudet in conspectum tuum,

Propterea quæ fecit, quia te scire scit. nunc te obsecro,

Stultitiæ, adulescentiæq; eius ignoscas: tuus est,

Scis

- Scis solere illanc etatem tali ludo ludere.  
 Quicquid fecit, nobiscum unà fecit, nos deliquimus.  
 Fœnus, sortem, sumtumq; omnem, quanti amica est, omnia  
 Nos dabimus, nos conferemus, nostro sumtu, non tuo.
- TH.** Non potuit uenire orator magis ad me impetrabilis,  
 Quàm tu, neq; illi sum iratus, neq; quicquam succenseo.  
 Imò me presente amato, bibito, facito quod lubet:  
 Si hoc pudet fecisse sumtum, supplicij habeo satis.
- TR.** Dispudet istam ueniam, quid me fiet nunc iam?
- TH.** Verberibus cedere lutum pendens, tametsi me pudet,  
 Interimam hercle ego, si uiuo. CA. fac istam cunctam gratiam,  
 Tranioni remitte queso hanc noxiam causa mea.
- TH.** Aliud quiduis impetrari à me, facilius perferam,  
 Quàm ut non ego istum pro suis factis pessum premã.
- CA.** Mitte queso istunc. TH. hem uiden' ut restat furcifer?
- CA.** Tranio quiesce, si sapis. TH. tu quiesce hanc rem modò  
 Petere: ego illum uerberibus, ut sit quietus, sub. egero.
- CA.** Nihil opus est profectò: age iam, sine modò te exorarier.
- TH.** Nolo ores. CA. queso hercle. TH. nolo inquam ores. CA. ne quic  
 quam ne uis.  
 Hanc modò unam noxiam, unam queso, fac causa mea.
- TR.** Quid grauaris, quasi non cras iam commerciam aliam noxiam,  
 Ibi utrunque, & hoc & illud, poteris ulcisci probè.
- CA.** Sine te exorem. TH. age abi, abi impune. hem huic habeto gra-  
 tiam.  
 Spectatores fabula hæc est acta, uos plausum date.

F I N I S.

ANNO-



## ANNOTATIONES.



Hæc fabula hilaritatis & festiuitatis plena est, et  
 etiam multis bonis sententijs insignita. Et pro-  
 ponitur exemplum in hac consiliorum malo-  
 rum & fraudulentorum: quæ quia firma esse  
 non possunt, requirunt nouas semper machi-  
 nas, quibus sulciantur, donec tandem ruunt omnia deprehen-  
 sis dolis. Nomen fabulæ inditum est à monstris: nam senex à  
 seruo quasi manium monstris exterreretur. Mentio fit *φάνου*  
 Menandri, sed & Plauti phasma memoratur, quod nomen  
 & ipsum monstri talis habet significationem. Est autem mon-  
 strum mostellum, sicut castrum castellum, in pronunciando n  
 litera liquefcente. In hac sene quodam mercatore absente,  
 filius illius implicatur libidinoso & sumtuoso sodalitis. Et a-  
 micam redimit triginta minis, quam pecuniam, & insuper in  
 sumtum decem minas scnore sumserat à danista, mina una in  
 decem. Redit tandem senex post triennium, cum fortè potatio  
 esset in ædibus ipsius: seruus autem qui hoc rescuerat, cum in  
 Piræum abiisset piscium causa, statim herili filio indicium  
 facit. Sed erat unus in sodalitate ebrius, qui discedere non  
 uolebat. Ne igitur inter turbas senex superueniret, capit hoc  
 consilium seruulus, ocludit foris ædes, & obuiam procedit se-  
 ni, & persuadet ei ædes esse infestas monstris mortuorum. Et  
 cum danista debitam pecuniam peteret, ait illam araboni da-  
 tam uicino, cuius domum filius emerit. Sed mox de seruis ad-  
 uersitoribus, & de uicino rem omnem senex cognoscit, & ira-  
 tus ac inprimis dolens se ad illum modum ludibrio à seruo fu-  
 isse habitum. Tandem à superueniente sodale filij exoratur: ut  
 & filio ueniam det, & ignoscat seruo. Nomina personarum  
 sunt hæc: Tranio uel *φρανίαν*, à τὸ φράσς, quod significat liqui-  
 dum & planum: uel *ἀνδρῶν τριώνων*, id est sedilibus. Grumio (hæc  
 enim scriptura in nostris extat) fortè à grummis, Græca forma,  
 et si *γρῦμος* interpretantur *αγρίδος*, id est turbines, uel fructus  
 pinus. Item *γρῦνος* interpretantur uas quoddam coriaceum, &  
 eos qui cum loquantur, non audiant. Item cauernas rupium:

F. hinc

hinc etiam *γρητιον* esse posset. Item *γρητιον* interpretatur crates, unde esset *γρητιον*. *φιλολόγος*, à studio fortis. *φιλομάτιον*, suauolum. *σιάφον*, linter. *καλλιδαμάτιος*, formæ domitor. *Αλφειον* unicus significatione interpretari nunc libet. Nam ueteres Græci, ut annorauit Macrobius libro primo Saturnal. *Αλφειον* unum & solū uocarūt. Forma autem neutra fœmininorum nominum est apud Græcos, ut scimus. Theuropides, erit *θευροπιδος*, quasi *θευροπιδος*: haud scio, de qua significatione *θευροπιδος*. Plautus certe tertiâ à fine longâ fecit. Poterat alicui etiâ in mentem uenire, esse hunc *ταυροπιδον*, forma manifesta à tauro, significatione aspectus trucidis. *σιμων*, denominatiuum ἀπὸ *σίμω*. Danista, ὁ *δανίστας*, argentarius, fœnerator, cuius nomen est, ut puto, *σατυριδος*. *φανίσου*, ἀπὸ *τὸ φανῶν*, id est *face*. Seruus alius & puer, sunt *ἀνώνυμοι*. Fit mentio in fabula, & Diapontij. is erit *διαπόντιος*, marinus: & Demiphontis, qui *δημοφών*, lux popularis. Et *φελουίδης*, patronymica hoc nomen forma factum est ἀπὸ τοῦ *φίλωνος*: *φίλωνος* autem *πατρώνυμον τοῦ φίλωνος*. Hæc fabula non solum mendosè edita est plurimis in locis, quemadmodum & aliæ omnes: sed dissipatis etiam uersibus, & distractis scenis, ut saltem in reponendis quibusq; in suum locum operam nauasse uideri debeamus.

Argumenti & primæ scenæ uersus sunt *φίλωνος* *ιαμβικοί ἀνακτά* *ἀγνοί*, & unus *διμετρικός*.

Deliciæ populi. ) Sed *σωαγίσιον* pronunciandum popli, ut uinculi: ut numeri constent.

Pollucibiliter. ) opiparè. Nam de esculentis & potulentis, Herculi decimam dabant, id est polluceri: & consecratum quod fuerat, pollucatum dicebatur.

Superior quàm herus. ) Reperta in nostro libro curauimus exarari. ut mox, facietis uictibus, id est lepidis. plana scriptura extat in nostro libro.

Dare æs, si non estis. ) Et hanc scripturam expressam de nostro libro edi uoluimus. Quæ si uera est, sensus erit, ut Grumio pecuniam postulet, qua ipse pabulum compareret, si dare ipsi recusent.

Periere. ) Et hoc planè in duobus uetustis, quos nacti fuimus,



mus, libris scribebatur: neque putavi esse mutandum.

*Recordatus.*) Versus huius scenæ sunt confusi & dubij numeris, *ῥίμυροι* & *ἀρμυροι* *νατάωνιστοι*, etiam *ῥεῖμαροι*.

*Simul.*) Hoc loco spaciolum reliquimus, cum quid de ueterum librorum literis fieri posset, non reperiremus. Quæ sunt tales, gnaruris uo. comminiscantur igitur aliquid, & quærant alij quoque. Venit tamen in mentem, legi posse, gnaros uos: aut de antiquo uerbo, gnaritos uos uolo.

*Iam pridem.*) Versus sunt huius scenæ *ῥεῖμαροι* *νατάωνιστοι*, *ἰστωρῆσει*, usque ad hunc, Cedo mi speculum. nam ille, & reliqui deinceps *ῥοχαῖστοι*.

*Defecatum.*) Ut in Aulularia, animo defecato. Et mox, horno, aduerbially: id est, hoc anno. E quibus quid isti correctores fecerint, cognoscatur de ipsorum editionibus.

*Hæc oppido ædes.*) In genere fœminino numero plurali hæc, ut Ennucho: Continuo hæc adornant ut lauent.

*Quom uidebunt.*) Hic uersus erit *ῥίμυρο*, sed de unius exempli literis suspicor perfectum illum non esse. Ac deest fortasse benemerenti, ut uersus ita integer futurus sit:

Quando uidebunt gratiam bene merenti referri,  
Ac propemodum non dubito, quin hoc uerum sit.

*Suo quicquam.*) Quod in nostris libris reperimus, id edi curauimus. Nonius capillum legit in genere neutro. uide an capillum satis compositum sit.

*Quæ uos dote merui.*) Meruerunt, penultima breui: ut, Steteruntq; comæ, id est, quarum proprii estis dotis causa.

*Aduorsum uenire.*) Versus sunt huius scenæ confusi & dubij, numeris *ῥίμυροι* *νατάωνιστοι*.

*Iuppiter.*) Huius scenæ epitaticæ uersus sunt *ῥεῖμαροι* *νατάωνιστοι* *ἰστωρῆσει* *ἢ συλλαβῶν* *ἢ ἐν συζυγίᾳ* *ῥοχαῖνῶν*, omnes præter ultimos 23. senarios iambicos.

*Qui hastis trium.*) Falæ, inquit Nonius, turres lignæ,

& à falis falaricam factam esse, idem ait. de conductitijs igitur militibus, quibz Castellorum aut oppidorum oppugnationes aggrediuntur, mercedesq; ex ea opera capiunt, nunc Plantus, ut puto, locutus fuit. Correctiones & mutationes aliorum nihil moror.

Adest *Obson.*) Et in hoc, & alijs uersibus tā *συνακλιφῆς* quàm *Διαγίσιου*, explicandi numeri sunt, quod nos iudicio uniuersuſq; relinquere potius, quàm inferendo aut detrahendo aliquid numeros fulcire uoluimus.

*Clauum Laconicam.*) Manifesta scriptura libri nostri. & in Epitoma Stephani mentio fit *κλειδὸς λακωνικῆς*, & Eustathius in secundum Iliados. ἐστὶ ἡ καὶ κλειδὸς λακωνικῆς ἡγενομένη τῆς. & διαμορφωθῆς σῶς, κλειδίαι λακωνικῆς κλειδὸς βεβατα.

Habeo *Neptune.*) Versus huius scenæ sunt Senarij Iambici. Duo *διμῆροι*, si tamen hi integri sunt: id enim in dubio relinquere malo, quàm incerta re aliquid architectari emendando. Sūt & sequentis mox scenæ uersus Senarij Iambici.

*Sicut me.*) Si nihil deest, a dmodum sanè hiant numeri in hoc uersu.

*Saturites.*) In nostris sartirites. fortasse saturides uerum fit, id est *σατυρίδης*.

*Redetur.*) Antiqua forma, non geminata muta.

*Externatum.*) Hæc nostra coniectura. nam in ueteri libro legitur, te extentatum. De his igitur quæratnr amplius. sed paulo antè eripite, pronuncianum erpitem: ut surpuit, surripuit.

*Talentis magnis.*) Paulo pòst facit mentionem debiti reliqui octoginta minarum, ad quas XL. additæ explent CXX. id est bis LX. ut minarum numero talentum magnum non fuisse diuersum uideatur, sicut alibi differuimus. Quid autem Seruius dicere uoluerit, & an huc respexerit, nescio. ubi adducit locum Plauti in IX. Aeneidos, & dicit talentum habere libras LXX.

*Melius anno.*) Huius scenæ uersus sunt *φίμῆροι καταληκτικοὶ* & *ἀκατάληκτοι*, usq; ad illum, Do tibi ego operam, à quo deinceps τῆς *φίμῆροι καταληκτικοὶ φρασίσει*.

*Quid ehem.*) Si nihil deest, hic erit *διμῆροι* uersus *καταληκτικός*. Sed, ut fatear uerum, uereor ne multa sint in hac scena non satis emendata.

Sub



Sub diu *basce*.) Non affirmo uersum emendatum esse, cum la cunæ essent in nostris libris: nō audacius tamen à nobis, quàm alijs transcriptus est. Cætera fideliter sunt secundum ueteres li bros expressa.

*A mani ad uesp.*) Sic & Seruius in 5. *Aeneid.* ubi docet aduer- bia, si nomina fiant, declinari.

*Tam placida est quàm aqua.*) Liquidè extat hoc in nostro. Hoc dicit autem, tam esse placidam quàm mare, cum esset tranquil lum.

*Serui qui.*) Sunt *τρίμφοι* confusis numeris, *κατακλιτικοί* & *ἀνακτι- κησῖν*.

*Quam ut meum tergum exsinceratum.*) Secuti uestigia liturarum in ueteribus libris ita hæc exarari curauimus, & non longè sal tem à uero abhorrere existimo. Quod mox sequitur, uetem, su spectum est.

*Illi bucede.*) Hæc iam cum his connectenda sunt, & huc perti- nent, id quod manifestum est. Et est præscripta persona Pha- nisci in ueteri nostro libro, non Danistæ: etsi ibi quoq; suo hæc loco mota sunt librarij oscitantia. Sunt autem uersus similes uersibus proximè antecedentis scenæ, unusq; *τρίμφοι* est. usq; ad illum. Hic quidem: à quo deinceps *τρίμφοι κατακλιτικοί* de- currunt.

*Perij hercle.*) Versus hi sunt *τρίμφοι ἰαμβικοί ἀνακτικῆτοι*.

*Vocis non habeo satis.*) Planè hoc in nostro legitur libro: id est, *ἀφασία μ' ἔχει*, id quod accidit derepentè perterritis.

*Qui homo timid.*) Versus sunt huius scenæ *τρίμφοι κατακλιτικοί φοχαινοί*.

*Patefecifores.*) Duriusculè hæc coherent, ac fortasse uerum sit, foris.

*Aspice contra.*) Ut Iphigenia Aulidensi, *βλέψοντες ἡμᾶς*. & Tra- chinijs, *ἔτ' ἔτι βλεψῶμεν*.

*Vbi somnum.*) Sunt & hi uersus similiter, ut prox. anteceden- tis scenæ quadrati *φοχαινοί*.

*Peregrè gaudeo.*) Hic uersus deficit in fine tribus syllabis: id est, *κατακλιτικῶν φοχαινοῦ*.

*Nunquid aliud.*) Quod reperimus in nostris libris, id edidit

mus. etsi sanè longiusculè numeri excurrunt.

Disputet istam.) Vix puto plenum esse hunc uersum. Si legere  
tur. Disputet dari istam ueniam, essent omnia integriora.

Mitte quaeso.) Si non sine deficitur hic uersus, numeri sunt *πρῶτον  
μῆτρον*, sed uersus est *πρῶτον μῆτρον*. Mihi autem *κατάδαντες προχαινοῦ* ui-  
detur deesse.

## MENAECHMI ▶

### DRAMATIS PERSONAE,

PENICVLVS	parasitus.
MENAECHMVS	surreptus.
EROTIVM	meretrix.
CYLINDRVS	coquus.
MENAECHMVS	sosicles.
MESSENIQ	seruos.
MVLIER	uxor.
ALIVS SERVOS.	
ANCILLA	SENE X.
MEDICVS	LORARII.

### ARGVMENTVM.

Mercator Siculus, cui erant gemini filij,  
Ex illis, surrepto altero mortem oppetit.  
Nomen surrepticij indit illi qui domi est,  
Auos paternus, facit Menaechmum Sosiclem.  
Et is germanum, postquam adoleuit, quaeritat  
Circum omnes oras. post Epidamnum deuenit:  
Hic fuerat auctus ille surrepticus.  
Menaechmum ciuem credunt omnes aduenam,  
Eumq; appellant, meretrix, uxor & socer,  
si se cognoscunt fratres postremò inuicem.

### PROLOGVS.

**S** Alutem primùm iam à principio propiciam,  
Mihi atq; uobis spectatores nuncio.

Apporte



Apporto uobis Plautum lingua, non manu,  
 Quæso ut benignis accipiatis auribus.  
 Nunc argumentum accipite, atq; animum aduertite,  
 Quam potero in uerba conferam paucissima.  
 Atq; hoc poetæ faciunt in comædijs,  
 Omniscis res gestas esse Athenis autumant,  
 Quo uobis illud Græcum uideatur magis.  
 Ego nusquam dicam, nisi ubi factum dicitur.  
 Atq; ad eò hoc argumentum græcissat, tamen  
 Non Atticissat, uerum Sicilicissat.  
 Huic argumento ante elogium quidem hoc fuit.  
 Nunc argumentum uobis demensum dabo,  
 Non modio, neq; trimodio, uerum ipso horreo,  
 Tantum ad narrandum argumentum est benignitas,  
 Mercator quidam fuit Syracusis senex,  
 Ei sunt nati filij duo gemini,  
 Ita forma simili pueri, uti mater sua  
 Non inter nosse posset, quæ mammam dabat;  
 Neq; ad eò mater ipsa, quæ illos pepererat.  
 Vi quidem ille mihi dixit, qui pueros uiderat.  
 Ego illos non uidi, ne quis me censeat.  
 Postquam iam pueri septuennos sunt, pater  
 Onerauit nauem magnam multis mercibus.  
 Imponit alterum geminum in nauem pater,  
 Tarentum auexit secum ad mercatum simul.  
 Illum reliquit alterum apud matrem domi.  
 Tarenti ludi fortè erant, quom illuc uenit,  
 Mortales multi, ut ad ludos, conuenerant.  
 Puer inter homines aberrauit à patre.  
 Epidamniensis quidem ibi mercator fuit,  
 Is puerum tollit, auctitq; Epidamnium.  
 Pater eius autem, postquam puerum perdidit,  
 Animum despondit, eaq; is ægritudine,

Paucis diebus post, Tarenti emortuus est.  
 Postquam Syracusas de re ea nuncius redit,  
 Ad auom puerorum, puerum subductum alterum,  
 Patremq; pueri Tarenti esse emortuum,  
 Immutat nomen auos huic gemino alteri,  
 Ita illum dilexit, qui subreptus est, alterum.  
 Illius nomen indit illi qui domi est,  
 Menæchmo idem quod alteri nomen fuit,  
 Et ipse eodem auos est uocatus nomine:  
 Propterea illius nomen memini facilius,  
 Quia illum clamore uidi flagitauer.  
 Ne mox erretis iam nunc prædico prius,  
 Idem est ambobus nomen geminis fratribus.  
 Nunc in Epidamnnum pedibus redeundum est mihi,  
 Ut hanc rem uobis exanufsim disputem.  
 Si quis quid uestrum Epidamni curari sibi  
 Velit, is audacter imperato & dicit:  
 Sed ita, ut det unde curari id possit sibi.  
 Nam nisi qui argentum dederit, nugæ egerit.  
 Qui dederit, magis maiores nugæ egerit.  
 Verum illuc redeo unde abij, atq; uno asto in loco.  
 Epidamniensis ille, quem dudum dixeram  
 Geminum illum puerum, qui surripuit alterum,  
 Ei liberorum, nisi diuitiæ, nihil erat.  
 Adoptat illum puerum surrepticiam  
 Sibi filium, eiq; uxorem dotatam dedit.  
 Eumq; heredem fecit, qua ipse obiit die.  
 Nam rus ut ibat fortè ut multum pluuerat.  
 Ingressus fluuium rapidum ab urbe haud longule,  
 Rapidus raptori pueri subduxit pedes,  
 Abstraxitq; hominem in maxumam malam crucem,  
 Illi tum diuitiæ euenire maxumæ.  
 Is illic habitat geminus surrepticius.



Nunc ille geminus qui Syracusis habet,  
 Hodie in Epidamnum uenit cum seruo suo,  
 Hunc quæritatum geminum germanum suum.  
 Hec urbs Epidamnum est, dum hæc agitur fabula.  
 Quando alia agetur, aliud fiet oppidum:  
 Sicut familia quoq; solent mutarier.  
 Modò enim idem fit leno, modò adulescens, modò senex,  
 Pauper, mendicus, rex, parasitus, ariolus.

## P E N I C V L V S parasitus.

**I**uentus nomen fecit Peniculo mihi:  
 Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.  
 Homines captiuos qui cathenis uinciunt,  
 Et qui fugitiuis seruis indunt compedes,  
 Nimis stultè faciunt, mea quidem sententia.  
 Namq; homini misero, si ad malum accidit malum,  
 Maior libido est fugere, & facere nequiter.  
 Nam se ex cathenis eximunt aliquo modo,  
 Tum compediti ianuam lima proterunt,  
 Aut lapide excutiunt clauum, nugæ sunt eæ.  
 Quem tu asseruare rectè, ne aufugiat, uoles,  
 Esca atq; potione uinciri decet.  
 Apud mensam plenam homini rostrum deliges.  
 Dum tu illi quod edit, & quod potet præbeas,  
 Suo arbitratus & affatim cotidie,  
 Nunquam edepol fugiet, tametsi capital fecerit.  
 Facile asseruabis, dum eo uincolo uincies.  
 Ita istæc nimis lenta uincla sunt escaria.  
 Quàm magis intendas, tanto astringunt arctius.  
 Nam ego ad Menæchmum nunc eo, quo iam diu  
 Sum iudicatus, ultro eo ut me uinciat.  
 Nam illic homo homines non alit, uerùm educat,  
 Recreatq; nullus melius medicinam facit.  
 Ita est adulescens ipse esca maxumæ,

Cerealis coenas dat, ita mensas extruit.  
 Tantas struices concinnat patinarias.  
 Standum est in lecto, si quid de summo petas.  
 Sed mihi interuallum iam hos dies multos fuit.  
 Domi domitus fui usq; cum caris meis.  
 Nam neq; edo neq; emo, nisi quod est carissimum.  
 Id quoq; iam cari, qui instruuntur, deserunt.  
 Nunc ad eum inuiso, sed aperitur ostium.  
 Menachmum eccum ipsum uideo, progreditur foras.

MENAECHMVS surreptus, PENI-  
 CVLVS parasitus.

- ME. **N** Imala, ni stulta sis, ni indomita, imposq; animi,  
 Quod uiro esse odio uideas, tute tibi odio habeas.  
 Præter hæc si mihi tale post huncce diem  
 Faxis, faxo foris uidua uisas patrem.  
 Nam quoties ire uolo, me retines, reuocas,  
 Rogitas quò ego eam, quam rem agam, quid negocij geram,  
 Quid petam, quid feram, quid foris egerim.  
 Partitorem domum duxi, ita omnem mihi  
 Rem necesse loqui est, quicquid egi atq; ago,  
 Nimum ego te habui delicatam.  
 Nunc adeò ut facturus dicā: ego quādo tibi ancillas, penum,  
 Lanā, aurū, uestem, purpurā bene præbeo, nec quicquam eges,  
 Malo cauebis si sapi, uirum obseruare desines,  
 Atq; adeò ne me necquicquam serues ob eam industriam,  
 Hodie ducam scortum ad coenam, atq; aliquò condicam foras.
- PE. Illic homo se uxori simulat male loqui, loquitur mihi.  
 Nam si foris cenat, profectò me, haud uxorem, ulciscitur.
- ME. Euax iurgio hercle tandem uxorem abegi ab ianua.  
 Vbi amatores sunt mariti, dona quid cessant mihi  
 Conferre omnes congratulantes, quia pugnaui fortiter?  
 Hanc modò uxori intus pallam surripui, ad scortum sero,  
 Sic hoc decet dari facete uerba custodi cate.



Hoc facinus pulcrum est, hoc probum est, hoc lepidum, hoc factum est fabre.

Meo malo à mala abstuli, hoc ad damnum deferetur hinc, Auerti prædam ab hostibus, nostrum salute socium.

PE. Heus adolescens, ecqua in istac pars inest præda mihi?

ME. Perij, in insidias deueni. PE. imò in præsiidiū, ne time. (tunitas.

ME. Quis homo è? PE. ego sum. ME. ò mea cōmoditas, ò mea opor Salue. PE. salue. ME. quid ais? PE. teneo dextera genitū meum.

ME. Non potuisti magis per tempus mihi aduenire, quàm aduenis.

PE. Ita ego soleo, commoditatis omneis articulos scio.

ME. Vin tu facinus luculentum inspiciere? PE. quis id coxit coquus, Iam scibo si quid titubatum est, ubi reliquias uidero.

ME. Dic mihi, nunquid tu uidiisti tabulam pictam in pariete,

Vbi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?

PE. Sæpe, sed quid istæ picturæ ad me attinent? ME. age me aspice, Ecquid asimulo similiter? PE. quis istic est ornatus tuus?

ME. Dic hominem lepidiss. esse me. PE. ubi nam esuri sumus?

ME. Dic modò quod ego te iubeo. PE. Dico homo lepidissime.

ME. Ecquid audes de tuo istuc addere? PE. atq. hilarissime.

ME. Perge. PE. non pergo hercle ego, nisi scio qua gratia

Litigiū est tibi cum uxore. ME. hoc mihi abs te caueo cautius. Clam uxorē ubi sepulcrū habeamus, et hunc cōburamus diē.

PE. Age sanè igitur quādo æquū oras, quàm mox incendio rogam.

Dies quidem iam ad umbilicum est dimidiatus mortuus.

ME. Te morare, mihi qom obloquere. PE. oculū effodito persolum Mihi Menæchme, si ullum uerbum saxo, nisi quod iusseris.

ME. Concede huc à foribus. PE. fiat. ME. etiam concede huc. PE. li

ME. Etiam nunc concede audacter ab leonino cauo. (cet.

PE. Heu edepol, næ tu, ut ego opinor, esses agitator probus.

ME. Quidum? PE. ne te uxor sequatur, respectas identidem.

ME. Sed quid agis? PE. ego ne? id enim quod tu uis, id aio, atque nego.

ME. Ecquid tu de odore possis, si quid forstè olfeceris,

Facere

- Facere coniecturam? captum sit collegium augurum,  
Agedum odorare hanc, quam ego habeo pallam, quid olet? ab
- PE. Summum me olfactare oportet uestimētum muliebre, (stines?  
Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.
- ME. Olfacta igitur hinc Penicule lepide, ut fastidus? PE. decet.
- ME. Quid igitur? quid olet, responde. PE. furtum, scortū, prandiū.
- ME. Nunc ad amicam deferetur hanc meretricem Erotium.  
Mibi, tibi atq; illi iubebo iam apparari prandium,  
Inde usq; ad diurnam stellam crastinam potabimus.
- PE. Expedite fabulatus, iam fores ferio. ME. ferio,  
Vel mane etiam mille passum commoratus cantharum.  
Placidè pulta. PE. metuis credo, ne fores Samiæ sient.
- ME. Mane mane obsecro, hercle ab se eccā exit. PE. ò solem uides,  
Satin ut occæcatus præ huius corporis candoribus?  
EROTIVM mulier, PENICVLVS parasitus,  
MENAECHMVS surreptus.
- ER. **A** Nime mi Menæchme saluē. PE. quid ego? ER. extra nu  
merum es mihi.
- PE. Idem istuc alijs a scriptiuis ad legionem fieri solet.
- ME. Ego istic mihi hodie apparari iussi apud te prælium,  
Hodie ut fieret, in eo uterq; pro llio potabimus,  
Vter tibi melior bellator erit inuentus cantharo.  
Tua est legio, adiudicato cum utro istanc noctem sies.  
Vt ego uxorem, mea uoluptas, ubi te aspicio, odi malè.
- ER. Interim ne quis quin eius aliquid indutus sies.  
Quid hoc est? ME. induuiæ tuæ atq; uxoris exuuiæ, rosa.
- ER. Superas facilè ut superior sis mihi, quam quisquā qui impetrat.
- PE. Meretrix tantisper perblanditur, dū illud quod rapiat uidet.  
Nam si amabas, iam oportebat nasum abreptum mordicus.
- ME. Sustine hoc Penicule, exuuias facere quas uouui uolo.
- PE. Cedò. ME. sed obsecro hercle salta sic cum palla postea.
- PE. Ego saltabo? ME. sanus hercle non es. PE. ego ne an tu magis?
- ME. Si non saltas, exue igitur, nimio ego hanc periculo



Surripui hodie, meo quidem animo, ab Hippolyta succingulū  
 Haud Hercules æquè magno unquam abstulit periculo.  
 Cape tibi hanc quando una uiuis meis morigera moribus.

PE. Hoc animo decet animatos esse amatores probos,

Qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere.

ME. Quattuor minis ego emi istanc anno uxori meæ.

PE. Quattuor minæ periire planè, ut ratio redditur.

ME. Scin quid uolo ego te accurare? ER. scio. curabo quæ uoles.

ME. Iube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier.

Atq; aliquid sit amentorum, de foro obsonarier  
 Glandionicam suillam, laridum, peronidem, aut  
 Sinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum modum,  
 Madida quæ mihi apposita in mensam miluinam suggerant.

Atq; actutum. ER. licet ecastor. ME. nos prodimus ad forum.

Iam nos hic erimus: dum coquitur, interim potabimus.

ER. Quando uis ueni, parata res erit. ME. propera modò.

Sequere tu. PE. ego hercle uerò te, & seruabo & te sequar,

Neq; hodie ut te perdam, meream deum diuitias mihi.

ER. Euocate intus Cylindrum mihi eoqum actutum foras.

E R O T I V M meretrix. C Y L I N -

D R V S coquus.

ER. S Portulā cape atq; argentiiū, treis eccos numos habes.

CY. S Habeo. ER. abi atq; obsoniū affer, tribus uide quid sit s̄a  
 Neq; defiat, neq; supersit. CY. cuiusmodi hi homines erūt? (tis?)

ER. Ego & Menæchmus, & parasitus eius. CY. iam isti sunt decē,  
 Nam parasitus octo hominum munus facitē fungitur.

ER. Elocuta sum, conuiuas cæterum cura. CY. licet. (cro.

Cocta sunt, iube ire accubitum. ER. redi citò. CY. iam ego hic

M E N A E C H M V S, Sosticles. M E S S E -

N I O seruus.

ME. N vlla est uoluptas nauitis Messenio

Maiores, meo animo, quàm quando ex alto procul  
 Terram conspiciunt. MES. maior, non dicam doleo,

Quam

Quam si adueniens terram uideas quæ fuerit tua.  
Sed quæso quamobrem nunc Epidamnium uenimus?  
An quasi mare, omneis circumimus insulas?

ME. Fratrem quæsitum geminum germanum meum.

MES. Nam quid modi futurum est illum quærere?

Hic annus sextus, postquam rei huic operam damus.  
Istros, Hispanos, Massylienses, Illarios,  
Mare superum omne, Græciamq; exoticam,  
Orasq; Italicæ omneis, qua egreditur mare,  
Sumus circumuecti, si acum credo quæreres,  
Acum inuenisses, si apparet: tam diu  
Hominem inter auios quæritamus mortuum:  
Nam inuenissemus iam diu, si uiuere.

ME. Ergo istuc quæro certum qui faciat mihi,  
Qui sese dicat scire, eum esse mortuum,  
Operam præterea nunquam sumam quærere.  
Verum aliter uiuus nunquam desistam exequi.  
Ego illum scio, quàm cordi charus sit meo.

MES. In scirpo nodum quæris, quin nos hinc domum  
Redimus, nisi si historiam scripturi sumus.

ME. Dictum facebas doctum, et discaueas malo,  
Molestus ne sis, non tuo hoc fiet modo. MES. hem,  
Illoc enim uerbo esse me seruum scio.  
Non potuit paucis plura planè proloqui.  
Verum nequeo me continere, quin loquar.  
Audi Menæchme, quum inspicio maris apicium.  
Viaticati hercle admodum æstiuè sumus.  
Næ tu hercle opinor nisi domum reuorteris,  
Vbi nihil habebis, geminum dum quæris, gemes.  
Nam ita est hæc hominum natio hic Epidamnia.  
Voluptarij atq; potatores maximi,  
Tum Sycophantæ et palpatores plurimi  
In urbe hac habitant, tum meretrices mulieres.



Nusquam perhibentur blandiores gentium.  
Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est:  
Quia nemo fermè huc sine damno diuertitur.

ME. Ego istuc cauebo. cedo dum mihi huc marsupium.

MES. Quid eo uis? ME. ne mihi damnum in Epidamno diuis.

Tu magnus amator mulierum es Messenio:

Ego autem homo iracundus, animi perditus.

Id utrumq; argentum quando habebo, cauero.

Nè tu delinquas, nè ue ego irascat tibi.

MES. Cape atq; serua, me lubente feceris.

CYLINDRVS, MENAECHEMVS Socrates,

MESSENIO.

**B**Ene obsonauit atq; ex mea sententia,  
Bonum anteponam prandium pransoribus.

Sed ec cum Menæchmum uideon à tergo meo?

Prius iam conuiuæ ambulat ante ostium,

Quàm ego obsonatu redeo. adibo atq; alloquar.

Menæchme salue. ME. di te ament, scis quis ego sum?

CY. Non hercle uerò. ubi conuiuæ cæteri?

ME. Quos tu conuiuas queris? CY. parasitum tuum.

ME. Meum parasitum? certe hic insanus est homo.

MES. Dixit tibi esse hic Sycophantas plurimos?

ME. Quem tu parasitum queris adolescens. mecum?

CY. Peniculum. MES. eccum hunc in uidulo saluum fero.

CY. Menæchme, numero huc aduenis ad prandium.

Nunc obsonatu redeo. ME. responde mihi

Adolescens, quibus hic precijs porci ueneunt

Sacri sinceri, numos eos à me accipe.

Iube te piari de mea pecunia.

Nam ego quidem insanum esse te certò scio.

Qui mihi molestus homini ignoto, quisquis es.

CY. Cylindrus ego sum, non nosti nomen meum?

ME. Scu tu Cylindrus, seu Coriendrus, perieris.

Ego

- Ego te non noui, neq; nouisse adeò uolo.
- CY.** Est tibi Menæchmo nomen tantum, quod sciam.
- ME.** Prò sanè loqueris, cum me appelles nomine.  
Sed ubi nouisti tu me? **CY.** ubi ego te nouerim?  
Qui amicam habeas heram meam hanc Erotium.
- ME.** Neq; hercle habeo, neq; te quis sis homo scio.
- CY.** Non scis quis ego sim? qui tibi sepiusimè  
Cyathisso apud nos, quando potas. **MES.** hei mihi,  
Cum nihil est, illi qui homini diminuam caput.
- ME.** Tun' cyathissare mihi soles, qui ante hunc diem  
Epidamnium nunquam uidi, neq; ueni? **CY.** negas?
- ME.** Nego hercle uerò. **CY.** non tu in illisce ædibus  
Habitas? **ME.** dij illos homines, qui illic habitant, perduint.
- CY.** Insanit hic equidem, qui ipse maledicit sibi.  
Audin Menæchme? **ME.** quid uis? **CY.** si me consulas,  
Numum illum, quem mihi dudum pollicitus dare,  
Iubeas, si sapias, porculum afferri tibi.  
Nam tu quidem hercle, certò non sanus satis  
Menæchme, qui nunc ipse maledicas tibi.
- MES.** Heu hercle hominem molestum & odiosum mihi.
- CY.** Solet iocari sepe mecum illo modo.  
Quamuis ridiculus est, ubi uxor non adest.
- ME.** Quid ais tu? **CY.** quid uis inquam? satin hoc quod uides?  
Tribus uobis obsonatum est, an obsono amplius  
Tibi & parasito & mulieri? **ME.** quas tu mulieres,  
Quos tu parasitos loquere? **MES.** quod te urget scelus,  
Qui huic sis molestus? **CY.** quid tibi mecum est rei?  
Ego te non noui: cum hoc quem noui, fabulor.
- ME.** Non edepol tute homo sanus es, certò scio.
- CY.** Iam ergo hæc madebunt faxo, nihil morabitur.  
Proin tu ne quò abeas longius ab ædibus.  
Nunquid uis? **ME.** ut eas maximam in malam crucem.
- CY.** Ire hercle melius est te intrò, atq; accumbere,



Dum ego hæc appono ad Vulcani uiolentiam,  
Ibo intrò, & dicam te hic astare Erotio,  
Vt te hinc abducat, potius quàm hic astes foris.

ME. Iam ne ille abiuit, edepol haud mendacia  
Tua uerba. MES. exterior esse obseruato modo:  
Nam istic meretricem credo habitare mulierem,  
Vt quidem ille insanus dixit, qui hinc abiit modò.

ME. Sed miror qui ille nouerit nomen meum.

MES. Minimè hercle mirum. morem hunc meretrices habent,  
Ad portum mittunt seruulos, ancillulas:  
Si qua peregrina nauis in portum aduenit,  
Rogant cuiatis sit, quid ei nomen fiet.  
Pòst ille extemplò se applicant, agglutinant,  
Si pellexerunt, perditum amittunt domum.  
Nunc in istoc portu stat nauis prædatoria,  
Abs qua cauendum nobis sanè censeo.

ME. Mones quidem hercle rectè. MES. tum demum sciam  
Rectè monuisse, si tu rectè caueris.  
Tace dum parumper. nam concrepuit hostium,  
Videamus qui hinc egreditur: hoc ponam interim,  
Afferuatote hoc sultis nauales pedes.

EROTIUM, CYLINDRVS, MENAECHE-  
MVS Soficles. MESSENIO.

Sine fores sic, abi, nolo operiri,  
Sintus para, cura, uide quod opus est ut  
Fiat, sternite lectos, incendite odores;  
Mundicia illecebra animo est amantum.  
Amanti amcenitas malo est, nobis lucro est.  
Sed ubi ille est, quem coqus ante ædeis esse ait?  
Atq; eccum uideo, qui mihi est usui, &  
Plurimum prodest: item huic ultrò fit, ut  
Meret potissimum nostræ domi, ut sit.  
Nunc cum adibo, alloquar ultrò.

Animule mi, mihi mira uidentur,  
 Hic te stare foris, fores cui pateant  
 Magis quam domus tua, domus cum hæc tua sit,  
 Omne paratum est.

Vt iussisti atq; ut uoluisti, neq; tibi est  
 Vlla mora intus. prandium ut iussisti hic  
 Curatum est, ubi lubet, ire licet accubitum. (mecum tibi

ME. Qui cum hæc mulier loquitur? ER. equidem tecum. ME. quid  
 Fuit unquam, aut nunc est negocij? ER. quia pol te unum ex  
 omnibus

Venus uoluit me magnificare, atq; id haud immerito tuo.  
 Nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis.

ME. Certò hæc mulier aut insana, aut ebria est, Meseenio,  
 Hominem que ignotum compellet me tam familiariter.

MES. Dixim ego istæc hic solere fieri, folia nunc cadunt  
 Præ ut si triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent.  
 Nam ita sunt hic meretrices omnes illecebræ argentariæ.  
 Sed sine me dum hanc compellare. heus mulier. tibi dico. ER.  
 quid est?

MES. Vbi tu hunc hominem nouisti? ER. ibidem, ubi hic me iam diu;  
 In Epidamno. MES. in Epidamno? qui huc in hanc urbem pedē,  
 Nisi hodie, nunquam intrò tetulit. ER. eia delicias facis  
 Mi Menæchme. quin amabo is intrò, hic tibi erit rectius.

ME. Hec quidem edepol rectè appellat meo me mulier nomine.  
 Nimis miror quid hoc sit negocij. MES. oboluit marsupium  
 Huic istuc. quod habes. ME. atq; edepol tu me monuisti probe.  
 Accipe, iã hoc scibo utrum hæc me mage amet, an marsupium.

ER. Eamus intrò ut prandeamus. ME. bene uocas, iam gratia est.

ER. Cur igitur tibi me iussisti coquere dudum prandium?

ME. Ego ne te iussi coquere? ER. certò tibi et parasito tuo.

ME. Cui, malum, parasito? certè hæc mulier non sana est satis.

ER. Peniculo. ME. quis iste est Peniculus, qui extergentur buxæ?

ER. Scilicet qui dudum tecum uenit, quom pallam mihi



- Detulisti, quam ab uxore tua surripuisti. ME. quid est?  
 Tibi pallam dedi, quam uxori meae surripui? sanam est?  
 Certe haec mulier Canterino ritu hic astans somniat.
- ER. Qui lubet ludibrio habere me, atq; ire inficias mihi  
 Facta quae sunt? ME. dic quid est id, quod neges quod fecerim?
- ER. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris. ME. sed iam nunc nego.  
 Ego quidem neq; unquam uxorem habui, neq; habeo: neq; huc  
 Unquam, postquam natus sum, intra portam penetraui pedem.  
 Prandi in naui, inde huc egressus sum, te conueni, eccere.
- ER. Peri misera, quam tu nunc mihi nauem narras? ME. ligneam,  
 Saepe tritam, saepe fixam, saepe excusam malleo,  
 Quasi supellex pellionis palus palus proximus est.
- ER. Lamiam amabo desine ludos facere, atq; i hac mecum simul.
- ME. Num quem mulier alium hominem, non me, forte queritas?
- ER. Non ego te noui Menachmum Moscho progenatum patres  
 Qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,  
 Vbi rex Agathocles regnator fuit, & iterum Panthia,  
 Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit.  
 Nunc Hiero est. ME. haud falso mulier praedicas. MES prob  
 Nunc ista mulier illinc uenit, quae te nouit tam cate. Iuppiter.
- ME. Hercle opinor pernegari non potest. MES. ne feceris,  
 Peristi, si intra sis intra limen. ME. quin tace modo,  
 Bene res geritur, assentabor, quicquid dicit, mulieri,  
 Si possem hospitium nancisci. iam dudum mulier tibi  
 Non imprudens aduersabar, hunc metuebam, ne mea  
 Uxori renunciaret de palla, & de prandio,  
 Nunc quando uis eamus intrò. ER. etiam parastum manes?
- ME. Neq; ego illum maneo, neq; floccifacio: neq; si uenerit,  
 Eum uolo intronmitti. ER. ecastor haud inuita fecero.  
 Sed scin? quid te amabo, ut facias, impero? ME. quid uis modo?
- ER. Pallam illam, quam dudum dederas, ad pbrygionem ut deseras,  
 Ut reconcinetur, atq; ut opera addantur, quae uolo.
- ME. Hercle quin tu recte dicis, eadem ignorabitur,

Ne uxor cognoscat te habere, si in uia conspexerit.

ER. Ergo mox auferto tecum, quando abibis. ME. maxumè.

ER. Eamus intrò. ME. iam sequar te. hunc uolo etiam colloqui. (uis?)  
Ehò Messenio accede huc. ME S. quid negocij est? ME. scire

MES. Quid ergo opus est? ME. opus est. ME S. scio ut mendices. ME.  
tanto nequior es.

Habeo prædam, tantum incepti operis, tu quantum potes,

Abduc istos in tabernam aëlutum diuersoriam.

Tu facito ante solis occasum, ut uenias aduorsum mihi.

MES. Non tu istas meretrices nouisti here? ME. tace in quã nunc iam.

Mihi dolebit, non tibi, si quid ego stulte fecero.

Mulier hæc stulta atq; inscita est, quantum perspexi modò,

Est hic præda nobis. MES. peri. ME. iam ne abis? MES. perijt

Ducit lembum dierectum nauis prædatoria. (probe,

Sed ego inscitus, qui pro me hero postulem moderarier.

Dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi.

Sequimini, ut quod imperatum est, ueniam aduorsum tempori.

PENICVLVS parasitus.

**P**Lus annis triginta natus sum, quando interea loci

Nunquã quicquam facinus feci peius, neq; scelestius,

Quã hodie, quando in concionem mediã me immerfi miser.

Vbi ego dum hæreo, Menæchmus se subterduxit mihi.

Atq; abiit ad amicam credo, neq; me uoluit ducere,

Qui illum dij omnes perduint, qui primus commentus est

Concionem, hac req; homines occupatos occupat.

Non ad eam rem ociosos homines decuit deligi?

Qui nisi absint, quom citantur, census capiant illico,

Affatim est hominum indies, qui singulas escas edunt.

Quibus negocij nihil est, qui esum neq; uocantur, neq; uocant,

Eos oportet concioni dare operam, atq; comitijs.

Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium,

Cui tam credo datum uoluisse, quã me uideo uiuere.

Iho etiam num, reliquiarum spes animum oblectat meum.



Sed quid ego uideo Menæchmum? cum corona exit foràs.  
Sublatum est conuiuium, edepol uenio aduersum tempori.

MENAECHMVS, Soscicles. PENICVLVS.

- ME. **P**Otin ut quiescas, si ego tibi hanc hodie probè,  
Lepideq; concinnatam referam tempori?  
Non saxo esse eam dices, ita ignorabitur.
- PE. Pallam ad phrygionem fert, confecto prandio,  
Vinoq; epoto, parasito excluso foràs.  
Non hercle is sum, qui sum, nisi hanc iniuriam  
Meq; ultus pulchrè fuero, obseruabo, quid agat,  
Hominem. post deinde adibo ego hunc, atq; alloquar.
- ME. Proh dii immortales, cui homini unquam uno die  
Boni dedisti plus, qui minus sperauerit?  
Prandi, potavi, scortum accubui, abstuli  
Hanc, cuius heres nunquam erit post hunc diem.
- PE. Nequeo quæ loquitur exaudire clanculum,  
Satur nunc loquitur de me & de parti mea.
- ME. Ait hanc dedisse me sibi, atq; eam meæ  
Vxori surripuisse, quoniam sentio  
Errare, extemplò, quasi res cum ea esset mihi,  
Coepi assentari, mulier quicquid dixerat,  
Idem ego dicebam, quid multis uerbis opus?  
Minore nusquam bene fui dispendio.
- PE. Adibo ad hominem: nam turbare gestio.
- ME. Quis hic est, qui aduersum fit mihi? PE. quid ais homo  
Leuior quàm pluma, pessime & nequissime,  
Flagitium hominis, subdole, ac minimi precij?  
Quid de te merui, qua me caussa perderes?  
Vt surripuisti te mihi dudum de foro?  
Fecisti funus absenti me prandio.  
Cur ausus facere, cui ego æquè ac heres heream?
- ME. Adolescens queso, quid tibi mecum est rei,  
Qui mihi maledicas homini hic ignoto insciens?

- An tibi malam rem uis pro maledictis dari  
 Postea? PE. eam quidem edepol te dedisse intelligo.
- ME. Responde adolescens quæso, quid tibi nomen est?
- PE. Etiam derides, quasi nomen non noueris?
- ME. Non edepol ego te, quod sciam, unquam ante hunc diem  
 Vidi, neq; noui. uerum certò quisquis es,  
 Aequum si facias, mihi odiosus ne sies.
- PE. Non me nouisti? ME. non negem, si nouerim.
- PE. Mcnechme uigila. ME. uigilo hercle quidem quod sciam.
- PE. Tuum parasitum non nouisti? ME. non tibi  
 Sanum est adolescens sinciput, ut intelligo.
- PE. Responde, surripuisti in uxori tue  
 Pallam istanc hodie, eamq; dedisti Erotio?
- ME. Neq; hercle ego uxorem habeo, neq; ego Erotio  
 Dedi, nec pallam surripui. PE. satin sanus es?  
 Occisa est hæc res, non ego te indutum foras  
 Exire uidi palla? ME. uæ capiti tuo:  
 Omnes cinedos esse censes, tu quia es.  
 Tur me indutum fuisse pallam prædicas?
- PE. Ego hercle uerò. ME. non tu abis quò dignus es?  
 Aut te piari iubes homo insanissime?
- PE. Nunquam edepol me quisquam exorabit, quin tuæ  
 Vxori rem omnem iam uti sit gesta eloquar,  
 Omnes in te istæc recident contumeliæ,  
 Faxo haud inultum prandium comederis.
- ME. Quid hoc negocij est? satin ut quenquam conspicio,  
 Ita me ludificant. sed concrepuit hostium.
- ANCILLA. MENAECHMVS Soficles.
- AN. **M**Enechme, amare ait te multum Erotium,  
 Vt hoc nunc una opera ad aurificem deferas,  
 Atq; huic ut addas auri tu pondo unciam,  
 lubcasq; nouum spinther reconcinnarier.
- ME. Et istud, & aliud, si quid curari uolet,



Me curaturum dicito, quicquid uolet.

AN. Scin hoc quod sit spinther? ME. nescio, nisi aureum.

AN. Hoc est, quod olim clanculum ex armario  
Te surripuisse aiebas uxori tue.

ME. Nunquam hercle factum est. AN. an non meministi obsecros?  
Redde igitur spinther, si non meministi. ME. mane,  
Imò equidem memini: nempe hoc est, quod illi dedi.  
Istuc, ubi illæ armillæ sunt, quas unà dedi?

AN. Nunquam dedisti ME. nam pol hoc unà dedi.

AN. Dicam curare? ME. dicito, accurabitur,  
Hec palla & spinther fixo referantur simul.

AN. Amabo mi Menæchme, in aureis da mihi  
Faciundas pondo duum numum stalagma,  
Vt te libenter uideam, cum ad nos ueneris.

ME. Fiat, cedo aurum, ego manuprecium dabo.

AN. Da sodes abs te, post ego reddidero tibi.

ME. Imò cedo abs te. AN. ego post tibi reddam duplex.

ME. Non habeo. AN. at tu quando habebis, tum dato.

Nunquid me uis? ME. hæc me curaturum dicito,

Vt quantum possint, quamq; liceat ueneant.

Iam ne abiit intrò? abiit, operuit fores.

Dij me equidem omnes adiuant, augent, amant.

Sed quid ego cesso, dum datur mihi occasio,

Tempusq; abire ab his locis lenonijs?

Propera Menæchme, ser pedem, confer gradum.

Demam coronam, atq; abijciam ad læuam manum,

Vt qui sequantur, hac me abijisse censeant.

Ibo & conueniam seruum, si potero, meum.

Vt hæc, quæ bona dij mihi dant, ex me sciat.

M V L I E R, uxor. P E N I C V L V S parasitus.

MV. E Gó ne hic me patiar esse in matrimonio,

Vbi uir compilet clanculum quicquid domi est,

Atq; id ad amicam deferat? PE. quim tu taces?

Manifesto saxo iam opprimes, sequere hac modo.  
 Pallam ad phrygionem cum corona hinc ebrius  
 Ferebat, hodie tibi quam surripuit domo.  
 Sed eccam, quam coronam habuit, num mentior?  
 Hem hac abiit, si uis persequi uestigijs.  
 Atq; edepol eccum ipsum optimè reuertitur,  
 Sed pallam non fert. MV. quid ego nunc cum illoc agam?

PE. Idem quod semper, malè habeas. MV. sic censeo.

PE. Huc concedamus, ex insidijs aucupa.

MENAECHMVS surreptus, MVLIER uxor,  
 PENICVLVS parasitus.

M. **V**Thoc utimur maxumè more morum,  
 Molestoq; multum, atq; uti quiq; sunt  
 Optumi, maxumi, morem habent hunc,  
 Clientis sibi omnes uolunt esse multos:  
 Boni ne an mali sint, id haud queritant.  
 Res magis queritur, quàm clientium  
 Fides cuiusmodi clueat.  
 Si est pauper atq; haud malus, nequam habetur:  
 Sin diues malus est, is cliens frugi habetur.  
 Qui neq; leges, neq; equum, bonum usquam  
 Colunt, sollicitos patronos habent.  
 Datum denegant, quod datum est. litium  
 Pleni, rapaces, uiri fraudulentè,  
 Qui aut foenore, aut periurijs habent rens  
 Partam. mens est in querelis,  
 Iuris ubi dicitur dies. simul  
 Patronis dicitur: quippe qui pro illis  
 Loquantur, malè que fecerint, aut ad  
 Populum, aut in iure apud iudicem res est.  
 Sicut me hodie nimis sollicitum cliens  
 Quidam habuit, neq; quod uolui agere quicquam  
 Licitum est, ita me attinuit, ita me detinuit.



Apud ædiles pro eius factis plurimis  
 Pessimisq; dixi causam. conditiones  
 Tetuli, tortas, confragosas, aut plus,  
 Aut minus, quàm opus erat, multo dixeram  
 Controuersiam, ut sponso fieret.

Quid ille? quid? prædem dedit, nec magis  
 Manifestum ego hominem unquam ullum teneri uidi.

Omnibus male factis, testes tres aderant acerrumi.  
 Di illum omnes perdant, ita mihi hunc hodie corrupti diem:

Meq; aded, qui hodie forum unquam oculis inspexi meis.

Diem corrupti optimum, iussi apparari prandium:

Amica expectat me, scio, ubi primum est licitum, illico

Properavi abire de foro, irata est, credo, nunc mihi.

Placabit palla, quam dedi, quam hodie uxori abstuli, atq; huic

Detuli Erotio. PE. quid ais? MV. uiro me malo male (sapiam,

Nupta. PE. Satin audis, quæ illic loquitur? MV. satis. ME. si

Hinc intrò abeam, ubi mihi bene sit. MV. mane male potius e-

Ne illam mecastor scenerato abstulisti, sic datur? (rit.

Clanculum istæc flagitia facere censebas potesse te?

ME. Quid illic est uxor negocij? MV. men rogas? ME. uin hunc ro-

PE. Aufer hinc palpationes, perge tu. ME. quid tu mihi (gem?

Tristis es? MV. te scire oportet. PE. scit, sed dissimulat malus.

ME. Quid negocij est? VX. pallam. ME. pallam, quid? VX. pallam,  
 quid paues?

ME. Nihil equidem paueo, nisi unum pallapallorem incuit.

PE. At tu ne clam me comesses prandium? perge in uirum.

ME. Non taces? PE. non hercle uerò tacco: nutat ne loquar.

ME. Non hercle ego quidem usquam quicquã nuto, neq; nicti tibi.

VX. Ne ego mecastor mulier misera. ME. quid tu misera es? mihi ex

PE. Nihil hoc confidentius, qui quæ uides, ea pernegat. (pedi.

ME. Per Iouem deosq; omnes adiuro uxor, satin hoc est tibi,

Me isti non nutasse? PE. credit iam tibi de istis, illuc redi.

ME. Quò ego redeam? PE. equidem ad phrygionem, censeo, ex pal-  
 lam refer.

- ME. *Quæ istæc palla est?* VX. *taceo iâ, quando hic rē non meministi*
- ME. *Nunquis seruorum deliquit? num ancillæ aut seruæ tibi* (suam.  
*Responsant? eloquere, impune non erit.* VX. *nugas agis.*
- ME. *Tristis admodum es, nō mihi istuc satis placet.* VX. *nugas agis.*
- ME. *Ceterum familiarium alicui irata es?* VX. *nugas agis,*
- ME. *Num mihi es irata saltem?* VX. *nunc tu non nugas agis.*
- ME. *Non edepol deliqui quicquam.* VX. *hem rursum nugas agis.*
- ME. *Dic mea uxor, quid tibi nūc egrè est?* PE. *bellus blanditur tibi.*
- ME. *Potin' ut mihi molestus ne sis? non te appello.* VX. *aufer manū.*
- PE. *Sic datur, properato absente me comesse prandium.*  
*Post ante ædeis cum corona me derideto ebrius.*
- ME. *Neq; edepol ego prandi, neq; hodie huc intrò tetuli pedem.*
- PE. *Tun' negas* ME. *nego hercle uerò.* PE. *nihil hoc homine auda-*  
*Non ego te modò hic ante ædeis cum corona florea* (cius.  
*Vidi astare, cum negabas mihi esse sanum sinciput,*  
*Et negabas me nouisse, peregrinum aiebas esse te?*
- ME. *Quin ut dudum diuorti abs te, redco nunc demum domum.*
- PE. *Noui ego te, non mihi censebas esse, qui te ulciscerer.*  
*Omnia hercle uxori dixi.* ME. *quid dixisti?* PE. *nescio.* (bi?  
*Eam ipsus roga.* ME. *quid hoc est uxor? quid nā hic narrauit ti*  
*Quid id est? quid taces quin dicis quid sit?* VX. *quasi tu nescias.*  
*Palla mihi est domo surrepta.* ME. *palla surrepta est tibi?*
- VX. *Me rogas?* ME. *pol haud rogem te, si sciam.* PE. *ô hominem ma*  
*Vi dissimulat: non potes celare: rem noui probè,* (lum,  
*Omnia hercle ego edictaui.* ME. *quid id est?* VX. *quando nihil*  
*Neq; uis tua uoluntate ipse profiteri, audi atq; ades.* (pudet  
*Et quid tristis, et quid hic mihi dixerit, s'xō scias,*  
*Palla est mihi domo surrepta.* ME. *palla surrepta est tibi?*
- PE. *Viden uti scelestus captat? huic surrepta est, non tibi.*  
*Nam profectò tibi surrepta si esset, salua nunc foret.* (mo.
- ME. *Nihil mihi tecū est, sed quid tu ais?* VX. *palla inquam perijt do-*
- ME. *Quis eā surripuit?* V. *pol istuc ille scit, qui illā abstulit.* (quiter.
- ME. *Quis hic homo ē?* VX. *Menæchmus qui. ā.* Me. *edepol factū ne*  
 Quis



Quis is Menæchmus est? VX. tu istic inquam. ME. ego ne? VX.  
tu. ME. quis arguit?

- VX. Egomet. PE. & ego, atq; huic amice detulisti Erotio.  
ME. Egon dedi? PE. tu, tu istic inquam, uim afferris noctuam?  
Que, tu, tu, usq; dicat tibi. nam nos iam nos defessi sumus.  
ME. Per Iouem deosq; omnes adiuro uxor, satin hoc est tibi?  
Non dedisse. PE. imò hercle uerò nos non falsum dicere.  
ME. Sed ego illam non condonauit, sed sic utendam dedi.  
VX. Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras, nec pallium  
Cuiquam utendum. mulierè æquum est uestimentum muliebre  
Dare foras, uirum uirile. quin refers pallam domum?  
ME. Ego saxo referetur. VX. è re tua, ut opinor, feceris.  
Nam domum nunquam introibis, nisi feres pallam simul.  
ME. Ego domū? PE. quid mihi futurū est, qui tibi hanc operā dedi?  
VX. Opera reddetur, quando quid tibi erit surreptum domo.  
PE. Id quidem edepol nunquā erit. nam nihil est, quod perdā domi,  
Cum uiro, cum uxore: dii uos perdant, properabo ad forum:  
Nanq; ex hac familia me planè excidisse intelligo.  
ME. Malè mihi uxor sese fecisse censet, quom excludit foràs.  
Quasi non habeam, quò intromittar, alium meliorem locum.  
Si tibi displicco, patiundum, at placuero huic Erotio.  
Que me non excludet à se, sed apud se occludet domi.  
Nunc ibo, orabo, ut mihi pallam reddat, quam dudum dedi.  
Aliam illi redimam meliorem. heus ecquid hic est ianitor?  
Aperite, atq; Erotium aliquis euocate ante ostium.  
EROTIVM. MENAECHMVS surreptus.  
ER. **Q**uis hic me querit? M. sibi inimicus magis q̄ etati tuæ.  
ER. **M**i Menæchme, cur ante ades? as? se querere intrò. M.  
Scin quid è, q̄ ego ad te uenio? E. scio ut tibi ex me sit uolup. (manet.)  
ME. Imò edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,  
Mibi eam redde. uxor resciiuit rem omnem, ut factū est ordine.  
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam uoles.  
ER. Tibi dedi equidè illam, ad phrygionem ut ferres paulo prius,  
Et illud spinther, ut ad auri ficem ferres, ut fieret nouum.

- ME. *Mibi ut tu dederis pallā, et spinther, nunquā factum reperies.*  
*Nā ego quidem postquam illam dudū tibi dedi, atq; abij ad forū,*  
*Nunc redeo, nunc te post illa uideo. ER. uideo quam rem agis.*  
*Quia commisi, ut me defrudes, ad eam rem affectas uiam.*
- ME. *Neq; edepol te defraudandi causa posco, quin tibi*  
*Dico, uxorem rescuiisse. ER. nec te ultrō orauī, dares.*  
*Tute ultrō ad me detulisti, dedisti eam dono mihi,*  
*Eandem nunc repossis, patiar, tibi habe, aufer. utere*  
*Vel tu, uel tua uxor, uel etiam in oculos compingite.*  
*Tu huc, post hunc diem, pedem intrō non feres, ne frustra sis,*  
*Quando tu me, bene merentem tibi, habes despiciatui.*  
*Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes.*  
*Aliam post hac inuenito, quam tu habeas frustratui.*
- ME. *Nimis iracundē hercle, tandem heus tu, tibi dico, mane,*  
*Redi. ER. etiam ne astas? etiam audes mea reuorti gratia?*
- ME. *Abijt intrō, occlusit aedis, nunc ego sum exclusissimus,*  
*Neq; domi, neq; apud amicam mihi iam quicquam creditur.*  
*Ibo, et consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant.*
- MENAECHMVS, Sosicles. MVLIER.
- N**imis stultē dudum feci, cum marsupium  
 Messenioni cum argento concedidi.  
 Immer sit aliquō sese credo in ganeum.
- MV. *Prouisam quam mox uir meus redeat domum.*  
*Sed eccum uideo, salua sum, pallam refert.*
- ME. *Demiror ubi nunc ambulet Messenio.*
- MV. *Adibo, atq; hominem accipiam, quibus dictis meret.*  
*Non te pudet prodire in conspectum meum,*  
*Flagitium hominis, cum istoc ornatu? ME. quid est?*  
*Quae res agitat te mulier? MV. etiam ne impudens*  
*Mutire unum uerbum audes, aut mecum loqui?*
- ME. *Quid tandem admisi in te, ut loqui non audeam?*
- MV. *Rogas me? o hominis impudentem audaciam.*
- ME. *Non tu scis mulier, Hecubam quae propter canens*



- Graij esse prædicabant? MV. non equidem scio.
- ME. Quia idem faciebat Hecaba, quod tu nunc facis.  
Omnia mala ingerebat, quem quem aspererat,  
Itaq; adeo iure cepta appellari est canis.
- MV. Non istæc ego flagitia possum perpeti.  
Nam me meam etatem uiduam esse mauelim,  
Quam istæc flagitia tua pati, quæ tu facis.
- ME. Quid id ad me, tu te nuptam possis perpeti,  
An sis abitura à tuo uiro? an mos est ita hic,  
Peregrino ut aduenienti narrent fabulas?
- MV. Quas fabulas? non inquam patiar præter hæc,  
Quin uidua uiuam, quam tuos mores perferam.
- ME. Mea quidem hercle causa uidua uicita,  
Vel usq; dum regnum obtinebit Iupiter.
- MV. At mihi negabas dudum surripuisse te,  
Nunc eandem ante oculos attines, num te pudet?
- ME. Heu hercle mulier multum et audax et mala es,  
Tun tibi hæc surreptam dicere audes, quam mihi  
Dedit alia mulier, ut concinnandam darem?
- MV. Næ istuc mecastor iam patrem accersam mecum,  
Atq; enarrabo tua flagitia, quæ facis.  
I Decio, quære mecum patrem, tecum simul  
Ut ueniat ad me, ita rem mihi esse dicito.  
Iam ego aperiam istæc tua flagitia. ME. sanan es?  
Quæ mea flagitia? MV. cum pallam atq; aurum meum  
Domo supillas uxori tuæ, et tuæ  
Degeris amicæ. satir hoc rectè fabulor?
- ME. Quæso hercle mulier, si scis monstra quid bibam,  
Tuam qui possim perpeti petulantiam?  
Quem tute hominem esse me arbitrare, nescio,  
Ego te simitu noui cum Parthaone.
- MV. Si me derides, at pol illum non potes,  
Patrem meum, qui huc aduenit, quin respicis?

Novistin tu illum? ME. noui, cum Calcha simul  
Eodem die uidi illum, quo te ante hunc diem.

MV. Negas nouisse me? negas patrem meum?

ME. Idem hercle dicam, si auum uis adducere.

MV. Ecastor pariter hoc, atq; alias res soles.

SENE X, MVLIER, MENAECH-

MVS Soscicles.

**V**T etas mea est, atq; ut huic usus factus est,  
Gradum proferam, progredi properabo.

Sed id quàm facile sit mihi, haud sum falsus.

Nam pernicitas deserit, confitus sum

Senectute, onustum gero corpus, uires

Reliquere. ut etas mala merx est, ergo.

Nam res plurimas pessimas, cum aduenit, affert.

Quas si autumem omneis, nimis longus sermo sit.

Sed hæc res mihi in pectore & corde curæ est,

Quidnam hoc sit negocij, quòd filia sic

Repentè expetit, ad sese, me ut irem,

Nec, quid id sit, mihi certius facit,

Quid uelit, quid ue accersit.

Verum propemodum iam scio, quid fiet rei.

Credo cum uiro litigium natum esse aliquod.

Ita istæ solent, quæ uiros subseruire

Sibi postulant, dote fretæ feroces.

Et illi quoq; haud abstinent sæpe culpa.

Verum est modus tamen, quo id pati uxorem oportet.

Nec pol filia unquam patrem accersit ad se,

Nisi aut commissi, aut iurgij est caussa.

Sed quicquid id est, iam sciam, atq; eccam eam ipsam

Ante ædeis, & eius tristem uirum uideo.

Id est, quod suspicabar.

Appellabo hanc, ibo aduersum. MV. salue multum mi pater.

SE. Salua sis, salua ne? aduenio, sed cur accersiri iubes?

Quid



- Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus desitit?
- Nescio quid uos uelitati estis inter uos duos.
- Loquere, uter meruisti culpam, paucis non longos logos.
- MV.** Nusquam equidem quicquam deliqui, hoc primum te absoluo pater, Verum uiuere hic non possum, neque durare ullo modo. (pater Proin tu me hinc abducas. SE. quid istuc aut est? MV. ludibrio Habeor. SE. unde? MV. ab illo, cui me mandauisti, meo uiro.
- SE.** Ecce autem litigium, quoties edixi tandem tibi, Ut caueres, neuter ad me iretis cum querimonia?
- MV.** Qui ego istuc, mi pater, cauere possum? SE. me ne interrogas? Nisi non uis. quoties monstraui tibi uiro ut morem geras: Quid ille faciat, ne id obserues: quod eat, quid rerum gerat?
- MV.** At enim ille hinc amat meretricem ex proximo. SE. sane sapit. Ob istanc industriam, etiam faxo amabit amplius.
- MV.** Atque ibi potat. SE. tuar quidem ille caussa potabit minus, Siue illic, siue alibi libebit: quae haec, malum, impudentia est? Vna opera prohibere ad coenam, ne promittat, postules, Neue quenquam accipiat alienum apud te, seruiren tibi Postulas uiros? dare una opera pensum postules, Inter ancillas sedere iubeas, lanam carpere.
- MV.** Non equidem mihi te aduocatum pater adduxi, sed uiro, Hinc stas, illinc caussam dicis. SE. si ille quid deliquerit, Multo tanto illum accusabo, quam te accusaui amplius. Quando te auratam & uestitam bene habet, ancillas, penum, Recte praehibet, melius sanam est mulier mentem sumere.
- MV.** At ille suppilat mihi aurum, & pallam ex arcis modo, Me despoliat, mea orramenta iam ad meretrices degerit.
- SE.** Male facit, si istuc facit: si non facit, tu male facis, Quae insontem insimules. MV. quin etiam nunc habet pallam pater, Et spiritum her, quod ad hanc detulerat, nunc quia resciaui refert.
- SE.** Iam ego ex hoc uti factum est scibo, ibo ad hominem atque alloquar. Dic mihi istuc Menachme, quod uos dissertatis, ut sciam. Quid tu tristis es? quid illam autem iratam abs te desitit?

Quis-

- ME. Quisquis es, quicquid tibi nomen est senex, summum Iouem, Deosq; detestor. SE. qua de re, aut cui rei, rerum omnium?
- ME. Me neq; isti malè fecisse mulieri, quæ me arguit, Hanc domo ab se surripuisse, atq; abstulisse deierat. Si ego intra ædeis huius unquam, ubi habitat, penetravi pedem, Omnium hominum exopto ut fiam miserorum miserimus.
- SE. Sanus ne es, qui istuc exoptes, aut neges te unquam pedem In eas ædes intulisse, ubi habitas insanissime?
- ME. Tur' senex ais habitare me hic in illisce ædibus?
- SE. Tu negas? ME. nego hercle uerò. MV. nimio hæc impudenter Nisi quò nocte hac emigrasti. SE. concede huc filia. (negas, Quid tu ais? non hinc emigrasti? ME. quem in locum, aut rem, obsecro?
- SE. Non edepol scio. MV. profectò ludit te hic. SE. non tute tenes? Iam uerò Menæchme satis iocatus es, nunc hanc rem age.
- ME. Quæso quid mihi tecum est? unde aut quis homo tu es? quid se- Tibi, aut adeò isti, quæ mihi molesta est quoquo modo? (ci ego
- MV. Viden tu illi oculos uirere? ut uiridis exoritur color Ex temporibus atq; fronte, ut oculi scintillant, uide.
- ME. Quid mihi melius est, quàm quando illi me insanire prædicat, Ego me a simulem insanire, ut illos à me absterream?
- MV. Vt pandiculans oscitatur, quid nunc faciam mi pater?
- SE. Concede huc mea nata ab istoc quàm potes longisimè.
- ME. Euoè atq; heu Bromie, quò me in syluam uenatum uocas? Audio, sed non abire possum ab his regionibus. Ita me illa ab leua rabiosa foemina obseruat canis. Pòst autem illichircus alius, qui sæpe etate in sua Perdidit ciuem innocentem falso testimonio.
- SE. Væ capiti tuo. ME. ecce Apollo mihi ex oraculo imperat, Vt ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.
- MV. Perij, mi pater, minatur mihi oculos exurere.
- ME. Hei mihi, insanire me aiunt, ultrò cū ipsi insaniunt. (uos citò?
- SE. Filia. MV. heus quid est? quid agimus? SE. quid si ego huc ser-  
lbo,



Ibo, adducam, qui hunc hinc tollant, & domi deuinciant,  
Priusquam turbarum quid faciat. ME. amplius enim uero nisi  
Occupo aliquid mihi consilium, hi domum me ad se auferent.  
Pugnis me uetas in huius ore quicquam parcere?

Ni iam ex meis oculis abscedat in malam magnam crucem,  
Faciam quod iubes, Apollo. SE. fuge domum quantum potes,  
Ne hic te obtudat. MV. fugio: amabo, obserua istunc mi pater,  
Ne quò hinc habeat. sam' ne ego mulier misera, quæ illic au-

ME. Haud malè illanc amoui: nunc hunc ego impurissimum, (dio?  
Barbatum, tremulum, Titanum, cygno prognatum patre,  
Ita mihi imperas, ut ego huius membra atq; ossa, atq; artua  
Communiuam illo scipione, quem ipse habet. SE. dabitur malū,  
Me quidem si attigeris, aut si propius ad me accesseris.

ME. Faciam quod iubes, securim capiam ancipitem, atq; hunc senem  
Exossabo, dein dedolabo assulatim uiscera.

SE. Enim uero illud præcauendum est, atq; accurandum mihi,  
Sanè ego illum metuo. ut minatur, nequid malè sœxit mihi.

ME. Multa mihi imperas Apollo: nunc equos iunctos iubes  
Capere me indomitos, feroces, atq; currum inscendere,  
Vt ego hunc proteram leonem Getulum, olentem, edentulum.  
Iam ascendo in currum, iam lora teneo, iam stimulum, in ma-  
nu est,

Agite equi, facitote sonitus unguularum appareant  
Cursu celeri, facite inflexu sit pedum pernicitas.

SE. Mihim' tu equis iunctis minare? ME. ecce Apollo denuò  
Me iubes facere impetum in eum qui stat, atq; occidere.  
Sed quis hic est, qui me capillo hinc de curru deripit?  
Inperium tuum de mutat, atq; edictum Apollinis.

SE. Heu hercle morbum acrem ac durum: dij uostram fidem,  
Vel hic qui insanit, quàm ualuit paulo prius.  
Ei derepentè tantus morbus incidit.

Ibo atq; accersam medicum, iam quantum potest.

M. ACCII PLAVTI  
MENAECHEMVS. SENEX *ijdent.*

**I** Am' ne isti abierunt quæso ex conspectu meo,  
Qui me ui cogunt, ut ualidus insaniam?  
Quid cesso abire ad nauem, dum saluo licet?  
Vosq; omnes quæso, si senex reuenerit,  
Ne me indicetis, qua platea aufugerim.

**SE.** Lumbi sedendo, oculiq; spectando dolent,  
Mancendo medicum, dum se ex opere recipiat,  
Odiosus tandem uix ab ægrotis uenit.  
Ait se obligasse crus fractum Aesculapio,  
Apollini autem brachium: nunc cogito,  
Vtrum me dicam ducere medicum, an fabrum.  
Atq; eccum incedit, mouet forniciniam gradum.

SENEX. MEDICVS.

**ME.** **Q**uid esset morbi dixerat? narra senex,  
Num laruatus est ille, aut ceritus, fac sciam.  
Num cum ueternus, aut aqua intercus tenet?

**SE.** Quin ea te causa duco, ut id dicas mihi,  
Atq; illum ut sanum facias. **ME.** per facile id quidem est.  
Sanum futurum, mea ego id promitto fide.

**SE.** Magna cum cura ego illum curari uolo.

**MED.** Quin suspirabo plus sexcentos in dies,  
Ita ego illum cura magna curabo tibi.  
Atq; eccum ipsum hominem, obseruemus, quam rem gerat.

MENAECHEMVS. SENEX,

MEDICVS.

**E** Depolne hic dies peruorsus, atque aduersus mihi obti-  
git,

Quæ me clam ratus sum facere, ea omnia fecit palam  
Parasitus, qui me compleuit flagitij & formidinis,  
Meus Ulysses, suo qui regi tantum conciuuit mali.  
Quem ego hominem, si quidem uiuo, uita deuoluam sua.  
Sed ego stultus sum, qui illius esse dico, quæ mea est.



- Meo cibo & sumtu educatus est, anima prinabo uirum.  
 Condigne autem hæc meretrix fecit, ut mos est meretricibus.  
 Quia rogo pallam, ut referatur rursum ad uxorem meam,  
 Mihi se ait dedisse: heu edepol, næ ego homo uiuo miser.
- SE. Audim quæ loquitur? MED. se miserum prædicat. SE. adeas ue  
 MED. Saluus sis Menæchme. quæso cur apertas brachium? (lim.  
 Non tu scis, quantum isti morbo nunc tute faciās mali?
- ME. Quin tu te suspendis? MED. ecquid sentis? ME. quid ni sentiā?  
 MED. Non potest hæc res ellebori iugere obtinerier.  
 Sed quid ais Menæchme? ME. quid uis? MED. dic mihi hoc  
 quod te rogo.
- Albū an atrum uinum potas? ME. quin tu is in malam crucem.
- SE. Iā hercle ceceptat insanire primulū. ME. quin tu interrogas,  
 Purpureum panem, an puniceum soleam ego esse, an luteum?  
 Soleam ne esse auis squamosas, piscis pennatos? SE. papæ,  
 Audin tu, ut deliramenta loquitur? quid cessas dare  
 Potionis aliquid, priusquam percipit insania?
- MED. Mane modo, etiam percontabor. SE. aliam occipis fabulam.  
 MED. Dic mihi hoc etiam, solent tibi unquam oculi duri fieri?  
 ME. Quid, tu me locustam censes esse homo ignauissime?  
 MED. Dic mihi, an unquam tibi intestina crepant, quod sentias?  
 ME. Vbi satur sum, nulla crepitant: quando esurio, tum crepant.  
 MED. Hoc quidem edepol haud pro insano uerbum respondit mihi,  
 Perdormiscin usq; ad lucem? ME. faciliū tu dormis curans?  
 Perdormisco, si resolui argentum cui debeo.  
 Quin te Iuppiter, diq; omnes percontator perduint.
- MED. Nunc homo insanire inceptat, de illis uerbis caue tibi.
- SE. Imò modestior nunc quidem est de uerbis, prout dudum fuit.  
 Nam dudum uxorem suam esse aiebat rabiosam canem.
- ME. Quid ego dixi? SE. insanis inquam. ME. ego ne? SE. tu istic,  
 qui mihi  
 Etiam me iunctis quadrigis minitatus prosternere.  
 Egom et hæc te uidi facere, egomet ecce te arguo.

ME. At ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio,  
 Et ob eam rem in carcerem tedeſſe compactum scio.  
 Et poſtquam es emiſſus, caſum uirgis ſub furca ſcio.  
 Tum patrem occidiſſe, & matrem uendidiſſe etiam ſcio.  
 Satin' hoc pro ſano maledicta maledictis reſpondeo?  
 SE. Obſecro hercle medice properè, quicquid facturus, face.  
 Non uides hominem inſanire? MED. ſcin' quid faciās optu-  
 mum?

Ad me face ut deferatur. SE. itan' cenſes? MED. quippini,  
 Ibi meo arbitrato potero curare hominem. SE. age ut lubet.

MED. Elleborum potabis ſaxo aliquos uiginti dies.

ME. At ego te pendentem ſodiam ſtimulis triginta dies.

MED. Accerſe homines, qui illunc ad me deferant. SE. quot ſunt  
 ſatis?

MED. Proinde, ut inſanire uideo, quatuor nihilominus. (num,

SE. Iam hic crunt, aſerua tu iſtunc medice. MED. imò ego ibo do  
 Ut parentur, quibus paratis opus eſt. tu ſeruus iube,  
 Hunc ad me ferant. SE. iam ego illic ſaxo erit. MED. ego abeo.  
 SE. uale.

ME. Abijt ſocer, abijt medicus, nunc ſolus ſum. proh Iuppiter,  
 Quid illuc eſt, quòd me me hic homines inſanire prædicant?  
 Neq; ego inſanio, neq; ego pugnas, neq; lites coepio.  
 Saluus, ſaluos alios uideo: noui homines, alloquor.  
 An illi perperam inſanire me aiunt, ipſi inſaniunt.  
 Quid ego nunc faciām? domum ire cupio, at uxor non finit.  
 Huc autem nemo intromittit, nimis prouentum eſt nequiter.  
 Hic ergo uſq; ad noctem ſaltem credo intromittar domum.

MESSENI O ſeruus.

**S**pectamen, bono ſeruo, id eſt, qui rem herilem  
 Procurat, uidet, collocat, cogitatq;  
 Ut aſente hero, rem heri diligenter  
 Tutetur, quàm ſi ipſe aſit, aut rectius:  
 Terquim quàm gulam, crura quàm uentrem oportet

Petiora



Potiora esse, cui cor modestè situm est,  
 Recordet id, qui nihili sunt, quid ijs precij  
 Detur ab suis heris ignavis, improbis  
 Viris, uerbera, compedes, molæ, magna  
 Lasitudo, fames, frigusq; durum.  
 Hec precia sunt ignauitæ.

Id ego malè malum metuo, propterea bonum  
 Esse certum est, potiusquam malum, nam magis multo  
 Patior facilius uerba, uerbera ego odi,  
 Nimioq; edo libentius molitum, quàm  
 Molitum præhibeo propterea heri imperium  
 Exequor bene, & sedatè serui.

Atq; id mihi prodest, alij esse ita, ut in rem  
 Esse ducunt, sint: ego ita ero, ut me esse oportet,  
 Metum ut mihi adhibeam, culpa ut abstineam,  
 Heroq; ut omnibus in locis sim præsto.

Serui qui culpa carent, & metuunt, ij  
 Solent esse heris utibiles, nam illi qui nihil  
 Metuunt, postquam malum promeritum est, metuunt.  
 Metuam ego hæud multum quidem, propè est quando  
 Herus ut quod strenuè faciam precium exoluet,  
 Ego hoc exemplo serui, tergo ut in rem esse arbitror.  
 Postquam in tabernam uasa & seruos collocaui, ut iusserat,  
 Ita uenio aduersum, nunc fores pultabo, adesse ut me sciat.  
 Neq; utrum ex hoc saltu damni saluum scio eliciam foràs.  
 Sed metuo, ne serò ueniam depugnato prælio.

SE N E X, M E N A E C H M V S surreptus, L O R A -  
 R I I, M E S S E N I O seruus.

**P**ER ego uobis deos atque homines dico, ut imperium  
 meum

Sapienter habeatis curæ, quæq; imperaui atq; impero,  
 Facite illic homo in medicinam ablatu sublimis fiet,  
 Nisi quidem uos uestra crura, aut latera nihili penditis,

Cave quisquam quod illic minitetur uostrum stocciferit.  
 Quid statis? quid dubitatis? iam sublinem raptum oportuit.  
 Ego ibo ad medicum: praesto ero illic, cum uenietis. ME. óc-  
 cidi. (croz)

Quid hoc est negocij? quid illic homines ad me currunt obse-  
 Quid uultis uos? quid queritatis? quid me circumstititis?  
 Quò rapitis me? quò fertis me? perij. obsecro uestram fidem,  
 Epidamnienses subuenite ciues, quin me mittitis?

MES. Prob di immortales, obsecro, quid ego oculis aspicio meis?  
 Herum meum indignissime, nescio qui, sublinem ferunt.

ME. Ecquis suppetias mihi audet afferre? MES. ego here auda-  
 cissime.

O facinus indignum & malum, Epidamnij ciues, herum  
 Mcum, hic in pacato oppido

Luci deripier in uia, qui liber ad uos uenerit,

Mittitis? ME. nunc obsecro te, quisquis es operam ut des mihi,

Neu sinas in me insignitè fieri tantam iniuriam.

ME. Imò & operam dabo, & defendam & subuenibo sedulo.

Nunquam te patiar perire, me perire est æquius.

Eripe oculum isti ab humero, qui te tenet here, te obsecro.

Hiscè ego iam sementem in ore faciam, pugnosq; obseram.

Maxumo hodie malo hercle uostro istunc fertis, mittite.

ME. Teneo ego huic oculum. MES. face ut oculi locus in capite ap-  
 pareat.

Vos scelesti, uos rapaces, uos praedones. LO. perijmus

Obsecro hercle. MES. mittite ergo. ME. quid me uobis tactio es?

Pecte pugnis. MES. agite, abite, fugite hinc in malam crucem.

Hem tibi etiam, quia postremus cedis, hoc praemij feres.

Nimis autem bene ora commentaui, atq; ex mea sententia.

Edepol here nã tibi suppetias tempore adueni modò.

ME. Et tibi di semper adolescens, quisquis es, faciant bene.

Namq; si absq; te es, hodie nunquã ad solè occasum uiuerẽ.

MES. Ergo edepol si rectè facias, here me emittas manu.



ME. Liberem ego te? MES. ucrum, quandoquidem here te seruau.

ME. quid est? (trem,

Adulescens erras. MES. quid erro? ME. per Iouem adiuro pa-

Me herum tuum non esse. MES. non taces tu? ME. nō mētiōr.

Nec meus seruus unquam tale fecit, quale tu mihi.

MES. Sic sine igitur, si tuum negas me esse, abire liberum.

ME. Mea quidem hercle causa liber esto, atq; ito quō uoles.

MES. Nempe iubes? ME. iubeo hercle, si quid imperij est in te mihi.

MES. Salue mi patrone. SERVVS alius. cū tu liber es Mesenio,

Gaudeo. MES. credo hercle uobis, sed patrone te obsecro,

Ne minus imperes mihi, quā cum tuus seruus fui.

Apud te habitabo, & quando ibis, unā tecum ibo domum.

ME. Minime. MES. nunc ibo in tabernam, uasa & argentum tibi

Referam. rectē est obsignatum in uidulo marsupium,

Cum miatico, id tibi iam nunc afferam. ME. affer strenuē.

MES. Saluum tibi ita ut mihi dedisti, redibo, hic me mane.

ME. Nimia mira mihi quidem hodie exorta sunt multis modis.

Alij me negant cum esse qui sum, atq; excludunt foras.

Etiā hic seruū esse se meum aiebat, quem ego emisi manu,

Is ait se mihi allaturum cum argento marsupium:

Id si attulerit, dicam ut à me abeat liber, quō uolet:

Ne dum quando sanus factus sit, à me argentum petat.

Socer & medicus, me insanire aiebat, quid sit? mirā sunt.

Hæc, nihilo mihi esse uidentur secius, quā insomnia.

Nunc ibo intrō ad hanc meretricē, quanquam succenset mihi.

Si possum exorare, ut pallam reddat, quam referam domum.

M E N A E C H M V S Soticles. MESSE-

NIO seruus.

**M**En' hodie usquam conuenisse te audax audes dicere,  
Postquam aduersum mihi imperaui, ut huc uenires?

MES. quin modō

Eripui, homines, qui te ferebant sublimem, quattuor,

Apud hæc ædeis, tu clamabas, dcūm fidem atq; hominū om-

nium,

H 4

Quum

Quum ego accurro, te q̄ eripio, ui pugnando, ingratis,  
Ob eam rem, quia te seruauui, me amifisti liberum.

Qom argentum dixi me petere, & uasa: tu, quantum potest,  
Præcurristi obuiam, ut quæ fecisti, inficias eas.

ME. Liberum ego te iussi abire? MES. certò. ME. cui certissimū st,  
Mepte potius fieri seruum, quàm te unquam emittam manu.

MENAECHMVS surreptus, MESSENIO,

MENAECHMVS Socraticles.

**S**I uoltis per oculos iurare, nihilo hercle ea caussa magis  
Faciatis, ut ego hodie abstulerim pallam & spinther pes  
simæ.

MES. Prob dii immortales, quid ego uideo? M. so. quid uides? MES.  
speculum tuum.

M. so. Quid negocij est? MES. tua est imago, tam cōsimilis est, quàm  
potest.

M. so. Pol profectò haud est dissimilis, meam quod formam noscito.

M. su. O adulescens salue, qui me seruasti, quis quis es.

MES. Adulescens queso hercle loquere tuum mihi nomen, ni pigeat.

M. su. Non edepol ita promeruisti de me, ut pigeat quæ uelis.

Mihi est Menæchmo nomen. M. so. inò, id est edepol mihi.

M. su. Quid ego ex te audio? M. so. hoc quod res est. MES. noui equi  
dem hunc, herus est meus.

Ego quidem huius seruus sum, sed esse huius me credidi.

Ego hunc censebam esse te, huic etiam exhibui negotium.

Quæso ignoscas, si quid stultè dixi, atq; imprudens tibi.

M. so. Delirare mihi uidere, non commeministi simul

Te hodie mecum exire è nauì? MES. enim uero æquum postu-

Tu mihi herus es, tu seruum quære: salueto tu, tu uale. (las.

Hunc ego esse aio Menæchmum. M. su. at ego me. M. so. quæ

hæc est fabula? (tre.

Tu es Menæchmus? M. su. me esse dico Moscho prognatū pa-

M. so. Tur meo patre es prognatus? M. su. inò equidem adulescens,  
tuum



- Tibi neq; occupare patrem, neq; præripere postulo.
- MES. Dij immortales, spem in speratam date mihi, quam suspicor.  
Nam nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo.  
Nam & patrem & matrem commemorant pariter, qui fuerint sibi.
- Sed uocabo herum. Menæchme? ME. ambo, quid uis? MES non ambos uolo,  
Sed uter uestrum est huc aduectus naui mecum? M. so. non ego.
- M. su. At ego. MES. te uolo igitur, huc concede. M. so. concessi, quid est?
- MES. Illic homo aut sycophanta, aut geminus est frater tuus.  
Nanq; ego hominem homini similiorem nunquã uidi alterum.  
Neq; aqua aquæ, neq; lacte est lacti, crede mihi, usquã similis,  
Quam hic tui est, tuq; huius. postea autem eãdem patriam ac patrem  
Memorat, melius est nos adire, atq; hunc percontarier.
- M. so. Hercle quin tu me admonuisti rectè, & habeo gratiam.  
Perge operam dare obsecro hercle, liber esto, si inuenis.  
Hunc meum fratrem esse spero. MES. et ego idem spero fore.  
Quid ais tu? Menæchmum opinor te uocari dixeras.
- M. su. Ita uerò. MES. huic item Menæchmo nomen est. in Sicilia  
Te Syracusis natum esse dixisti, hic natus est ibi.  
Mofchum tibi patrem fuisse dixti, huic itidem fuit.  
Nunc operam potestis ambo mihi dare, & uobis simul.
- M. su. Promeruisti, ut ne quid ores, quod uelis, quin impetres.  
Tanquam si me emeris argento, liber seruibo tibi.
- MES. Spes mihi est, uos inuenturos fratres germanos duos  
Geminos, una matre natos, & patre uno, uno die.
- M. su. Mira memoras: utinam efficere, quod pollicitus, possies.
- MES. Possim, sed nunc agite, uterque id quod rogabo dicite.
- M. su. Vbi lubet, roga, respondebo: nihil reticebo, quod sciam.
- MES. Est tibi nomen Menæchmus? M. su. fateor. MES. est itidem tibi.

M. so. Est. MES. patrem fuisse Moschum tibi ais? M. su. ita uerò. M. so.  
 & mihi.

MES. Es ne tu Syracusanus? M. su. certò. MES. quid tu? M. so. quippi-

MES. Optimè, usq; adhuc conueniunt signa, porrò operam date. (ni.

Quid longissimè meministi, dic mihi, in patria tua?

M. su. Cum patre ut abij Tarentum ad mercatum, tum postea  
 Inter homines me decurrere à patre, atq; inde auchi.

M. so. Iuppiter supreme, serua me. MES. quid clamas quin taces?

Quot eras annos gnatus, cum te pater à patria auerbit?

M. su. Septuennis, nam tum dentes mihi cadebant primulum.

Neq; patrem unquam post illa ego uidi. MES. quid uostrum  
 patri

Filij quot eratis? M. su. ut nunc maxumè memini, duo.

MES. Vter eratis, tum an ille maior? M. su. æque ambo pares.

MES. Qui potest? M. su. gemini ambo eramus. M. so. dij me seruati  
 uolunt.

MES. Si interpellas, ego tacebo. M. so. potius taceo. MES. dic mihi.

Vno nomine ambo cratis? M. su. minimè. nam mihi hoc erat.

Quod nunc est, Menæchmus. illum tum uocabant Sosiclem.

M. so. Signa agnouit: contineri, quin complectar, non queo.

Mi germane, gemine frater salue, ego sum Sosicles.

M. su. Quomodo igitur post Menæchmo nomen est factum tibi?

M. so. Postquam ad nos renunciatū est, te et patrem esse mortuum,

Auos noster mutauit. quod tibi nomen est, fecit mihi.

M. su. Credo ita esse factum, ut dicis, sed mihi hoc responde. M. so. ro  
 ga.

M. su. Quid erat nomen nostræ matris? M. so. Theusimarce. M. su. con  
 uenit.

O salue in sperate multis annis postquam conspicio,

Frater. M. so. & tu quem ego multis miserisq; laboribus,

Vsq; adhuc quæsiui, quemq; ego esse inuentum gaudeo.

MES. Hoc erat, quod hæc te meretrix huius uocabat nomine.

Hunc censebat te esse, credo, cum uocat te ad prandium.



- M. su. Nanq; edepol hic mihi hodie iussi prandium apparari,  
Clam meam uxorem, cui pallam surripui dudum domo,  
Eam dedi huic. M. so. hanc 'ne dicis frater pallam, quam ego  
habeo?
- M. su. Quomodo hæc ad te peruenit? M. so. meretrix hæc ad prandiū  
Me adduxit, me sibi dedisse aiebat. prandi perbene,  
Potavi atq; accubui scortum, pallam, & aurū hoc mihi dedit.
- M. su. Gaudeo edepol, si quid propter me tibi euenit boni,  
Nanq; illa cum te ad se uocabat, me te esse credidit.
- MES. Nunquid me morare, quin ego liber, ut tu sis, eam?
- M. su. Optimum atq; æquissimum orat frater, fac causa mea.
- M. so. Liber esto. M. su. cum tu es liber, gaudeo Meseenio.
- MES. Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuo ut sis.
- M. so. Quoniam hæc euenerunt frater nobis ex sententia,  
In patriam redeamus ambo. M. su. frater facia, ut tu uoles.  
Auctionem hic faciam, & uendam quicquid est. nunc interim  
Eamus intrò frater. M. so. fiat. MES. scitin' quid ego uos rogo?
- M. su. Quid? MES. mihi ut præconium detis. M. su. dabitur. MES. er-  
go nunc iam  
Vis conclamari auctionem fore quidem? M. su. dic septimi.
- MES. Auctio fiet Menechmi mane sanè septimi.  
Venibunt serui, supellex, fundi, ede is, omnia.  
Venibunt, qui qui licebunt, presenti pecunia.  
Venibit uxor quoq; etiam, si quis emtor uenerit.  
Vix credo tota auctione capiet quinquagesies.  
Nunc spectatores ualete, & nobis clarè plaudite,

FINIS.



Vius argumentum fabulæ uenustum est, & uarietate quadam delectabile, quæ de similitudine nascitur geminorum fratrum. Nam Syracusanus quidam, cum ex sua uxore geminos suscepisset liberos, inter se simillimos, & unum ex his abductum secum ad mercatum amisisset: alter non desistendum putauit, dum requisitum illum inueniret. Venit tandem Epidamnum, quæ Illyriæ urbs Duracium à Romanis appellata fuit, ibi & ab amica & uxore & focero fratris appellatur, quasi ille ipse esset. Tandem post multiplices Iudificationes, & nonnullas turbas, agnoscitur uterq; à seruo: & re palàm facta, seruus libertate donatur. Nomina personarum hæc sunt: Peniculus, à pene, id est, cauda animalium, quarum extrema parte pilosa detergebantur calciamenta & mensæ. *μίναρχμ*, animosus ad hastæ cuspidem, quæ est *αίχμη*, id est bellator. *ἑρώτιον*, meretricium nomen, ab amore. *κύλινδρος*, à uolubilitate coci nomen. Est autem cylindros, termes supra infraq; complanatus. Hanc figuram describit planicies cum lineis æquabilibus, & rectis angulis, circū unum latus ipsius circumacta. *σσοι κλῆς*, ἀπὸ τῆς σωτηρίας καὶ τοῦ κλῆος, id est, à salutarī fama, *μισανθίων*, erit ἀπὸ τοῦ μισανθίου παρώνυμ<sup>ο</sup>, uel ἀπὸ τῆς μισανθίας, sicut *ἀθνήτων*, ἀπὸ τῆς ἀθνήτων. Aliæ personæ sunt *ἀνώνυμοι*. fit autem mentio & pueri De cionis, siue Latina seu Græca forma. Itemq; Theusimarca, nescio cuius significationis dicam. In nostris quidem scribitur Teuxinarcæ, hoc nimirum esset ἀπὸ τοῦ τούξαι καὶ τῆς νάρκης, nisi forte est *θεοσίμαρχ*, *θεοσίμαρχη*.

Argumenti utriusq; & primæ scenæ uersus sunt *ῥίμφοι ἀπὸ τῆς ἰαμβικῆς* iambici.

Id quoq; iam.) Edi curauimus scripturam ueterum librorum: etsi est sententia mihi quidē huius loci obscurior, ut de emendatione quid affirmem, non habeam.

Ni mala.) Sunt ab initio huius scenæ uersus numeris confusi, *ῥίμφοι* *ἑπτάρμφοι* pleriq; & *δίμφοι* ultimus. post quē, ab eo cuius initium, Nunc adeo ut deinceps decurrunt, *τετράρμφοι* *πεντάρμφοι* plurimi.



*Catamitum.*) Ganymedem. Sic enim Latini illum nominarunt, quem poeta finxerunt Iouem in aquilam uersum rapuisse. Homerus, alios deos abstulisse Troi patri, ut uinum ministraret Ioui.

*Te morare.*) id est, tibi moram creas. Per solum, autem penultima breui uetus est, & significat penitus, uel prorsus. ut in *Curcul.* Per solæ nugæ meræ.

*Collegium augurum.*) In ueteribus libris, augurum, non reperitur. ideoq; de hoc uersu quæretur. Sententia tamen sat uidetur bella esse, ut dicat, iam se de illa palla relatum esse uelle ad collegium augurum, diuinaturo parasito.

*Vel mane etiam*) Est huius etiam loci sensus mihi obscurior. Ad id quod Græci γλυνὸ uocant, uidetur allusisse. ut sit mille passum ὄψιν. Sed relinquo hoc in medio. Scriptura quidem ueterum librorum expressa est fideliter.

*Anime mi Men.*) Similiter & hi uersus sunt τὸ πρῶτον ποιεῖται καὶ ἄλλοι φοιτῆται.

*Hodie ut fietet.)* Vel ut in altero, hodie id fiet. pro Ilio autem iocans, id est pro pugnis Iliacis, & Troiæ expugnatione se dicit potare uelle.

*Qui impetrant.)* id est, quibus copia fit mei. & mox, Facere quas uoui uolo. Translatum & hoc de re militari & imperatoria, qui re bene gesta uictimas quas uouerant persoluebant.

*Sit amentorum.)* id est illecebrarum, quibus attrahatur cibus. In altero tamen libro annotatum erat, omētorum, & mox miluinam, uehementem ὄψιν.

*Sportulam cape.)* Similes uersus sunt proximè antecedentum uersuum.

*Nulla est uoluptas.)* Versus huius scenæ sunt ἡμίποιοι καὶ ἀνατάλντοι.

*Bene obsonaui.)* Sunt & hi similiter uersus Iambici Senarij.

*Sine fores sic.)* Versus sunt numeris permistis, ac confusis ἡμίποιοι καὶ ἀνατάλντοι, & μονῆτοι. unus, usq; ad hunc, cuius initium, **Qui cum hæc mulier:** à quo deinceps sunt reliqui τὸ πρῶτον ποιεῖται καὶ ἄλλοι φοιτῆται.

*Iam gratia est.)* In altero libro, Tamen gratia est. quæ est formula

mula negandi, ut in Mostellaria, de cœna facio gratiam.

Iterum Panthia.) De his Siciliae tyrannis nihil habeo comper-  
tum. Sed tyrannicam illa uult enarrare successione. Hiero  
quidē Priscus filius Dinomenis fuit, & alter posterior Hieron  
filius Hieroclis. Sed hæc Plautus, ut alia, ἀνιστόρητος protulit.  
Nos quidē scripturam ueterum librorum exprimendam cu-  
rauimus. alij quid mutarint, ipsi uiderint.

Plus annis.) Similiter & hi uersus sunt τρεῖς μὲν ποὶ κατακλιμένοι πο-  
χαισούτες.

Non adeam.) Si eance legas, decurrent numeri expeditius.

Potin ut quies.) Versus sunt huius scenæ Iambici senarij.

Aequè ac hæres hæream.) In nostris erat, heris: nihil enim lubet  
dissimulare. sed hæc scriptura mihi uidetur uera.

Menæchme.) Versus sunt iambici senarij, & huius & mox se-  
quentis scenæ. audacter autem mutarunt amare, in orare. est  
enim blandientis, ait te amare: sicut in oratione directa, ama-  
bo te.

Veneant.) Locatur, cum referenda essent ex sententia mulier-  
culæ, ipse futurum ait, ut ueneant.

Ego ne hic me patiar.) Scriptura manifesta in libro nostro, &  
uera.

Vt hoc utimur.) Ab initio uersus huius scenæ τρεῖς μὲν ποὶ sunt nu-  
meris confusis κατακλιμένοι, & δέκα μὲν ποὶ tres: usq; ad hunc cuius  
initium, omnibus malefactis. à quo deinceps sunt τρεῖς μὲν ποὶ κα-  
τακλιμένοι ποχαισούτες.

Quis hic me.) Similiter & hi uersus sunt τρεῖς μὲν ποὶ κατακλιμένοι  
ποχαισούτες.

Nimis stultè.) Versus huius scenæ sunt senarij iambici, & sit  
ιστῆρατος turbulenta. Nam hæc fabula motoria est.

Vt atas.) Versus sunt τρεῖς μὲν ποὶ κατακλιμένοι, numeris confusis, δέ-  
κα μὲν ποὶ duo: usq; ad illum, Appellabo hanc, à quo deinceps sunt  
τρεῖς μὲν ποὶ κατακλιμένοι ποχαισούτες. & rursus ultimi tres senarij iam  
bici.

Saluæ ne.) Ita sciscitabantur de fortuna domestica, deest aut  
res: Saluæne res sunt?

Lanam carpere.) In nostris ita planè legitur. Sed Nonius ca-  
rere legit.



Oculos uirere.) Expressa scriptura nostrorum librorum. sed aliqui maluerunt, uirere id est, flecti & distorqueri.

Iamne isti.) Huius & mox sequentis scenæ uersus sunt τριμυθοί ἰαμβικοί ἀκατάλακτοι.

Edēpol.) Versus sūt huius scenæ τετραμυθοί τροχαϊκοὶ κατὰ λακτικούς.

Specctamen.) Versus huius scenæ sunt τριμυθοί numeris confusis κατὰ λακτικούς, unus ἑμιτρῶς ἀκατάλακτος: & ultimi 5. τετραμυθοί τροχαϊσεντες κατὰ λακτικούς.

Per ego uobis.) Et hi uersus τετραμυθοί sūt μετὰ τροχαϊκῆς καταλήξεως.

Mem hic in.) Hic uersus ἑμιτρῶς ἰαμβικός ἀκατάλακτος erit, nisi quid forte detritum est. sententia quidem integra, & scriptura nostrorum librorum expressa est.

Bene ora commentaui.) à mento, ut uidetur, iocans Plautus uerbum hoc fecit.

Saluum tibi.) Redibo uel redibbo, id est reddam. De antiqui aut libri mendosa sanè hoc quoq; loco scriptura, fieri etiam potuisset redhibeo uel redhibebo.

Men hodie.) Versus nunc deinceps ad finem usq; fabulæ huius, quadrati μετὰ καταλήξεως τροχαϊσεντες.

## MILES GLORIOSVS.

### DRAMATIS PERSONAE.

PYRGOPOLINICES	miles
ARTOTROGVVS	parasitus.
PALAESTRIO	seruos.
PERIPLECTOMENES	senex.
SCELEDRVS	seruos
PHILOCOMASIVM	meretrix.
PLEVSIDES	adolescens.
LVCRIO	puer.
MILPHIDIPPA	ancilla.
ACROTELEVTIVM	meretrix.
PVER.	
CARIO	coctus.

ARGV-

M. ACCII PLAVTI  
ARGVMENTVM.

Meretricem Athenis Ephesum miles auerit.

Id hero dum amanti seruus nunciare uult,  
Legatò peregrè captus ipſus in mari,  
Et illi eidem militi dono datus eſt.  
Suum arceſſit herum Athenis, atq; perforat  
Geminis communem clam parietem in adibus  
Licere ut quiret conuenire amantibus.  
Oſculantis cuſtos hos uidit de tegulis.  
Ridiculus autem, quaſi ſit alia, luditur.  
Itemq; impellit militem Paſtrio,  
Omiſſam faciat concubinam, quando ei  
Senis uicini cupiat uxor nubere:  
Vltrò abeat, orat, donat multa. ipſe in domo  
Senis prehenſus, poenas pro mœcho luit.

ALTERVM ARGVMENTVM.

Meretricem ingenuam deperibat mutuò  
Athenienſis iuuenis. Naupactum is domo  
Legatus abiit, miles in eandem incidit.  
Deportat Ephesum inuitam, ſeruos Attici  
Vt nunciaret domino factum, nauigat,  
Capitur, donatur illi captus militi.  
Ad herum ut ueniret Ephesum, ſcribit. aduolat  
Adoleſcens, atq; in proximo diuortitur  
Apud hoſpitum paternum. medium parietem  
Perſodit ſeruus, commeatus clanculum  
Qua foret amantum, geminam fingit mulieris  
Sororem hanc eſſe. mox ei dominus adium  
Suam clientam ſolicitandum ad militem  
Subornat. capitur ille. ſperat nuptias,  
Dimittit concubinam, & mœchus uapulat.

PYRGO-



MIL. GLOR.  
PYRGOPOLINICES. ARTO  
TROGV.S.

507

- C**Vrate ut splendor meo sit clipeo clarior,  
Quam solis radij esse, olim cum sudum st, solent,  
Vt ubi usus ueniat, contra conferta manu,  
Oculorum præstringat aciem in acie hostibus.  
Nam ego hanc machæram mihi consolari uolo,  
Ne lamentetur, né ue animum despondeat,  
Quia se iam pridem feriatam gestitem,  
Quæ misera gestit fratrem facere ex hostibus.  
Sed ubi Artotrogus? AR. hic est, stat propter uirum  
Fortem, atq; fortunatum, & forma regia,  
Tum bellatorem. Mars haud ausit dicere,  
Neq; equiparare suas uirtutes ad tuas.
- PY.** Quem ne ego seruau in campis Gurgustidonijs,  
Vbi Bombomachides Cluinistaridyfarchides  
Erat imperator summus, Neptuni nepos.
- AR.** Memini, nempe illum dicis cum armis aureis,  
Cuius tu legiones difflauisti spiritu.  
Quasi uentus folia, aut peniculum tectorium.
- PY.** Istuc quidem edepol nihil est. AR. nihil hercle quidem hoc,  
Præ ut alia dicam, tu quæ nunquam feceris.  
Periuriorem hoc homine si quis uiderit,  
Aut gloriarum plenior, quam illic est,  
Me sibi habeto, & ego me illi mancipio dabo,  
Ni unum Epityrum edam apud illum esuriens insanè bene.
- PY.** Vbi tu es? AR. eccum edepol, uel elephanto in India  
Quo pacto pugno perfregisti brachium.
- PY.** Quid brachium? AR. illud dicere uolui, semur.
- PY.** At indiligenter hic eram. AR. pol si quidem  
Connixus esses, per corium, per uiscera,  
Perq; os elephanto brachium transmitteres.
- PY.** Nolo istæc hic nunc. AR. ne hercle operæ precium quidem
- I  
Mih

Mihi te enarrare, tuas qui uirtutes sciam.  
 Venter creat omnes has erumnas, auribus  
 Peraudienda sunt ne dentes dentiant.  
 Et assentandum est, quicquid hic mentibitur.

PY. Quid illud quod dico? AR. hem scio iam quid uis dicere.  
 Factū est hercle, memini fieri. PY. quid id ē? AR. quicquid est

PY. Habes tabellas? AR. uis rogare habeo & stilum.

PY. Facetē aduertis animum tuum, ad animum meum.

AR. Nouisse mores me tuos meditare decet,  
 Curamq; adhibere ut praeuolet mihi quō tu uelis.

PY. Ecquid meministi? AR. memini, centum in Cilicia,  
 Et quinquaginta centum Sycolatronidæ  
 Triginta Sardi, sexaginta Macedones,  
 Sunt homines tu quos occidisti uno die.

PY. Quanta istæc hominum summa est? AR. septem milia.

PY. Tantum esse oportet, recte rationem tenes.

AR. At nullos habeo scriptos, sic memini tamen.

PY. Edepol memoria est optima. AR. offa me monet.

PY. Dum talem facies, qualem adhuc assiduo edis,  
 Communicabo te semper mensa mea.

AR. Quid in Cappadocia, ubi tu quinquagintos simul,  
 Ni hebes machera foret, uno ictu occideres.  
 At peditatus reliquæ erant, si uiuerent.  
 Quid tibi ego dicam, quod omnes mortales sciunt,  
 Pyrgopolinice te unum in terra uiuere  
 Virtute & forma & factis inuictissimis.

Amant te omnes mulieres: neq; hercle iniuria,  
 Qui sis tam pulcer: ut uel illæ que here pallio  
 Me reprehendere. PY. quid here dixerunt tibi?

AR. Rogitabant, hiccine Achilles est inquit tibi?  
 Immo eius frater inquam, innuit illarum altera,  
 Ergo mecastor pulcer est inquit mihi,  
 Et liberalis uisus, cesaries quam deceet.



Ne ille sunt fortunatae, quae cum isto cubant.

PY. Ita ne aiebat tandem? AR. quae me ambae obsecrauerint,

Vt te hodie quae si pompam illac praeterducerem.

PY. Nimia est miseria pulchrum esse hominem nimis.

AR. Molestae sunt mihi, orant, ambiunt, obsecrant

Vt dere, ut liceat ad sese accersi iubent,

Vt tuo non liceat operam dare negotio

PY. Videtur tempus esse, ut eamus ad forum,

Vt in tabellis, quos consignavi hic heri

Latrones, ibus dinumerem stipendium.

Nam rex Selucus me opere orauit maximo,

Vt sibi latrones cogere, et conscriberem,

Regi hunc diem mihi operam decretum est dare.

AR. Age eamus ergo. PY. sequimini satellites.

## PALAESTRIO,

**M**ihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas,  
Si ad auscultandum uostra erit benignitas.

Qui autem auscultare nolit, exurgat foras,

Vt sit ubi sedeat ille, qui auscultare uolt.

Nunc qua asseditis causa in festiuo loco,

Comediae, quam nos modo acturi sumus,

Et argumentum, et nomen uobis eloquar.

Alazon graece huic nomen est comediae,

Id nos latine gloriosum dicimus.

Hoc oppidum Ephesum est, idem est miles meus herus,

Qui hinc ad forum abiit, gloriosus, impudens,

Stercoreus, plenus periurij atque adulterij.

Ait sese ultrò omnes mulieres sectarier,

Is dericulum est quaque incedit omnibus.

Itaque hic meretrices labijs dum ductant cum,

Maiorem partem uideas ualgis suauis.

Nam ego haud diu apud hunc seruitutem seruiò,

Id uolo uos scire, quomodo ad hunc deuenerim

In seruitutem, ab eo cui seruiui prius.  
 Date operam, nam nunc argumentum exordiar.  
 Erat herus Athenis mihi adolescens optumus.  
 Is amabat meretricem æquæ Athenis Atticis,  
 Et illa illum contrâ, qui est amor cultu optimus.  
 Is publicè legatus Naupactum fuit.  
 Magna reipublicæ namq; hic in gratia est.  
 Interim ut hic miles fortè Athenas aduenit,  
 Insinuat sese ad illam amicam heri mei,  
 Occœpit eius matri suppalparier,  
 Vino, ornamentis, opiparisq; obsonijs.  
 Itaq; intimum ibi se miles apud lenam facit,  
 Vbi primùm euenit militi huic occasio,  
 Subleuit os illæ lenæ & matri mulieris,  
 Quam herus meus amabat. nam is illius filiam  
 Conijcit in nauem miles clam matrem suam.  
 Eamq; inuitam huc mulierem in Ephesum aduehit,  
 Ego quantum citius possum, mihi nauem paro,  
 Vbi amicam herilem Athenis auctam scio.  
 Inscendo, ut eam rem Naupactum ad herum nunciem.  
 Vbi sumus proiecti in altum, id quod uolunt,  
 Capiunt prædones nauem illam, ubi uectus fui.  
 Prius perij, quàm ad herum ueni, quò ire occœperam.  
 Ille me qui cepit, dat me huic dono militi,  
 Hic postquam in ædis me ad se deduxit domum,  
 Video illam amicam herilem Athenis quæ fuit.  
 Vbi contrâ aspexit me, oculis mihi signum dedit,  
 Ne se appellarem: inde, postquam occasio est,  
 Conqueritur mecum mulier fortunas suas.  
 Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu,  
 Sese illum amare meum herum, Athenis quæ fuit.  
 Neq; peius quenquam odisse, quàm istum militem.  
 Ego, quoniam inspexi mulieris sententiam,



Cœpi tabellas, consignauī clanculum,  
 Dedi mercatori, qui ad illum deferat  
 Meum herum, qui Athenis fuerat, qui hanc amauerat,  
 Ut is huc ueniret. is non spreuit nuncium.  
 Nam & uenit, & is in proximo hic diuertitur  
 Apud suum paternum hospitem, lepidum senem,  
 Itaq; ille amanti suo hospiti morem gerit.  
 Nosq; opera consilioq; adhortatur, iuuat.  
 Itaq; ego parauī hic intus magnas machinas,  
 Qui amantes unā inter se facerem conuenas.  
 Nam unum conclauē concubinæ quod dedit  
 Miles, quō nemo nisi ea se inferret pedem,  
 In eo conclauī ego perfodi parietem,  
 Qua commeatu clām esset hinc huic mulieri.  
 Et sene sciēte hoc feci, is consiliū dedit.  
 Nam meus conseruus est homo haud magni precij,  
 Quem concubinæ miles custodem addidit,  
 Ei nos facētis fabricis, & doctis dolis  
 Glaucomam ob oculos obijciemus, eumq; ita  
 Faciemus, ut quod uiderit, non uiderit.  
 Et mox ne erretis, hæc duarum hodie uicem  
 Et hic, & illinc mulier feret imaginem,  
 Atq; eadem erit. uerū alia esse assimilabitur,  
 Ita sublinitum est os custodi mulieris.  
 Sed foris concrepuit hinc à uicino sene.  
 Ipse exit: hic ille est lepidus, quem dixi, senex,  
 PERIPLECTOMENES. PALAESTRIO.

**N**isi hercle defregeritis talos, posthac quæque in tegulis  
 Videritis alienum, ego uestra faciam latera lorea.  
 Mihi quidem iam arbitri uicini sunt, meæ quid fiat domi.  
 Ita per impluuium intrō spectant. nunc adeo edico omnibus,  
 Quæq; à milite hoc uideritis hominem in nostris tegulis,  
 Extra unum Palaestriōnem, hunc deturbatote in uia.

- Quod ille gallinam aut columbam se sectari aut simiam  
 Dicat, disperistis ni usq; ad mortem male multa sitis.  
 Atq; adeo, ut ne legi fraudem faciam talaria,  
 Accurato te, ut sine talis domi agitent conuiuium.
- PA. Nescio quid male factū à nostra huic familia ē, quantū audio.  
 Ita hic senex talos elidi iussit conseruis meis,  
 Sed me excepit. nihil facio quid illis faciat ceteris.  
 Aggrediar hominem: est ne aduersum? est quasi \* (dū foret,  
 Quid agis Periplectomene? PE. haud multos homines si optā  
 Nunc uidere & conuenire quā te maucellem. PA. quid est?  
 Quid negocij est? PE. res palām est. PA. quae res palām ē? PE.  
 Modō nescio quis in spectauit uestrorū familiarū (de tegulis.  
 Per nostrū impluuiū intus apud nos Philocomasium atq; hospitē,  
 Osculantis. PA. quis homo uidit? PE. tuus cōseruus ē. PA. q̄s
- PE. Nescio, ita abripuit repētē sese subitō. PA. suspicor (is homo est  
 Me perijisse. PE. ubi abiit, cōclamo, heus quid agis tu inquam  
 Ille mihi abiens ita respondit, se sectari simiam. (in tegulis?
- PA. Vae mihi misero, cui pereundum est. propter nihili bestiam.  
 Sed Philocomasium hiccine etiā nūc est? PE. cū exhibā, hic erat.
- PA. Sis iube transire huc, quantum possit, se ut uideant domi  
 Familiarest nisi quidem illa nos uult, qui serui sumus,  
 Propter amorem suum omnis crucibus contubernalis dari.
- PE. Dixi ego istuc, nisi quid aliud uis. PA. uolo, hoc dicito,  
 Paret artē & disciplinā, obtineat colorem. PE. quē admodū?
- PA. Ut eum qui hic se uidit, uero uincat, ut ne uiderit,  
 Siquidem centies hic uisa sit, tamen inficias eat.  
 Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atq; audaciam,  
 Confidentiam, confirmatam, fraudulentiam,  
 Qui arguet se eum contrā uincat tui iurando suo.  
 Domi habet animū falsiloquum, falsificum falsiurium,  
 Domi dolos, domi delensifica facta, domi fallacias.  
 Nam mulier olitori nunquam supplicat. si qua est mala,  
 Domi habet hortū, & condimēta ad omnes mores maleficos.



- PE. Ego istæc, si erit hic, nunciabo, sed quid est Palæstrio.  
 Quod uoluis a stutè tecum in corde? PA. paulisper tace,  
 Dum ego mihi consilia in animum conuoco, & dum consulo  
 Quid agam, quem dolum doloso contrà conseruo parem,  
 Qui illam hic uidit osculantem, id uisum, ut ne uisum fiet.
- PE. Quære, ego hinc abscessero abs te te huc interim, illic sis uide  
 Quemadmodum abstinit se uera fronte, curas cogitans.  
 Pectus digitis pultat, cor credo euocaturus est foras.  
 Ecce autem auortit nisus læua, in scemine habet læuam manū.  
 Dexteræ digitis rationem computat, feriens femur  
 Dexterum, ita uehementer quod acta ægrè suppetit,  
 Concrepuit digitis, laborat, crebrò commutat status.  
 Eccere autem capite nutat, non placet quod repperit,  
 Quicquid est incoctum, non exprimit, bene coctum dabit.  
 Ecce autem edificat, columnam mento suffulsit suo.  
 Apage, non placet profectò mihi illa edificatio.  
 Nam os columnatum poetæ inesse audiui barbaro,  
 Cui bini custodes semper totis horis accubant.  
 Euge euge Euscheme me hercle astitit, & dulcè & comœdicè,  
 Nunquam hodie quiescet, priusquã id quod petit perfererit,  
 Habet opinor, age si quid agis, uigila, ne somno stude,  
 Nisi quidem hic agitari mauius uariius uirgis, ni uigilas.  
 Tibi ego dico, aneuritatus ne sis, heus te alloquor Palæstrio,  
 Vigila inquã, expergiscere inquã, lucet hoc inquã. PA. audio.
- PE. Viden hostis tibi adesse: tuoq; tergo obsidium? consule,  
 Arripe opè, auxiliūq; ad hanc rē properè, hoc non placidè de-  
 Anteuenito aliqua alios, aut tu circumduce exercitum. (cct.  
 Curre in obsidium perduellis, nostris præsidium para,  
 Intercludito inimicis commeatum, tibi muni uiam,  
 Qua cibatus cōmeatusq; ad te, & legiones tuas  
 Tutò possit peruenire. hanc rem age, res subitaria est.  
 Reperi, comminiscere, cedò calidum consilium citò,  
 Quæ hic sunt uisa, ut uisa ne sint, facta in secula uti sient.

- Magnum illic honorem incipis, sed magna munis moenia.  
 Tute unus si recipere hoc ad te dicis, confidentia est  
 Nos inimicos profligare posse. PA. dico & recipio (piter  
 Ad me. PE. et ego imperatorē dico. id quod petis. PA. at te lup  
 Bene amet. PE. at imperti amice me quod cōmentus. PA. ta-  
 Dū in regionē astutiarum mearum te induco. ut scias (cc.  
 Iuxta mecum mea consilia. PE. salua sumes indidem.
- PA Herus meus elephanti corio circumtectus est, non suo:  
 Neq; habet plus sapientiæ, quàm lapis. PE. ego mot istuc scio.
- PA. Nunc sic rationem incipissam, ita hanc instituam astutiam,  
 Vt Philocomasio hanc sororem geminam germanā alteram  
 Dicam Athenis aduenisse, cum amatore aliquo suo,  
 Tam similē, quàm lacte lacti est, & apud te eos hic diuortier  
 Dicam hospitio. PE. euge euge lepidē, laudo cōmentum tuū.
- PA. Vt si illic concriminatus sit aduersum militem  
 Hic meus conseruus, eam uidisse cum alieno oscularier,  
 Eū arguam uidisse apud te contrā conseruum meū, (optimē.  
 Cū suo amatore amplexantem atq; osculantem. PE immò ita  
 Idem ego dicam, si me exquiret miles. PA. sed simillimas  
 Dicitō esse, & Philocomasio id præcipiendum est ut sciat,  
 Ne titubet, si quæret ex ea miles. PE. nimis doctum dolum.  
 Sed si ambas uidere in uno miles concilio uolet,  
 Quid agimus? PA. facile est, trecentæ possunt caussæ colligi:  
 Non domi est. abiit ambulatum, dormit, ornatur, lauat,  
 Prandet, potat, occupata sit. operæ non est, non potest,  
 Quantum uis prolationum, dum modò nunc prima uia  
 Inducamus, uera ut esse credat quæ mentibitur.
- PE. Placet ut dicis. PA. intrò abi ergo, & si istic est mulier, iube  
 Citò domum transire, atq; hæc ei monstra, præcipe,  
 Vt teneat consilia nostra, quemadmodum exorsus sumus  
 De gemina sorore. PE. doctè tibi illā perdoctā dabo. (domū  
 Nūqd aliud? PA. intrò ut abeas. PE. abeo. PA. et quidē ego ibo.  
 At quem hominē inuestigādo sumā operā, hinc dissimulauero.



Qui fuerit conseruus, qui hodie fuerit sectatus simiam.  
 Nam ille non potuit, quin sermone suo aliquem familiarium  
 Participauerit de amica heri, uidiſſe ſeſe eam  
 Hic in proximo oſculantem cum alieno adoleſcentulo.  
 Noui morem ego, & tacere noſtrorum ſolus ſcio.  
 Si inuenio qui uidit, ad eum uineas, pluteoſq; agam.  
 Res parata eſt, ui, pugnandoq; hominem capere certa res eſt.  
 Si ita non reperio, ibo odorans quaſi canis uenaticus,  
 Vſq; donec perſecutus uolpem ero ueſtigijs.  
 Sed fores concepuerunt noſtra. ego uoce moderabo me.  
 Nā illic eſt Philocomasio cuſtos meus conſeruus, atq; it foras.

## SCELEDREVS. PALAESTRIO.

**N** iſi quidem ego hodie ambulauit dormiens in tegulis,  
 Certo edepol ſcio me uidiſſe hic proximam uiciniam  
 Philocomasium herilem amicam ſibi alium querere.

- PA. Hic illam uidit oſculantem, quantum hunc audiui loqui. (Palaestrio  
 SC. Quis hic eſt? PA. tuus conſeruus. quid agis Sceledre? SC. te  
 Voluptate conueniſſe. PA. quid iam? aut quid negocij, fac ſciam.  
 SC. Metuo. PA. quid metuis? SC. ne hercle hodie quam hic familia  
 Maximam in malum, cruciatumq; inſiliamus. PA. tu ſaliſtium eſt,  
 Solus. nam ego iſtam inſulturam et deſulturam nihil hic moror.  
 SC. Ne ſcis tu fortiaſſe, apud nos facinus eſt quod natum hic nouum?  
 PA. Quod id eſt facinus? SC. impudicum. PA. tute ſcis ſoli tibi,  
 Mihi ne dixiſſe, ſcire nolo. SC. non faciam enim quin ſcias.  
 Simiam hodie ſum ſectatus noſtram in horum tegulis.  
 PA. Edepol Sceledre homo ſectatus nihili nequam beſtiam.  
 SC. Dij te perdant. PA. te iſtuc æquum. quonia occipiſti eloqui.  
 SC. Forte fortuna per impluuium huc deſpexi proximum,  
 Atq; ego illa aſpicio, oſculantem Philocomasium cum altero, (dico?  
 Nescio quo adoleſcente. PA. quod ego Sceledre ſcelus ex te au  
 SC. Profecto uidi. PA. tuten? SC. egomet duobus hiſ oculis meis.  
 PA. Abi, non uerifiſimile dicis, neq; uidiſti. SC. num tibi  
 Lippus uideor? PA. medicum iſtuc tibi melius percontarier.

- Verum enim tu ista, si te dii ament, temere haud tollas fabula.  
 Tuis nunc cruribus, capitiq; fraudem capitalem hinc creas.  
 Nam tibi iam ut pereas, paratum est dupliciter, nisi suppressis  
 Tuum stultiloquium. SC. qui uero dupliciter. PA. id dicam tibi.  
 Primum dum si falso insimulas Philocomasium, hoc perieris.  
 Iterum si id uerum est, tu ei custos additus, perieris.
- SC. Quid suat me nescio, haec me uidisse ego certo scio.
- PA. Pergin' infelix? SC. quid tibi uis dicam, nisi quod uiderim?  
 Quinctiam nunc hic in proximo est. PA. ehò an non domi est?
- SC. Vise, abi intrò tute. nam ego mihi nihil credi postulo.
- PA. Certum est facere id. SC. hic te operiar, eadem illi insidias dabo,  
 Quam mox horsum ad stabulum iunx recipiat se è pabulo.  
 Quid ego nunc faciam, custodem me illi milles tradidit.  
 Nunc si indicium facio, interij: staceo, interij tamen,  
 Si hoc palam fuerit, quid peius muliere atq; audacius?  
 Dum ego in tegulis sum, illac haec se hospitio edit foras.  
 Edepol facinus fecit audax. hoc cene si miles sciat,  
 Credo hercle has sustollat aedes totas, atq; hinc in cruce.  
 Hercle quicquid est, muscitabo potius, quam inteream male.  
 Non ego possum, quae ipsa sese uenditat, tutarier. (daciòr.)
- PA. Sceledre Sceledre. SC. quis homo interminat? PA. est alter au  
 quis magis dijs inimicis natus, q̄ tu, atq; iratis? SC. quid est?
- PA. Iuben tibi oculos effodiri, quibus id quod nusquam est, uidere
- SC. Quid nusquam? PA. non ego nunc emam uitam tuam uiciosa nuce.
- SC. Quid negocij est? PA. quid negocij sit rogas? SC. cur non rogas?
- PA. Non ne tibi istam prae truncari linguam largiloquam iubes?
- SC. Quomobrem iubeam. PA. Philocomasium eccam domi, quam in proximo  
 Vidisse aiebas te osculantem atq; amplexantem cum altero.
- SC. Mirum est lolio uiscitare te tam uili tritico.
- PA. Quid iam? SC. quia luscitiosus. PA. uerbero. edepol tu quidem  
 Cecus non luscitiosus. nam illam eccam quidem domi.
- SC. Quid? domi? PA. domi hercle uero. SC. abi, ludis me Palestrio.
- PA. Tam mihi sunt manus in quinatæ? SC. qui dū. PA. quae ludo luto.
- SC. Vae capiti tuo. PA. tuo istuc Sceledre promitto fore,



Nisi oculos, orationemq; aliam commutas tibi.

Sed fores concreperunt nostræ. S C. at ego illas obseruo fores.

Nā nihil est, qua hinc huc trāsire ea possit, nisi recto ostio.

PA. Quin domi eccam, nescio quæ te Sceledre scelera suscitant.

SC. Mihi ego uideo, mihi ego sapio, mihi ego credo plurimum,

Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in his ædibus.

Hic obsistam, ne imprudenti huc ea se surrepsit mihi.

PA. Meus illic homo est, deturbabo iam ego illum de pugnaculis.

Vin' iam faciam ut stultiuidum te fatearis? S C. age face.

PA. Neq; te quicquam sapere corde, neq; oculis uti? S C. uolo.

PA. Nempe tu istic ais esse herilem concubinam? S C. atq; arguo

Eam me uid. sse osculantem hic intus cum alieno uiro.

PA. Scin tu nullum cōmeatam hinc esse etiam à nobis? S C. scio

Neq; solarium, neq; hortum, nisi per impluuium scio.

PA. Quid nūc si ea domi est, si faciā ut eā hinc exire uideas domo,

Dignus es uerberibus multis? S C. dignus. PA. serua istas fores,

Ne tibi clam se subterducat istinc, atq; huc trāsseat. (in uia.)

SC. Consiliū est ita facere. PA. pedes ego iā illam huc tibi sistam

SC. Agedum ergo face. uolo scire utrū ego, id quod uidi, uiderim?

An illic faciat, quod facturum dicit ut ea sit domi.

Nam ego quidem meos oculos habeo, nec rogo utendos foris.

Sed hic tibi supparasitatur semper, hic ei proximus est,

Primus ad cibum uocatur, primo pulmentum datur.

Nam illic noster est fortasse circiter triennium.

Neq; cuiquam, quā illi nostra melius famulo familia. (stium.)

Sed ego hoc quod ago, id me agere oportet hoc obseruare o-

Hac obsistam, sic quidem pol uerba mihi nunquam dabunt.

PALÆSTRIO. PHILO. SCELEDRVS.

PA. P Ræcepta facito ut memineris. PH. toties monere mirū ē.

At metuo, ut satis sis subdola. PH. cedo uel doctas doce-

Memini malas, ut sint mala, mihi pol è quo superfit. (bo,

PA. Age iam nunc insiste in dolos, ego abs te procul recedam,

Quid astas tu Sceledre? SC. hęc rē gero, habeo auris, loquere

quid uis.

Credo

PA. Credo ego, istoc exemplo tibi esse eundem actum extra portam,  
Dissepis manibus patibulum cum habebis. SCE. quam nam ob rem?

PA. Respice dum ad laevam, quis ille est mulier? SC. pro dii immortales

Heri concubina est haec quidem. PA. mihi quoque; pol ita videtur.  
Age nunc iam quando lubet. SC. quid agam? PA. peri peri properem.

PH. Vbi iste bonus servus, qui propudij me maximam innocentem  
Falsum insinulavit. PA. hem tibi, hic mihi id dixit. PH. tibi  
quos dixit

Tuter vidisse in proximo hic, scelestum me osculantem?

PA. Atque cum alieno adolescentulo dixit. SCE. dixi hercle verum.

PH. Tum me vidisti? SCE. atque his oculis quidem. PH. carebis credo  
Qui plus videt, quam quod videt. SCE. nunquam hercle deterrebore,  
Quin uiderim id quod uiderim. PH. ego stulta atque mora mul  
Quae cum hoc insano fabule, quae pol ego capitis perdam. (tum,

SCE. Noli mimitari, scio crucem futuram mihi sepulchrum.

Ibi mei maiores sunt siti, pater, auus, proauus, abauus.

Non possunt mihi minacijs tuis hisce oculi fodiri.

Sed paucis uerbis te uolo Palaestrio, obsecro unde

Hae exit huc? PA. unde, nisi domo. SCE. domo? PA. me uident  
te. SCE. uideo.

Nisi mirum est facinus, quomodo haec hinc potuerit transire:  
Nam certe neque solarium hic apud nos est, neque hortus ullus,  
Neque fenestra, nisi clatrata, nam certo ego te hic intus uidi.

PA. Pergin' scelestum intendere. atque haec arguere? PH. ecastor ergo  
Mibi haud falsum evenit somnium, quod noctu haec somniaui.

PA. Quid somniauisti? PH. ego eloquar, sed amabo aduortito ani  
Hac nocte in somnis mea soror gemina germana uisa (munt.  
Venisse Athenis in Ephesum cum suo amatore quodam,  
Hi ambo hospitio huc in proximum mihi diuortii sunt uisi.

SCE. Palaestriani somnium narratur. PA. perge porro.

PH. Ego leta uisa, quia soror uenisset, propter eandem  
Suspicionem maximam sum uisa sustinere.



Nam arguere in somnis me familiaris meus mihi uisus  
 Me cum alieno adolescentulo, quasi nunc, esse osculatam,  
 Cum illa osculata mea soror gemina suum esset amicum,  
 Ita me in simulatam perperam falsum esse somniaui.

PA. Satin' eadem uigilanti expetunt, quæ in somnis uisa memoras.  
 Heus hercle quam præsentia omnia? abi intro, & cõprecare.  
 Narrandum ego istuc nulli censebo. PH. facere certum.  
 Neq; me quidem patiar probri falso impune in simulatam.

SCE. Timeo quid rerum gesserim hic, ita dorsus totus prurit.

PA. Scin' te perijisse nunc quidem domi certò? SCE. certa res est,  
 Nunc nostrum obseruare ostium uoluisse. PA. at Sceledre quæso  
 Ut ad id exemplum somnium quam simile somniauit,  
 Atq; ut tu suspicatus es eam uidisse te osculantem.

SCE. Me eam non uidisse arbitraris? PA. næ tu hercle obsecro opinor,  
 Respice, si ad herum hæc res peruenerit, peribis pulchre.

SCE. Nunc demum experior, prius ob oculos mihi caliginem obtigisse.

PA. Dudum edepol hoc planum quidem, quæ hic usq; fuerit intus.

SCE. Nihil habeo certi quid eloquar: non uidi eam, & si uidi.

PA. Næ tu edepol stultitia tua nos pœnè perdidisti.  
 Dum te fidelem facere hero uoluisti, absumentus es pœnè.  
 Sed fores uicini proximi crepuerunt, conticescam.

PHILOCO. PALAES. SCELEDRVS.

**I**nde ignem in aram, ut Ephesie Dianæ laudes latas  
 Gratesq; agam, eiq; ut Arabico sumificem odore amoniè,  
 Quæ me in locis Neptunijs templisq; turbulentis,  
 Seruauit seuis fluctibus, ubi sum afflictata multum.

SCE. Palestrio ô Palestrio. PA. ô Sceledre Sceledre quid uis?

SCE. Hæc mulier quæ hinc exit modò, est ne herilis concubina  
 Philocomasium? an non est ea? PA. hercle opinor, ea uidetur.  
 Sed facinus mirum est, quomodo hæc hinc nunc potuerit  
 transire,

(tur.

Siquidem ea est. SCE. an dubium tibi est eam esse hæc? PA. ea uide

A deamus, appellemus. SCE. heus quid istuc est Philocomasium,

Quid

- Quid tibi istic hisce in ædibus debetur? quid negocij est?  
 Quid nūc taces? tecum loquor. PA. imò edepol nūc tute tecū,  
 Nā hæc nihil respondet. SC. te alloquor uicij, probriq; plena,  
 Quæ circum uicinos uagas. PH. qui cum tu fabulare?
- SC. Qui cū nisi tecū? P. quis tu homo es, aut mecū quid negocij est?  
 SC. Merè rogas, hē qui sim? P. quin ego hoc rogem quod nesciam.  
 PA. Quis ego sum igitur, si tu hūc ignoras. P. mihi odiosus q; quis es.  
 Et tu & hic. S. non nos nouisti? PH. neutrū. S. metuo maximē.
- PA. Quid metuis? SC. enim ne nosmet perdidderimus uspiam.  
 Nam neq; te, neq; me nouisse ait. PA. perscrutari hic uolo  
 Sceledre, nos nostri an alieni simus, ne dum quispiam  
 Nos uicinorum imprudentis aliquis immutauerit. (lū.)
- SC. Certē equidē noster sum. PA. & pol ego. quaris tu mulier ma  
 Tibi dico, heus Philocomasium. PH. quæ te intemperia tenent,  
 Qui me perperam perplexo nomine appelles. PA. ehō,  
 Quis igitur uocare? PH. Glycerē nomen est? SC. Iniuria est.  
 Falsum nomen possidere Philocomasium postulas.  
 At istuc non decet, & meo adeo hero facis iniuriam. (speri)
- PH. Egō ne? PA. tute. PH. quæ heri Athenis Ephesum adueni ue  
 Cum meo amatore adolescente Atheniensi. PA. dic mihi,  
 Quid hic tibi in Epheso est negocij? PH. geminā germanā me  
 Hic sororē inaudiui esse, eā ueni quæ sitū. PA. mala es. (am.)
- PH. Immo ecastor stulta multum, quæ uobiscum fabuler,  
 Abeo. SC. abire non sinam te. PH. mitte. SC. manifestaria  
 Res est, nō omitto. PH. at iam crepabunt manu male tibi  
 Nisi me mittis. SC. quid malū astas, quin retines altrinsecus?
- PA. Nihil moror negotiosum mihi esse tergum, qui scio  
 An ista non sit Philocomasium, atq; eius alia similis?
- PH. Mittis me, an non mittis? SC. Immo uī atq; inuitam ingratis,  
 Nisi uoluntate ibis, rapiam te domum. PH. ostium hoc mihi  
 Domicilium est, Athenis domus ac herus, ego istam domum  
 Neq; moror, neq; uos qui homines sitis noui, neq; scio.
- SC. Lege agito, te nusquam mittam, nisi das firmatam fidem,  
 Te hac, si omiserō, intrō ituram. PH. uī me cogis, quisquis es,



Do fidem si omittis, istoc me intrò ituram, quò iubes.

- SC. Ecce omitto. PH. at ego abeo missa. SC. muliebri fecisti fide.  
 PA. Sceledre manibus amisisti præadam. SC. tam ea est, quàm potis  
 Nostra herilis concubina. uin' tu hoc facere strenuè? (es ea?  
 PA. Quid faciã? SC. affer mihi macherã huc intus. PA. quid faci  
 SC. Introrumpam rectã in ædes, queng; hic intus uidero  
 Cum Philocomasio osculantẽ, eum ego obruncabo extẽ pulò.  
 PA. Visa'ne ea ẽ esse? SC. imò edepol planè ea ẽ. PA. sed quomodo  
 Disimulabat? SC. abi macherã huc effer. PA. iã saxo hic erit.  
 Neq; eques neq; pedes profectò quisquam tanta audacia,  
 Qui æquè faciat confidenter quicquam, quàm quæ mulieres  
 Faciunt, ut utrobig; orationem doctè edidit, \*  
 Ut sublinitur os custodi, cauto conseruo meo.

Nimis beat, quod commeatus transtinet iam parietem. (est?

- SC. Heus Palæstrio machera nihil opus. P. quid iã, aut quid opus  
 SC. Domi eccã herilem concubinã. PA. quid domi? SC. in lecto cu  
 PA. Edepol nã tu tibi malam rem repperisti ut prædicas. (bat.  
 SC. Quid iã? PA. quia hanc attingere ausus mulierẽ hic in proxi-  
 SC. Magis hercle metuo, sed nũquã quisquã faciet, quin soror (mo.  
 Ista sit germana huius. PA. eam pol tu hic osculantem uideras.  
 Et quidem palãm est eam esse ut dicis. SC. quid propius fuit  
 Quàm ut perirem, si locutus fuissẽ hero. PA. ergo si sapiis,  
 Musitabis. plus oportet scire seruum, quàm loqui.  
 Ego abeo à te. ne quid tecum consilij commisceam.  
 Atq; apud hunc uicinum. tuã mihi turbã non placent.  
 Herus si ueniet, si me quærit, hic ero, hinc me accersito.

## SCELEDRVS. PERIPLECTO.

S Atin abijt ille, neq; herile negocium  
 Plus curat, quàm si non seruitutem seruiat.  
 Certò quidem illa hic nostra intus est in ædibus.  
 Nam ego cubantem eam modò offendi domi.  
 Certum est nunc obseruationi operam dare.  
 Non hercle hisce homines me marem, sed foeminam

Vicinã

- Vicini rentur esse serui militis.  
 Ita me ludificant, meamq; hic in uia hospitam,  
 Quae heri huc Athenis cum hospite aduenit meo,  
 Tractant & ludificant ingenuam & liberam.
- SC. Perij hercle, hic ad me recta habet rectam uiam.  
 Metuo, illaec mihi res ne magno malo suat.  
 Quantum hunc audiui facere uerborum senem.
- PE. Accedam ad hominem. tun' Sceledre hic scelerum caput,  
 Meam ludificasti hospitam ante aedis modò?
- SC. Vicine ausculta quaeso. PE. ego auscultem tibi?
- SC. Expurgare uolo me. PE. tun te expurges mihi?  
 Qui facinus tantum, tamq; indignum feceris?  
 An quia latrocinamini, arbitramini  
 Quiduis licere facere uobis, uerbero?
- SC. Licet ne? PE. at ita me di deaq; omnes ament,  
 Nisi mihi supplicium uirgarum de te datur  
 Longum diutinumq;, à mane ad uesperum,  
 Quòd me as confregisti imbrices & tegulas,  
 Ibi dum condignam te sectaris simiam,  
 Quodq; inde inspectauisti meum apud me hospitem  
 Amplexum amicam cum osculabatur suam,  
 Quodq; concubinam herilem in simulare ausus es  
 Probri, pudicam, meq; summi flagitij,  
 Tum quòd tractauisti hospitam ante aedes meas,  
 Nisi tibi supplicium stimuleum datur,  
 Dedecoris pleniorum herum faciam tuum,  
 Quàm magno uento plenum est undarum mare.
- SC. Ita sum coactus, Periplectomene, ut nesciam  
 Vtrum me postulare prius tecum æquom fiet,  
 Nisi istaec non est haec, neq; ista sit mihi.  
 An me expurgare hic tibi uideatur æquius,  
 Sicut etiam nunc nescio quid uiderim.  
 Ita est istaec huius similis nostrae tua,

Siquidem



Siquidem non eadem est. PE. uiso ad me intrò, iam scies.

SC. Licet ne? PE. inquire iubeo, & placidè noscitur.

SC. Ita facere certum est. PE. heus Philocomasium, citò

Transcurre curriculo ad nos, ita negocium est.

Pòst quando exierit Sceledrus à nobis, citò

Transcurrito ad uos rursus curriculo domum.

Nunc pol ego metuo, ne quid infuscauerit,

Si hic non uidebit mulierem, aperitur dolus.

SC. Prò di immortales, similiorem mulierem,

Magis q; eandem, utpote quæ non sit eadem, non reor

Deos facere posse. PE. quid nunc? SC. commerui malum.

PE. Quid igitur, eam est? SC. et si ea est, non est ea.

PE. Vidistin istam? SC. uidi, & illam & hospitem

Complexam atq; osculantem. PE. eam ergo est? SC. nescio.

PE. Vin' scire planè? SC. cupio. PE. abi intrò ad uos domum

Continuò, uide sit ne ista hæc uostræ intus domi.

SC. Licet, pulcrè admonuisti, iam ego ad te exibo foràs.

PE. Nunquam edepol hominem quenquam ludificariet

Magis facete uidi, & magis miris modis:

Sed eccum egreditur. SC. Periplestomene te obsecro

Per deos atq; homines, per q; stultitiam meam,

Per q; tua genua. PE. quid obsecras me? SC. inscitie

Meæ & stultitiæ ignoscas: nunc demum scio

Me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem.

Nam Philocomasium eccam intus. PE. quid nunc furcifer,

Vidistin ambas? SC. uidi. PE. herum exhibe as uolo.

SC. Meruisse equidem me maximum fateor malum,

Et tuæ fecisse me hospitæ aio iniuriam.

Sed meam esse herilem concubinam censui,

Cui me custodem herus addidit miles meus.

Nam è summo puteo similior nunquam potest

Aqua aquæ sumi, quàm hæc est, atq; ista hospita.

Et me despexit ad te per impluuium tuum

- Fateor. PE. quid ni fateare. ego quod uiderim?
- SC. Sed Philocomasium me uidisse censui.
- PE. Ratius ne me sic hominem esse omnium minimi precij,  
Si ego me sciente paterer uicino meo  
Eam fieri apud me tam insignitè iniuriam?
- SC. Nunc demum me inspicientem factum esse arbitror,  
Cum rem cognosco: at non maliciosè tamen  
Feci. PE. immò indignè: namq; hominem seruum suos  
Domitos habere oportet oculos, & manus,  
Orationemq; . SC. ego ne, si post hunc diem  
Mutuero, etiam quod egomet certò sciam,  
Dato excruciatum, me egomet me dedam tibi,  
Nunc hoc mihi ignoscas quaeso. PE. uincam animum mecum,  
Ne maliciosè factum id esse abs te abiterer.  
Ignoscam tibi istuc. SC. at dii tibi faciant bene.
- PE. Ne tu hercle, si te dii amant, linguam comprimes  
Posthac: etiam illud quod scies, nesciueris.  
Ne uideris, quod uideris. SC. bene me mones.  
Ita facere certum est me, satir' oratus abijt?  
Nunquid nunc aliud me uis? PE. ne me noueris.
- SC. Dedit hic mihi uerba, quam benignè gratiam  
Fecit, ne iratus esset. scio quam rem gerat,  
Ut miles cum extemplò à foro adueniat domum,  
Domi comprehendat unà: hic & Paestrio  
Me habent uenalem, sensi, & iam dudum scio.  
Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.  
Nam iam aliquò aufugiam, & me occultabo aliquot dies,  
Dum hæc consiliscunt turbæ, atq; iræ leniunt.  
Nam nunc satis & plus nimio merui mali,  
Veruntamen de me quicquid est, ibo hinc domum.
- PE. Illic hinc abscessit? sat edepol certò scio.  
Occisam saepe sapere plus multo suem,  
Cum manducatur, ne id quod uidit, uiderit.



Nam illius oculi atq; auris, atq; opinio  
 Transfugere ad nos, usq; adhuc actum est probè.  
 Nimum festiua mulier operam præbuit.  
 Redeo in senatum rursus. nam Palæstrio  
 Domi nunc apud me: Sceledrus nunc autem foris.  
 Frequens senatus poterit nunc haberier.  
 Ibo intrò, ne dum absum, illis sortito suam.

PALÆSTRIO, PLEVSIDES,  
 PERIPLECTO.

**C**ohibete intra limen etiam uos parumper Pleusides.  
 Sinite me prius prospectare, ne usquam insidiæ sient,  
 Concilio quod habere uolumus. nam opus est nunc tuto loco,  
 Vnde inimicus ne quis nostris spolia capiat consilijs,  
 Vnde inimicus ne quis nostra spolia capiat auribus,  
 Nam bene consultum, inconsultum est, si inimicis sit usui:  
 Neq; potest, quin si id inimicis usui est, obsit mihi.  
 Nam bonum consilium surripitur sapissimè.  
 Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum id est,  
 Quippe si rescuerint inimici consilium tuum,  
 Tu opte tibi consilio ocludunt linguã, & constringunt manum.  
 Atq; eadem quæ illis uoluiisti facere, faciunt tibi.  
 Sed specularior, ne quis aut hinc à leua, aut à dextera  
 Nostro consilio uenator asit, cum auritis plagis.  
 Sterilis hinc prospectus usq; ad ultimam plateam est probè.  
 Euocabo, heus Periplectomene & Pleusides progredimini.

- PE. Ecce nos tibi obedientis. PA facile est imperium in bonis.  
 Sed uolo scire eodem consilio, quod intus meditati sumus,  
 Si gerimus rem. PE. magis ad rē non potest esse utibile. (mihi.)  
 PA. Imò quid tibi Pleusides? PL. quod ne uobis placeat, displiceat  
 PE. Quis homo scit magis usquã, q̃ tu es, loq te lepidè & commodè?  
 PE. Pol ita decet hūc facere. PL. at hoc me facinus miserū macerat,  
 Meum cor, corpusq; cruciat. PE. quid est id quod cruciat cedo.  
 PL. Me tibi istuc etatis homini facinora puerilia

- Obijcere neq; te decora, neq; tuis uirtutibus:  
 Ea q; expetere te ex opibus summis mihi honoris gratia,  
 Mihiq; amanti ire opitulatum, atq; ea te facere facinora  
 Quæ istæc etas fugere facta magis, quàm sectari solet:  
 Eam pudet me tibi in senecta obijcere solitudinem. (det.
- PE. Nouo modo tu homo amas, siquidem te quicquã, quod faxis, pu  
 Nihil amas, umbra es amantum, magis quàm amator Pleusides.
- PL. Hanc cæne etatem exercere me mei amoris gratia.
- PE. Quid ais tu, itã ne tibi ego uideor oppidò Acherunticus,  
 Tam capularis, tãn ne tibi diu uideor uitam uiuere? (tuor,  
 Nam eadẽ haud sum annos natus præter quinquaginta & quat  
 Clarè oculis uideo, pernix sum manibus, pedibus mobilis.
- PA. Si albus capillus hic uidetur, neutiquam ingenio est senex.  
 Inest in hoc emusitata sua sibi ingenua indoles.
- PL. Pol id quidem experior ita esse ut prædicas Palæstrio.  
 Nam benignitas quidem huius oppido ut adolescentuli est.
- PE. Immo hospes magis cum periculum facies, magis nosces meam  
 Comitatem, erga te amantem. PL. quid opus nota noscere?
- PE. Ut apud te exemplum experiundi habeas, ne petas foris.  
 Nam qui ipse haud amauit, agrè amanti ingenium inspicit.  
 Et ego amoris aliquantum habeo, humorisq; meo etiã in corpo  
 Neq; dum exarui ex amœnis rebus & uoluptarijs. (re.  
 Vel cauillator facetus, uel conuiuia commodus  
 Item ero, neq; ego oblocutor sum alteri in conuiuio.  
 Incommoditate abstinere me apud conuiuas commodè  
 Commemini, & meæ orationis iustam partem persequi:  
 Et meam partem itidem tacere, cum alicna oratio est.  
 Minimè sputator, screator sum, itidem minimè muccidus.  
 Põst Ephesi sum natus, non in Apulis, non sum in Umbria.
- PA. O' lepidum senem, si quas memorat, uirtutes habet:  
 Atq; equidem placè e ductum in nutritatu Venerio.
- PE. Plus dabo quàm prædicabo ex me uenustatis tibi.  
 Neq; ego unquam alienum scortum subigito in conuiuio. Neq;



Neq; præripio pulpamentum, neq; præuorto proculum,  
 Neq; per uinum unquam ex me exoritur dissidium conuiuio.  
 Si quis tibi odiosus est, ab eo domum, sermonem segreco.  
 Venerem, amorem, amicitiamq; accubans exerceo.

PA. Tui quidem edepol omnis mores ad uenustatem ualent.  
 Cedo tuis mihi homines auricalco contra cum istis moribus.

PL. At quidem illuc ætatis qui sit, non inuenies alterum  
 Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico sit magis.

PE. Tute me ut fateare faciam, esse adolescentem moribus.

Ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens.

Opus erit tibi aduocato tristi, iracundo, ecce me.

Opus leni, leniorem dices, quam mutum est mare:

Liquidiusculusq; ero, quam uentus est fauonius.

Vel hilarissimum conuiuiam hinc indidem expromam tibi,

Vel primarium parasitum, atq; obsonatorem optimum,

Tum ad saltandum, non cinædus magis aptus est, quam ego.

PA. Quid ad illas artes optasis, si optio eueniat tibi?

PE. Huius pro meritis, ut referri pariter possit gratia

Tibiq;, quibus nunc me esse experior summæ sollicitudini.

PL. At tibi tanto sumtui esse mihi molestum est. PE. morus es.

Nam in mala uxore atq; inimico, si quid sumas, sumtus est.

In bono hospite atq; amico questus est quod sumitur.

Et quod in diuinis rebus sumas, sapienti lucro est.

(mitas.

Deum uirtute, transeuntem hospitio accipi, apud me est co-

Es, bibe, animo obsequere mecum, atq; onera te hilaritudine.

Liberæ sunt ædis, liber sum autem egomet, uolo liberè.

Nam mihi deum uirtute dicam, propter diuitias meas,

Licuit uxorem dotatam genere summo ducere,

Sed nolo mihi oblatricem in ædis intrmittere.

PA. Cur non uis? nam procreare liberos lepidissimum est.

PE. Hercle uerò, uerum liberum esse, id multo est lepidius.

PA. Tute homo & alteri sapienter potis es consulere, & tibi.

PE. Nam bona uxor, si ea quidem deducta est usquam gentium,

- Vbi eam possim inuenire? uerum ego ne eam ducam domum?  
 Quae mihi nunquam hoc dicat, eme mi uir lana, unde tibi pallium,  
 Malacum et calidum conficiatur, tunicaeque hibernae bonae,  
 Ne aegras hac hieme hoc nunquam uerbum ex uxore audias.  
 Verum priusquam galli cantent, quae me somno suscitet,  
 Dicat: Da mi uir calendis meam quod matrem iuuerit.  
 Da qui faciat condatque, da quod dem quinquatribus,  
 Precatrici, coniectrici, ariolae atque aruspicae.  
 Flagitium est si nihil mittetur, quo supercilio spicit,  
 Tum patricam clementer non potest hinc quin munerem.  
 Iam pridem quia nihil abstulerit, succenset ceraria.  
 Tum obstetrix exposulauit mecum, parum missum sibi.  
 Quid nutrici non missurus quicquam, quae uernas alit,  
 Haec atque huius similia alia damna multa mulierum,  
 Me uxore prohibent, mihi quae huius similis sermonis serant.
- PA.** Dij tibi sunt propitij hercle: nam si istam semel amiseris  
 Libertatem, haud facile te in eundem rursum restitues locum.
- PL.** At illa laus est magna in genere, et in diuitijs maxumis,  
 Liberos hominem educare generi monumentum et sibi.
- PE.** Quando habeo multos cognatos, quid opus fit mihi liberis?  
 Nunc bene uiuo, et fortunatè, atque ut uolo, atque animo ut lubet,  
 Mea bona mea morte cognatis dicam inter eos partiam.  
 Illi apud me edunt, me curant, uisunt quid agam, eequid uelim.  
 Priusquam lucet, assunt: rogitant noctu an somnum ceperim.  
 Eos pro liberis habeo, quin mihi mittunt munera,  
 Sacrificant, dant inde partem mihi maiorem, quam sibi,  
 Abducunt ad exta: me ad se, ad prandium, ad cenam uocant.  
 Ille miserrimum se retur, minimum qui misit mihi.  
 Illi inter se certant donis, ego mecum misito:  
 Bona mea inhiant, certatim dona mittunt, et munera.
- PA.** Nimis bona ratione, nimiumque aperta tu multum uides.  
 Et tibi sunt gemini, et trigemini, si te bene habes, filij.
- PE.** Pol, si habuissem, satis cepissem miseriarum liberis.



Censerem emori, ceci disset ne ebrius, aut de equo usquam  
 Meturem, ne tibi defregisset crura, aut ceruices sibi.  
 Tum uxor mihi insignitos pueros pariat: postea  
 Aut uarū, aut ualgū, aut compernem, aut petū, aut brocū filiū.

**PA.** Huic homini dignum est diuitias esse, et diu uitam dari,  
 Qui et rem seruat, et qui bene habet, suisq; amicis uult bene.

**PL.** O lepidum caput, ita me dii de aq; ament, aequum fuit  
 Deos parauisse, uno exemplo ne omnes uitam uiuerent.  
 Sicut merci precium statuit pro uirtute ut ueneat,  
 Quae improbo est pro mercis uitio, dominum precio pauperat.

Itidem diuos dissipasse uitam humanam aequum fuit.  
 Qui lepidē ingenuatus esset, uitam longinquam darent:  
 Qui improbi essent et scelesti, ijs adimerent animam citō.  
 Si hoc parauissent, homines essent minus multi mali,  
 Et minus audacter scelesti facerent facta, et postea  
 Qui probi homines essent, esset his annonā uilior.

**PE.** Qui deorum consilia culpet, stultus incitusq; sit,  
 Quiq; eos uituperet, nunc iam istis rebus desisti decet.  
 Nunc uolo obsonare, bene ut hospes te uirtute ex tua  
 Mea domi accipiam benignē, lepidē, et lepidis uictibus.

**PL.** Nihil me poenitet iam quanto sumtui fuerim tibi.  
 Nam hospes nullus iam in amici hospitium diu orti potest,  
 Quin ubi triduum continuum fuerit, iam odiosus fiet.  
 Verū ubi dies decem continuos immorabitur,  
 Tametsi dominus non inuitus patitur, serui murmurant.

**PE.** Seruientis seruitutem ego seruos introduxi mihi  
 Hospes, non qui mihi imperarent, quibus ego essem obnoxius,  
 Si illis agrē est mihi quod uolupte est, meo remigio rem gero.  
 Tamen id quod odiosum est, faciendū est cū malo atq; ingratis.  
 Nunc quod ocepi obsonatum pergam. **PL.** si certum est tibi,  
 Commodulū obsona, ne magno sumtu, mihi quiduis sat est.

**PE.** Quin tu istanc orationem hinc ueterem atq; antiquam amoues.  
 Nam proletario sermone nunc quidem hospes utere.

- Nam ij solent, quādo accubuerē, ubi cœna appōsita est dicerē:  
 Quid opus fuit hoc hospes sumtu tanto nostra gratia?  
 Insaniuisi hercle: nam idem hoc hominibus sat erat decem.  
 Quod eorum causa obsonatum est, culpant, & comedūt tamen.
- PA. Fit pol illud ad illud exemplum, ut doctē & perspectē sapitē  
 PE. Sed iidem homines nunquam dicunt, quanquam appōsitum  
 est ampliter,  
 Iube illud denuō tolli, hanc patinā remoue, pernā nihil moror.  
 Aufer illam offam porcinam, probus hic conger frigidus.  
 Remoue, abi, aufer: neminem eorum hęc assueurare audias.  
 Sed percellunt se & procumbunt, dimidiati dum appetunt.
- PA. Bonos hercle ut malos descripsit mores. PE. haud centesimam  
 Partem dixi, atq; octium nunc si sit, posim expomere.
- PA. Igitur id quod agitur hinc primum præuerti decet.  
 Nunc huc animum aduertite ambo, mihi opus est opera tua,  
 Periplectomene: nam ego inueni lepidaꝝ sycophantiam,  
 Qui admuteletur miles usq; cæsariatus, atq; uti  
 Huic ananti ab Philocomasio hanc efficiamus copiam.  
 Ut hic eam abducatur, abeatq; PE. dari istanc rationem uolo.
- PA. Atego mihi annulū dari istum tuum uolo. PE. quā ad rē usui eē?  
 PA. Quando habebō igitur rationem mearum fabricarum dabo.
- PE. Vtere, accipe. PA. accipe à me rursum rationem doli,  
 Quā institui. PL. perpurgatis ambo damnas tibi operā aurib.
- PA. Herus meus ita magnus mœchus mulierum est, ut neminem  
 Fuisse æquē, neq; futurum credam. PL. credo ego istuc idem.
- PA. Itaq; Alexandri præstare prædicat formam suam,  
 Itaq; omnis se ultrō sectari in Epheso memorat mulieres.
- PE. Edepol quin te de isto multi cupiunt non mentirier,  
 Sed ego ita esse, ut dicis, teneo pulchrē. proin Palestrio  
 Quāu potes, tam uerba confer maxumē ad compendium.
- PA. Ecquam tu potes reperire forma lepida mulierem,  
 Cui facietiarum corpusq; sit plenum & doli?
- PE. Ingenuam ne an libertinam? PA. æquē istuc facio, dummodo



Eam des quæ sit quæstiuosa, quæ alat corpus corpore,  
Cuiq; sapiat pectus: nam cor non potest, quod nulla habet.

- PE. Lautam uis, an quæ nondum sit lauta? PA. siccam succidam,  
Quam lepidissimam potes, quamq; adolescentem maxumè.
- PE. Habeo ecillam meam clientam, meretricem adulescentulam.  
Sed quid ea usus est? PA. ut ad te eam iam deducas domum,  
\* Utq; eam hic ornatam adducas matronarum modo:  
Capite comto, crinis, uittasq; habeat, a simuletq; se  
Tuam esse uxorem, ita præcipiendū est. PL. erro quam insistas
- PA. At scietis. sed ecquæ ancilla est illi? PE. est primaria. (uiam.)
- PA. Ea quoq; opus est, ita præcipito mulieri, atq; ancillulæ.  
Ut simulet se tuam esse uxorem, & deperire hunc militem,  
Quasiq; hoc annulū animo suæ ancillæ dederit ea porro mihi,  
Militi ut darem, quasiq; ego rei sim interpres. PE. audio.
- PA. Ne me surdum uerbera: tu si audis, ego rectè militi  
Dabo, à tua mihi uxore dicam delatum, & datum  
Ut se deamet, conciliarem: ille eiusmodi est, cupiet miser.  
Qui nisi adulterio studiosus, rei nullæ aliæ est, improbus.
- PE. Non potuit reperire, si ipsi soli quærendas dares,  
Lepidiores duas ad hanc rē, quam ego dabo. habe animū bonū.
- PA. Ergo accurato & properato opus ē. nūc tu ausculta Pleusides.
- PL. Tibi sum obediens hoc factō. PA. miles domum ubi aduenrit,  
Memineris ne Philocomasium nomines. PL. quam nominem?
- PA. Dicam iam. PL. nempe eandem, quæ dudum constituta est. PA.  
pax, abi.
- PL. Memincro. sed quid meminisse id refert hanc ad rem tamen?
- PA. Ego enim dicam tamen, quando usus poscet, interea tace.  
Ut nunc etiam hic agit, actutum partes defendas tuas.
- PL. Ego eo intrō igitur. PA. & præcepta sobriè ut cures, face.
- PALÆSTRIO. LVCRIO puer.
- PA. **Q**uantas res turbo, quantas mouco machinas.  
Eripiam ego hodie concubinam militi,  
Si centuriati bene sunt manipulares mei,

- Sed illum uocabo. heus Sceledre, nisi negotium,  
 Progredere ante ædis, te uocat Palestrio.
- LV. Non operæ est Sceledro. PA. quid iam? LV. sorbet dormiētis.
- PA. Quid sorbet? LV. illud stertit uolui dicere.  
 Sed quia consimile est, quod stertas quasi sorbeas.
- PA. Eho an dormit Sceledrus intus? LV. non naso quidem.  
 Nam eo magnum clamat, tetigit calicem clanculum,  
 Dimisit Nardini uini amphoram cellarius.
- PA. Eho tu sceleste, qui illi suppromus es, eho?
- LV. Quid uis? PA. qui libitum est illi condormiscere?
- LV. Oculis opinor. PA. non te istuc rogitō scelus.  
 Procede huc, perijisti iam, nisi uerum scio,  
 Promfisti tu illi uinum? LY. non promsi. PA. negas?
- LV. Nego hercle uerò: nam ille uctuit dicere.  
 Neq; equidem heminas octo expromsi in urceum,  
 Neq; ille hic calidum ebibit in prandium.
- PA. Neq; tu bibisti? LV. dij me perdant, si bibi,  
 Si bibere potui. PA. qui iam? LV. quia enim obsorbui,  
 Nam nimis calebat, amburebat gutturem.  
 Alij ebrij sunt, alia postquam potant uia.
- PA. Bono suppromō & promo cellam creditam.
- LV. Tu hercle idem faceres, si tibi esset credita.  
 Quoniam æmulari non licet, nunc inuides.
- PA. Eho an unquam promsit antehac, responde scelus.  
 Atq; ut tu scire possis, edico tibi,  
 Si falsa dixis, loris excruciabere.
- LV. Ita uerò ut tu ipse me dixisse dicētes,  
 Postea sagina ego eijciar cellaria,  
 Vi tibi qui promat, alium suppromum pares.
- PA. Non edepol faciam, age loquere audacter mihi.
- LV. Nunquam edepol uidi promere. uerum hoc erat:  
 Mihi imperabat, ego promebam postea.
- PA. Huic illecebroso capite sistebas cadum.



- LV.** Non hercle tam istoc ualidè quassabant cadi.  
Sed in cella est paulum nimis loculi lubrici,  
Ibi erat bilibris aqualis, hic propter cados.  
Ea saepe decies completur plena die.  
Eam plenam atq; inanem fieri maximam  
Vidi. bacchabatur auia, quassabant cadi.
- PA.** Abi abi intrò iam, uos in cella uinaria  
Bacchanal facitis, iam hercle ego herum adducam à foro.
- LV.** Perij, excruciat me herus, domum si uenerit,  
Qom hæc facta scibit, quia sibi non dixerim.  
Fugiam hercle aliquid, atq; hoc indiem extollam malum.  
Ne dixeritis obsecro huic uostram fidem.
- PA.** Quò te agis? **LV.** missus sum aliò, iam huc reuenero.
- PA.** Quis misit? **LV.** Philocomasium. **PA.** abi actutum redi.
- LV.** Quæso tamen tu meam partem infortunij,  
Si diuidetur, me absente accipito tamen.
- PA.** Modò intellexi quam rem mulier gesserit.  
Quia Sceledrus dormit, hunc subcustodem suum  
Foris ablegauit à se, dum huc transiret, placet.  
Sed Periplectomenes quam ei mandauit mulierem,  
Nimis lepida forma ducit: dij hercle hanc rem adiuuant.  
Quàm dignè ornata incedit, haud meretriciè.  
Lepidè hoc succedit sub manus negocium.

PERIPLE. MILPHIDIPPA. ACROTE,  
LEVTIVM, PALAESTRIO.

**R**em omnem Acroteleutium tibi, tibiq; mea Milphidippa;  
Domi demonstraui ordine, hanc fabricam fallaciasq;  
Minus si tenetis, denuò uolo percipiatis planè.  
Satis si intelligitis, aliud est quod potius fabulemur.

- AC.** Stultitia atq; insipientia insulsa atq; maxima hæc sit,  
Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari,  
Si ea in opificina nesciam, aut mala esse, aut fraudulentam.
- PE.** At melius est monerier. **AC.** meretricem commoneri,

Quàm

- Quam satie magni referat, nihil clam est, quin ego me frustra,  
 Postquam admisere aures meae tuae moram orationis.  
 Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset assecari.
- PE. At nemo solus sapit: nam ego multos saepe uidi  
 Regionem fugere consilij prius, quam re peritam habere.
- AC. Si quid faciendum est mulieri male atq; malitiose,  
 Ea sibi immortalis memoria est meminisse, & sempiterna:  
 Sin bene quid, aut fideliter faciendum est, eo deueniunt  
 Obliuiose ex templo uti fiant, meminisse nequeunt.
- PE. Ergo istuc metuo, quod uenit uobis faciendum utrunq;  
 Nam id proderit mihi malitia male quod facietis amb.
- AC. Dum nescientes quid bonum faciamus, ne formida.
- PE. \* Mala nulla meretrix est. AC. ne pauca, peioribus conueniunt.
- PE. Ita uos decet, consequimini. PA. cesso ego illis obuiam ire?  
 Venire saluum gaudeo. Lepido hercle ornatu incedit.
- PE. Bene opportuneq; obuiam is Paestrio, hinc tibi assunt,  
 Quas me iussisti adducere, & quo ornatu? AC. heus noster. PA.  
 esto.
- Paestrio Acroteleutium salutat. AC. quis hic amabo est,  
 Qui tam pro nota me nominat? PE. hic noster architectus est.
- AC. Salue architecte. PA. salua sis. sed dic mihi, ecquid hic te  
 Onerauit praecipis? PE. probe meditatam utranq; duco.
- PA. Audire cupio, quemadmodum, ne quid peccetis pauco.
- PE. At tua praecipia, de meo nihil his nouum apposui.
- AC. Nempe ludificari militem tuum herum uis? PA. elocuta es.
- AC. Lepide & sapienter, commodè & facete, res parata est.
- PA. Atq; huius uxorem esse te uolo a simulari. AC. fiat.
- PA. Quasi militi animum adieceris, simulare. AC. sic futurum est.
- PA. Quasiq; res per me interpretem, & tuam ancillam geratur.
- AC. Bonus uates poteras esse, nam quae sunt futura, dicis.
- PA. Quasiq; annulum hunc ancillula tua abs te detulerit ad me,  
 Quem ego militi darem tuis uerbis. AC. nunc uera dicis.
- PE. Quid istis nunc memoratis opus est quae commeminere? AC.  
 melius est.



Nam mi patrone hoc cogitato, ubi probus est architectus,  
 Bene lineatam si semel carinam collocavit,  
 Facile esse naudem facere, ubi fundata est constituta est.  
 Nunc hæc carina satis profundata bene est statuta est.  
 Assunt fabri architecti q; eam quidem ad rem haud imperiti.  
 Si non nos materiarius remoratur, quod opus qui det,  
 Noui indolem nostri ingenij, citò erit parata nauis.

PA. Nempe tu nouisti militem meum herum? AC. rogare mirum est.  
 Populi odium quin nouerim? \* magnidicum cicinnatum,  
 Mæchum unquentatum. PA. num ille etiam te nouit? AC. nun-  
 quam uidit.

Qui nouerint me, quis ego sim? PA. nimis lepidè fabulare.  
 Eo potuerit lepidius pol fieri. AC. potine ut hominem  
 Mibi des? quiescas cætera, ni ludificata lepidè  
 Ero, culpam omnem in me imposito. PA. agite, intrò abite,  
 Insistite hoc negocium sapienter. AC. alia cura.

PA. Age Peripleetomene, hæc nunc iam duc intrò, ego ad forū illum  
 Conueniam, atq; illi hunc annulum dabo, atq; predicabo  
 A' tua uxore mihi datum esse, eamq; illum deperire.  
 Hanc ad nos cum extemplò à foro uenimus, mittito tu,  
 Quasi clanculum ad me missa sit. PE. faciemus. alia cura.

PA. Vos modò curate, ego illum probè iam oneratum huc accibo.

PE. Bene ambula, bene rem gere. at ego ne, hoc si efficiam planè,  
 Ut concubinam militis meus hospes habeat hodie,  
 Atq; hinc Athenas abeat, hodie hunc si dolum dolamus,  
 Quid tibi ego mittā muneris? AC. dat ne ab se mulier operam?

PE. Lepidus sum, et comis sum. AC. confido confuturum.  
 Vbi facta erit collatio nostrarum maliciarum,  
 Haud uereor, ne nos subdola perfidia peruincamur.

PE. Abeamus ergo intrò, hæc uti meditemur, cogitate,  
 Ne quid, ubi miles uenerit, titubetur. AC. tu morare,  
 Ut accuratè et commodè, hoc quod agendum est exequa-  
 mur.

M. ACCII PLAVTI  
PYRGOPOLINICES. PALAE-  
STRIO.

**V**oluptas est quod agas, si id procedit lepidè ex sententiâ.  
Nan ego hodie ad Seleucum regē nisi parasitum meū.  
Vt latrones quos conduxī, hinc ad Seleucū duceret,  
Qui eius regnum tutarentur, mihi dum fieret ocium.

**PA.** Quin tu tuam rem cura potius, quàm Seleuci, quæ tibi  
Conditio noua, & luculenta fertur per me interpretem?

**PY.** Inmò omnis res posteriores pono, atq; operam do tibi.  
Loquere, aures meas profectò dedo in ditionem tuam.

**PA.** Circumspicito dum nequis nostro hic auceps sermoni fiet.  
Nan hoc negocij clandestino ut agerem, mandatum est mihi.

**PY.** Nemo adest. **PA.** hunc arrabonem amoris primum à me accipe!

**PY.** Quid hic unde est? **PA.** à luculenta atq; festiua scemina,  
Quæ te amat, tuamq; expetisit pulcram pulcritudinem,  
Eius nunc mihi annulum ad te ancilla, porrò ut deferrem, dedit.

**PY.** Quid ea ingenua an festuca facta, serua an libera est?

**PA.** Vah, ego ne ut ad te ab libertina esse auderem internuncius,  
Qui ingenuis satis respondere nequeas cupidis tui?

**PY.** Nupta ea est, an uidua? **PA.** & nupta & uidua. **PY.** quo pacto  
potis (sene.

Uidua & nupta esse eadem? **PA.** quia adolescens nupta est cum

**PY.** Euge. **PA.** lepida & liberali forma est. **PY.** caue mendacium.

**PA.** Ad tuam formam illa una digna est. **PY.** hercle pulcram prædicas,  
Sed quis ea est? **PA.** senis huius uxor Peripleetomeni. **PY.** ut  
proximo?

**PA.** Ea demoritur te, atq; ab illo incipit abire, odit senem.  
Nunc te orare atq; obsecrare iussit, ut tui copiam  
Sibi, potestatemq; facias. **PY.** cupio hercle equidè, si illa uult.

**PA.** Quæ cupit. **PY.** quid illa faciemus concubina quæ domi est?

**PA.** Quin tu illam iube abs te abire, quò lubet: sicut soror  
Eius gemina uenit Ephesum, & mater, arcessuntq; eam.

**PY.** Am tu, aduenit Ephesum mater eius? **PA.** auunt qui sciunt.

Heracle



- PY. Hercle occasionem lepidam ut mulierem excludam foras.  
 PA. Immo uin tu lepidè facere? PY. loquere, & consilium cedo.  
 PA. Vin tu illam actutum amouere à te, ut abeat per gratiam?  
 PY. Cupio. PA. tū te hoc facere oportet, tibi diuitiarū affatim est,  
 Iube sis aurum atq; ornamenta, quæ illi instruxti mulieri,  
 Dono habere sibi, auferre q; abs te quò lubeat sibi.  
 PY. Placet ut dicis, sed ne istam amittam, & hæc mutet fidem,  
 Vide modò. PA. uah delicatus, quæ te tanquam oculos amet.  
 PY. Venus me amat. PA. st tace. aperiuntur fores, concede huc clam.  
 Hec celox illius est, quæ hic egreditur internuncia. (culum.  
 PY. Quæ hæc celox? PA. ancillula illius est, quæ hic egreditur foras,  
 Quæ annulū istunc attulit, quem tibi dedi. PY. edepol hæc quæ  
 Bellula est. PA. pithecium hæc est præ illa, & spiriturnicium.  
 Videre tu illā oculis uenaturam facere, atq; aucupium auribus?

## MILPH. PYRGO. PALÆSTRIO.

**I**Am ne est ante ædis circus, ubi sunt ludificandi mihi?

Disimulabo, hos quasi non uideā, neq; esse hic. etiā dū sciā.

- PY. Tace subasculiemus, ecquid de me fiat mentio.  
 MI. Nunc quis nam hinc propè adest, qui rem alienā potius curet q̄  
 Qui aucupet me quid agā, qui de uesteri uiuat suo, (suam,  
 Eos nunc homines metuo mihi ne obsint, nèue obstant uspiam,  
 Domo si ibit, ac dū huc transibit, quæ huius cupiēs corporis est,  
 Quæ amat hunc hominem nimīū lepidū, & nimia pulcritudine  
 Militē Pyrgopolinice. PY. satin hæc quoq; me deperit, (tant.  
 Meā laudat speciem, edepol huius sermones haud cinerē queri-  
 PA. Quo argumento? PY. q̄a enim loquitur lautè, & minimè sordidè,  
 Tum ipsa est nimīū lepidā, nimisq; nitida femina.  
 Hercle uerò iam allubescit primulum Palæstrio.  
 PA. Prius nequā illam oculis tuis. PY. ideo id quod credo tibi, (dem.  
 Cū hæc locutus, illa autē absens adigit me ut amē hercle hæc qui-  
 PA. Nihil tu amassis. mihi hæc despoſata est, tibi si illa hodie nupserit.  
 Ego hæc cōtinuò uxor est ducā. PY. qd ergo hæc dubitas colloqui?  
 PA. Sequere hæc me ergo. PY. pedisequus tibi sum. MI. utinā cuius  
 causæ

Foras

Foras sum egressa, conueniendi mihi postas eueniat.

PA. Erit, & tibi exoptatum obtinget, bonum habet animum, ne formida, (hic audiuit)

Homo quidam est, qui scit, quod quaeris, ubi sit. MI. quem ego

PA. Socium tuorum consiliorum, & participem consiliarium.

MI. Tum pol ego id quod celo, haud celo. PA. immo ita etiam si non celas.

MI. Quo argumento? PA. infidos celas, ego sum tibi firma fide.

MI. Cedò signum, si harum baccharum es. PA. amat mulier quendam quendam.

MI. Pol istuc quidē multæ. PA. at nō multæ de digito donū mittunt.

MI. Enim cognoui nunc, fecisti modò mihi ex procliuo palam rem. Sed hic nunc quis adest? PA. uel adest, uel non. MI. cedò te mihi sole solum.

PA. Breuin' an lōginquo sermone? MI. tribus uerbis. PA. iam ad te redeo. (stra.)

PY. Quid ego hic astabo tantisper cum hac forma, & factis sic fru-

PA. Patere atq; asta, tibi hanc ego do operam. PY. properando excrucior. (merces.)

PA. Pedetentim, tute hæc scis, tractari ita solere hæc huiusmodi

PY. Age age ut tibi maxime concinnum est. PA. nullum est hoc stolidius saxum,

Redeo ad te, quid me uoluisti? MI. quo pacto hoc dudū accipi, Istuc fero ad te consilium. PA. quasi hunc depererat. MI. teneo istuc.

PA. Collaudato formam & faciem, & uirtutes commemorato.

MI. Ad eam rem habeo omnem aciem tibi ut dudum demonstraui.

PA. Tu cætera cura & contempla, & de meis uenator uerbis.

PY. Aliquam mihi partem hodie operæ des, deniq; iam tandem ades illico. (tari)

PA. Assum impera, si quid uis. PY. quid hæc narrat tibi. PA. lamē-  
Aut illam miseram cruciari, & lacrumantem se afflictere.

Quia tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc ad te missa st.

lube



- PY. Iube adire. PA. at scim quid tu facias, facito fastidij plenum,  
Quasi non lubeat, me in clamato, quia sic tam uulgo uulgem.
- PY. Memini, & praeceptis parebo. PA. uoco ergo hanc quae te sequerit?
- PY. Adeat, si quid uult. PA. siquid uis, adi mulier. MI. pulcer salue.
- PY. Meū cognomentū quis cōmemorauit? Dij tibi dent ut optes.
- MI. Tecum atate exigere ut liceat. PY. nimium optas. MI. non me dico,  
Sed heram meam, quae te demoritur. PY. multae aliae idem istuc  
Quibus non est copia. MI. ecastor haud mirū, si te habeas carū  
Hominem tam pulcrū, & praeclara uirtute & forma & factis.  
Ecquis dignior fuit homo qui esset? PA. non hercle humanum  
est ergo.  
Nam uulturio plus humani credo est. PY. magnum me faciam  
Nunc, quoniā ille me collaudat. PA. uiden' ignauum ut sese in  
Quin tu huic respondes haec ille est, ab illa quam dudū. (ferat.)
- PY. Quānam ab illarum ē nam ita me occurrant multae: meminisse  
haud possum.
- MI. Ab illa quae digitos despoliat suos, & tuos digitos decorat.  
Nam hunc annulū ab tui cupiente huc detuli, huic qui porro.
- PY. Quid nunc tibi uis mulier, memora. MI. ut quae te cupit, eam ne  
Quae per tuā nunc uitā uiuit, sit ne sit, spes in te uno ē. (spernas.)
- PY. Quid nunc uult? MI. te cōpellare, & cōplecti, & contrectare.  
Nam nisi tu illi fers suppetias, iam illa animum despondebit.  
Age mi Achilles, fiat quod te oro, serua illam pulcrā pulcrē,  
Expromte benignū ex tete ingenium urbicaepe occisor regum.
- PY. Heu hercle odiosas res, quoties hoc tibi uerbero ego inter-  
dixi,  
Meam ne sic uulgo polliciteris operam? PA. audin tu mulier.  
Dixi hoc tibi dudum, & nunc dico, nisi huic uerri affertur mer  
Non hic suo seminio quemq; porculum imperiturus est. (ces.)
- MI. Dabitur quantum ipsus precij poscet. PA. talentum Philippum  
huic opus auri est.  
Minus à nemine accipiet. MI. heu ecastor nimis uile est tandem.

- PY. Non mihi auaritia unquam innata est, satis est diuitiarū. (rum, Plus mihi auri mille ē modiorū Philippi. PA. prater thesaurum argenti montes, non massas habet. Aetna non aequē alta est.
- MI. Heu castor hominem periurum. PA. ut ludo? MI. quid ego ut sublesto os? PA. scitē.
- MI. Sed amabo mitte me aētutū. PA. quin tu huic respondes aliquid aut facturū, aut nō facturū, quid illā miserā et amicā crucias, Quae nunquā malē tibi dixerit. PY. at iube eā ipsam exire huc ad nos.
- Dic me omnia quae uult facturū. MI. facis nunc ut facere aequū. Quod quae uult, eadem tu uis. PA. non hic insulsum habet ingenium.
- MI. Quūq; me oratricē haud spreuisti, siuis iq; exorare ex te, (rier. Quid est ut ludo. PA. nequeo hercle quidem risu me admodera Ob eā causam huc abs te auorti. PY. non edepol tu scis mulier, Quantū ego honorē nūc illi habeo. MI. scio, et istuc illi dicam.
- PA. Cōtra auro alij hanc uēdere potuit operā. MI. istuc pol tibi cre
- PA. Meri bellatores gignuntur, quas hic praegnantēs fecit, (do. Et pueri annos octingentos uiuunt. MI. uae tibi nugator.
- PY. Quin mille annorū perpetuō uiuunt, ab seculo ad seculum.
- PA. Eo minus dixi, ne haec censeret me aduersum se mentiri.
- MI. Perij, quot hic annos uiuet, cuius filij tā diu uiuunt? (est.
- PY. Postriduo natus sum ego mulier, quā Iuppiter ex Ope natus
- PA. Si hic pridie natus foret, q̄ ille est, hic haberet regnum in caelo.
- MI. Iam iam sat amabo est. sinite abeā, si possum uiua à uobis.
- PA. Quin ergo abis quādo responsū est. MI. ibo illā huc adducā, Quam propter opera est mihi. nunquid uis? PY. ne magis sim pulcer quā sum, (abis? MI. abeo.
- Ita me mea forma sollicitum habet. PA. quid hic nunc stas, quin
- PA. Atq; adeō audin tu dicitō doctē et cordatē. MI. cura aliud.
- PA. Philocomasio dic. si est hic, domum ut transeat, hunc hic esse.
- MI. Hic cū mea est hera, clam nostrū hunc sermonem sublegerunt.
- PA. Lepidē factū ē, iā ex sermone hoc gubernabunt doctius porrō. Remorare. MI. abeo, neq; te moror, neq; te tāgo, neq; te teneo.
- PY. Iube



PY. Iube maturare, illam exire huc, iam isti rei praeuertemur.

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.

**Q**uid mihi nunc auctor es, ut faciam Palaestrio,  
De concubina? nam nullo pacto potest  
Prius haec in adis recipi, quam illam omiserim.

PA. Quid me consultas, quid agam? dixi equidem tibi,  
Quo pacto id fieri possit clementissime,  
Aurum atque uestem omnem muliebrem habeat sibi.  
Quae illi instruxisti, sumat, habeat, auferat.  
Dicasque tempus maximum esse, ut eat domum,  
Sororem geminam adesse, et matrem dicit,  
Quibuscum comitata recte deueniat domum.

PY. Qui tu scis eas adesse? PA. quia oculis meis  
Vidi hic sororem esse eius. PY. conuenit ne eas?

PA. Conuenit. PY. ecquid fortis uisa est? PA. omnia  
Vis obtinere. PY. ubi matrem esse aiebat soror?

PA. Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis  
Nauclerus dixit, qui illas aduexit mihi.

PY. Is ad quos nauclerus hospitio diuortitur?

PA. Quid uis? PY. ecquid fortis? PA. abi sis hinc, nam tu quidem  
Ad equas fuisti seitus ad missarius,  
Qui consecrare aequae maresque et foeminas.

PY. Hoc age nunc istuc, quod das consilium mihi?

PA. Tecum illa uerba facere de ista re uolo,  
Nam cum alio agere sane conseruo liceat tibi,  
Qui potius quam tu, sed enim tu tuam rem tute agas,  
Dicas uxorem tibi necessum esse ducere,  
Cognatos persuadere, amicos cogere.

PY. Ita ne tu censeres? PA. quid ego ni ita censeam?

PY. Ibo igitur intro, tu hic ante adis interim  
Speculare, ut ibi illae prodeat, me prouoces.

PA. Tu modo istuc cura, quod agis. PY. curatum id quidem est.  
Quin si uoluntate nolet, ui extrudam foris.

PA. Istuc caue faxis, quin potius per gratiam

- Bonam abeat abs te, atq; illec quæ dixi dato.  
 Aurum, ornamentaq; quæ illi instruxisti ferat.  
 PY. Cupio hercle. PA. credo te facile impetrassere.  
 Sed abi intrò, noli stare. PY. tibi sum obediens.  
 PA. Nunquid uidetur demutare, atq; utiego  
 Dixi esse uobis dudum, hunc mœchum militem.  
 Nunc ad me ut ueniat usus Acroteleutium,  
 Ancillulaq; eius & Pleusides. Proh Iuppiter  
 Sati ne ut commoditas usque quaq; me adiuuat.  
 Nam quos uidere exoptabam me maxime,  
 Vnà exeuntis uideo hinc è proximo.

ACROTELEUTIUM. MILPHIDIPPA.  
 PLEUSIDES. PALAESTRIO.

**S**Equimini, simul circumspicite, ne quis adsit arbiter.  
 Neminem pol uideo, nisi hūc quem uolumus conuentum.  
 PA. & ego uos. (MI. quid est?)

- MI. Quid agis noster architecte? PA. ego ne architectus? uah.  
 PA. Qui enim non sum dignus præ te, ut figam palum in parietem?  
 AC. Et a uerò. PA. nimis facete nimisq; facundè mala est,  
 Vt lepidè detruncauit militem. AC. at etiam parum.  
 PA. Bono animo es: negotium omne iam succedit sub manus.  
 Vos modò porrò ut occèpistis, date operam amicabilem.  
 Nam ipse miles concubinam intrò abijt oratum suam,  
 Abs se abeat cum sorore & matre Athenas. AC. Eu probe.  
 PA. Quin etiam aurum atq; ornamenta quæ ipse instruxit, mulieri  
 Omnia dat dono, se ut abeat: ita ego consilium ei dedi.  
 PL. Facile istuc quidem est, si & illa uolt, & ille autem cupit.  
 PA. Non tu scis cum ex alto puteo sursum ad summum ascenderis,  
 Maximum periculum inde esse à summo, ne rursus cadas?  
 Nunc hæc res apud summum puteum geritur: si præsenferit  
 Miles, nihil hinc ferri poterit, huius nunc quàm maxime  
 Opus est dolis. PL. domi esse ad eam rem uideo salis satis,  
 Mulieres tres, quartus tute es, quintus ego, sextus senex.  
 PA. Quot apud nos fallaciarum est excitum? certò scio



Oppidum quoduis uidetur posse expugnari dolis.

Date modo operā. ACR. id nos ad te, tu si quid uelles, uenimus.

PA. Lepidè facitis, nunc hoc tibi ego in hac impero prouincia.

AC. Imperabis imperator, quod ego potero, quod uoles.

PA. Militem lepidè & facietè & laudè ludificarier (admodum?  
Volo. AC. uoluptatem mecastor mihi imperas. PA. & scin' què

AC. Nempe ut a simulem me amore istius differri. PA. rem tenes.

AC. Quasiq; istius causa amoris ex hoc matrimonio  
Abierim, cupiens istius summæ nuptiarum ordinis.

PA. Nisi modò unum, hoc hæc etiam adis dicas dotalis tuas,  
Hinc senem abs te abiisse, postquam feceris diuortium,  
Ne ille mox uereatur introire in alienam domum.

AC. Bene mones. PA. sed ubi ille exierit intus, istuc te procul  
Ita uolo a simulare, præ illius forma, quasi spernas tuant,  
Quasiq; eius opulentitatem reuerearis, & simul  
Formam amcenitatis, illius faciem, pulchritudinem  
Collaudato, satin præceptum st? AC. teneo. satin est, si tibi  
Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas?

PA. Sat habeo, nunc tibi auscultia que imperabo. PL. dicitō.

PH. Quam extemplo erit factum, ubi intrò hæc abierit, tu illico  
Facito ut uenias ornatus huc ornatu nauclerico,  
Causiam habeas ferrugineam, culcitram ob oculos lancam,  
Palliolium habeas ferrugineum: nam is colos thalassicu st,  
Id erit connexum in humero leuo ex papillato brachio,  
Præcinctus: atq; a simulato quasi gubernator sies.

Atq; apud hunc senem omnia hæc sunt: nam is piscatores habet.

PL. Quid ubi ero exornatus, quin tu dicis quid facturus sim?

PA. Huc uenito, & matris uerbis Philocomasium accersito.

Vt si itura est Athenas, eat tecum ad portum citò,

Atq; ut iubeat ferri in nauim, si quid imponi uelit.

Nisi eat, te soluturum esse nauim, uentum operam dare.

PL. Satis placet pictura, perge. PA. ille extemplo illam hortabitur

Vt eat, ut properet, ne sit matri moræ. PL. multum odis sapis.

PA. Ego illi dicā, ut me adiutorem, qui onus feram ad portū, roget.

Ille iubebit me ire cum illa ad portum, ego adeo ut tu scias,  
Prorsus Athenas protinus abibo tecum. PL. atq; ubi illud ueneris,  
Triduum unum seruire nunquam te, quin liber sis, sinam.

PA. Abi cito, atq; orna te. PL. nunquid aliud? PA. hæc ut memineris.

PL. Abeo. PA. & uos abite hinc intrò actutum, nam illud hinc sat scio

Iam exiturum esse intus. AC. celebre apud nos imperium tuum est.

PA. Agite, abscedite ergo. ecce autem commodò aperitur foris,  
Hilarus exit, impetrauit, inhiat quod nusquam est miser.

PYRGO. PALAESTRIO.

**Q**uod uolui, ut uolo impetraui, per amicitiam & gratiam  
A Philocomasio. PA. quid nam tam intus fuisse dicam diu?

PY. Nunquam ego me tam sensi amari, quam nunc ab illa muliere.

PA. Quid iam? PY. ut multa uerba fecit, ut lenta materies fiat?

Verum postremo impetraui ut uolui, donauitq; ei

Quæ uoluit, quæ postulauit, te quoq; ei dono dedi.

PA. Etiam me? quomodo ego uiuam sine te? PY. age, es bono animo,

Idem ego te liberabo. nam si posset ullo modo

Impetrari ut abiret, ne te abduceret operam dedi,

Verum oppressit. PA. deos sperabo, teq; postremo, tamen

Et si istuc mihi acerbum sit, quia hero te carendum est optimo,

Saltem mihi uoluptas est, cum ex uirtute formæ euenit tibi

Mea opera super hac uicina, quam ego nunc concilio tibi.

PY. Quid opus uerbis, libertatem tibi ego & diuitias dabo, (deceat

Si impetras. PA. reddam impetratum. PY. at gestio. PA. at modicè

Moderare animo, ne fiscupidus. sed eccam ipsam egreditur foras.

MILPHIDIP. ACROTELE. PYRGO.

PALAESTRIO.

**H**era eccum præsto militem. AC. ubi is est? MI. ad leuam. A. ut

MI. Aspicio limis oculis, ne ille nos se uidere sentiat. (deco.

AC. Video. MI. de pol nunc nos tempus est, malas peiores fieri.

AC. Tuum est principium, obsecro tute ipsum conuenisti.

Ne parce uoci ut audiat. MI. cum ipso pol sum secuta,

Placidè ipsa ut libitum est mihi, ociosè meo arbitrato, ut uolui.

PY. Audin quæ loquitur? PA. audio quam leta est quia adit ad te.

MI.



- MI. O fortunata mulier. PY. ut amari uideor. PA. dignus es.
- AC. Permimum ecastor prædicas, te adisse atq; exorasse.  
Per epistolam, aut per nuncium, quasi regem adiri eum aiunt.
- MI. Namq; edepol uix fuit copia adeundi atq; impetrandi.
- PA. Vi tu inclitus apud mulieres? PY. patiar quando ita Venus uult.
- AC. Veneri pol habeo gratiam, tandemq; & oro & quaeso,  
Ut eius mihi sit copia quem amo, quemq; expetisso,  
Benignusq; erga me ut fiet, quod cupiam ne grauetur.
- MI. Spero ita futurum, quanquam illum multa sibi expetissent;  
Ille illas spernit, segregatq; ab se omnis, extra te unam.
- AC. Ergo iste metus me macerat? quod illi fastidiosum st,  
Ne oculi eius sententiam mutent, ubi uiderit me,  
Atq; eius elegantia meam ex templo speciem spernat.
- MI. Non faciet, bonum animum modo habeto. PY. ut ipsa se contemnit?
- AC. Metuo ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet.
- MI. Istuc cur au, ut opinione illius pulchrior sis.
- AC. Si pol me ducere uolet uxorem, genua amplectar,  
Atq; obsecrabo aliquo modo: si non quibo impetrare,  
Consciscam letum, uiuere sine illo scio me non posse.
- PY. Prohibendam mortem mulieri uideo, mulierem adibon? PA. mini  
Nam tu te uilem feceris, si te ultrò largiere. (me.)  
Sine ultrò ueniat, queritet, desideret, te expectet.  
Summonere istam uis gloriam quam habes? caue sis faxis.  
Nam nulli mortali scio obtigisse hoc, nisi duobus,  
Tibi & Phaoni Lesbio, tam misere ut amarentur.
- AC. Eo intrò, abi tu illum euocato foras mea Milphidippa.
- MI. Immo operiamur, dum exeat aliquis. AC. durare nequeo.  
Quin etià intrò occluse sunt fores, effringam. MI. sana non es.
- AC. Si anauit unquam, aut si parem sapientiã hic habet ac formam,  
Per amorem si quid fecero, clementi animo mihi ignoscet.
- PA. Ut quaeso amore perdita est hæc misera? PY. mutuum fit.
- PA. Tace ne audiat. MI. quid astitisti obstupida? cur non pulsas?
- AC. Quia non est intus, quem ego uolo. PA. qui scis? AC. scio & depol,  
Nam odor è nasus sentiat, si intus fiet. PY. ariolatur. (olfacio.)

Quia me amat, propterea Venus fecit eam ut diuinaret.

AC. Nescio, ubi hic propè adest, quem expeto uidere, olet profectò,

PY. Naso pol iã hæc quidè uidet plus, quàm oculis. PA. cæca certè è.

AC. Tene me obsecro. MI. cur? AC. ne cadam. MI. quid ita? AC. quia  
hic astare

Nequeo, ita animus per oculos meos desit. MI. militem pol

Tu aspexisti? AC. ita. MI. non uideo ubi est. AC. uideres pol, si a-

MI. Nò ædè pol tu illū magis amas, q̄ egomet, si per te liceat. (mares,

PA. Omnes profectò mulieres te amant, ut queq; aspexit.

PY. Nescio tun' ex me hoc audieris an non, nepos sum Veneris. (tur?

AC. Mea Milphidippa, adi obsecro & congregare. PY. ut me uere-

PA. Illa ad nos pergit. MI. uos ego uolo. PY. & nos te. MI. ut iussisti,  
Hæram meam eduxi foras. PY. uideo. MI. iube ergo adire.

PY. Induxi animum ne oderim item ut alias, quando hoc orasti.

MI. Verbum hercle facere non potis, si accesserit propè ad te.

Dum te obtuetur, interim lingua atq; oculi perierunt. (muit,

PY. Leuandū morbum mulieri uideo. MI. uiden ut tremit atq; exti-

Postquam te aspexit? PY. uiri quoq; armati idem istuc faciunt,  
iube domum ire.

MI. Ne tu mirere melius mulierem. PY. sed quid uult me facere?

MI. Adsedeas, tecum uiuere uolt, atq; ætatem exigere.

PY. Egor' ad illam eam, que nupta sit? uir eius est metuendus.

MI. Quin tua causa exegit uirū a se. PY. quid? qui id facere potuit?

MI. Quia ædes dotales huius sunt. PY. ita ne? MI. ita pol. PY. iube

Iam ego illic ero. MI. uide ne sis in expectatione, (domum ire.

Ne illam animi excrucies. PY. non ero profectò. abite. MI. abi-

PY. Sed quid ego uideo? PA. qd uides? P. nescio qs ecclū incedit (mus.

Ornatu quidem thalassico. PA. iam nos uolt, hic profectò

Nanclerus est hic quidem, uidelicet accersit hanc hinc credo.

P LEVSIDES. PALÆSTRIO. PYRGO,

**S**ialium alio pacto propter amorem nesciam

Fecisse multa nequiter, uerear magis

Me amoris causa isto ornatu incedere.

Verum cum multos multa admisse acceperim,

Inhonor

PY.

PA.

PL.

PA.

PL.

PL.

PH.



Inhonestum propter amorem, atq; alienum à bonis,

Mitto iam, ut occidit Achilles, quid passus est?

Sed eccum Palastrionem, stat cum milite:

Oratio aliò mihi demutanda est mea.

Mulier profectò nata est ex ipsa mora.

Nam quæ uis alia, quæ mora est, æquæ mora.

Minor ea uidetur, quàm quæ propter mulierem est,

Hoc adedò fieri credo consuetudine.

Nam ego hanc accerso Philocomasium, sed fores

Pultabo. Heus ecquis hic est? PA. adolescens quid est?

Quid tu ais? quid pultas? PL. Philocomasium querito,

A matre illius uenio, si itura est, eat,

Omnis moratur: nauim cupimus soluere.

PY. Iamdudum res parata est. Heus Palaestrio

Aurum, ornamenta, uestem preciosam omnem ferat.

Duc adiutores tecum ad nauim qui ferant.

Omnia composita sunt, quæ donauit auferat.

PA. Eo. PL. quæso hercle propera. PY. non morabitur.

Quid istuc quæso, quid oculo factum est tuo?

PL. Habeo quidem hercle oculum. PY. at leuū dico. PL. cloquar.

Maris causa hercle istoc ego oculo utor minus.

Nam si à mari abstinuissem, tanquam hoc uterer,

Sed nimis morantur me diu. PY. eccos exeunt.

PALÆS. PHILO. PLEV. PYRGO.

**Q**uid modi flendo quæso hodie facies? PH. qd ego mi fleã  
Vbi pulcerrimè egi etatem, inde abeo. PA. uider ho-  
minem tibi (strio?

Qui à matre & sorore uenit? PH. uideo. PY. audistin Pale-

PA. Quid uis? PY. quoniam tu intus iubes efferi omnia, quæ isti dedi.

PL. Philocomasium salue. PH. & tu salue. PL. materq; & soror

Tibi salutem me iusserunt dicere. PH. salue fient.

PL. Orant te ut eas, uentus operam dum dat, ut uelum explicent.

Nam matri oculi si ualere, mecum uenisset simul.

PH. Ibo, quanquam inuita facio omnia, pietas sic cohibet. PL. sapis.

PY. Si non mecum etatem egisset, hodie stulta uiueret.

PH. Istuc crucior, à uiro me tali abalienarier.

Nam tu quamuis potis es facere uti fluat facietijs,  
Et quia tecum erā, propterea animo eram ferocior, (nequeo  
Eam nobilitatem amittendam uideo. PY. nimum hæc flet. PH.  
Cū te uideo. PA. habe bonū animū, scio ego, et quid doleat mihi.  
Nam nihil miror, si libenter Philocomasium hic eras.  
Forma huius, mores, uirtus animum attinere hic tuum,

Quū ego seruus, quando aspicio hunc, fleo, quia diiungimur.

PH. Obsecro licet complecti priusquam proficisco? PY. licet.

PH. O mei oculi, ô anime mi. PA. obsecro mitte mulierem, (lè  
Ne affligatur. PY. quid istuc? PA. postquā abs te abit, animo ma  
Factū ē huic repētē miseræ. PY. accurrite intrò, atq; afferte a-

PA. Nihil aquā moror. PY. cur? P. malo ne ipse interuenieris. (quam.  
Quæso dum respicito, capita inter se nimis nexa hic habent.  
Non placet, labra & labella inter se ferunt admodum.

PL. Tentabam spiraret an non, aut eam ad nos iam oportuit.  
Sin magis uis ambos mittam. PA. nolo retineat, fleo miser.

PY. Exite, atq; efferte huc intus omnia, quæ isti dedi.

PA. Etiam nunc saluto te familiaris, priusquam eo.

Conserui, conserueq; omnes, bene ualete, & uiuite,  
Bene quæso inter uos dicatis, & mihi absenti tamen.

PY. Age Palestrio, bono animo es. PA. heu nequeo quin fleam,  
Quū abs te abeā. PY. ser æquo animo. PA. scio ego quid dole

PH. Sed quid hoc, quæ res est? quid uideo? lux salue. (at mihi.

PL. iam respicisti? PH. obsecro quem amplexa sum (mea.  
Hominem? perij, sum ne ego apud me? PL. ne timeas uoluptas

FY. Quid istuc negocij? PA. animus hanc modò hic reliquerat:  
Metuoq; & timeo, ne hoc tandem propalām fiat nimis.

FY. Quid id ē? PA. nos secundū ferre nunc per urbē hæc omnia,  
Nequis tibi hoc uicio uortat. PY. mea, non illorum dedi,

Parui ego illos facio: agite, ite cum dijs bene uolentibus. (uale.

PA. Tua ego hoc caussa dico. PY. credo. PA. iā uale. PY. & tu bene

PA. Ite cito, iam ego assequar uos, cum hero pauca etiam loquar.

Quan-

PY.

PY.

PA.

PA.

PY.

PA.

PY.

PA.

PY.

PY.

PY.

PY.



- Quamquam alios fidelioris semper habuisti tibi  
 Quam me, tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium:  
 Et si ita sententia esset, tibi seruire mauelim  
 Multo, quam alij libertus esse. PY. habe bonū animum. PA. hau  
 Cum uenit in mentem, ut mores mihi mutandi fient, (mibi,  
 Muliebres mores discendi, obliuiscendi stratiotici.
- PY. Fac sis frugi. PA. iam non possum, amisi omnem libidinem.  
 PY. Isequere illos, ne morere. PA. bene uale. PY. & tu bene uale.  
 PA. Quæso ut memineris, si fortè liber fieri occæperim,  
 Mittam nuncium ad te, ne me deseras. PY. non est meum.
- PA. Cogitato identidem tibi quam fidelis fuerim,  
 Si id facies, tum demum sciuiti, qui bonus sit, qui malus.  
 PY. Scio & perspexi sæpe, uerum cum antehac, tum hodie maxime.  
 PA. Scis, immò hodie uerum factum faxo, post dices magis.  
 PY. Vix reprimor, quin te manere iubeam. PA. caue istuc feceris.  
 Dicent te mendacem, nec uerum esse, fide nulla esse te.  
 Dicant seruorum præter me esse fidelem neminem.  
 Nam si honestè censeam te facere posse, suadeam:  
 Verum non potest, caue faxis. PY. abi, iã patiar quicquid est.
- PA. Bene uale igitur. PY. ire melius est strenuè. PA. etiã nunc uale.  
 PY. Ante hoc factum hunc sum arbitratus semper seruum pessimū,  
 Eū fidelem mihi esse inuenio, cum egomet mecum cogito,  
 Stultè feci, qui hunc amisi, ibo nunc intrò nunc iam  
 Ad xnoris meos, etiam sensi hinc, sonitum fecerunt fores.

## PVER. PYRGOPOLINICES.

- N**E me moneatis, memini ego officium meum.  
 Ego iam conueniam illunc, ubi ubi est gentium  
 Inuestigabo, operæ ego non parcam meæ.
- PY. Me querit illic, ibo huic puero obuiam.  
 PV. Ehem te quero. Salue uir lepidissime,  
 Cumulate commoditate præter cæteros,  
 Duo di quem curant. PY. qui duo? PV. Mars & Venus.  
 PY. Facetum puerum. PV. intro te ut eas obsecrat,  
 Te uoluit, te querit, teq; expectans deperit.

- Amanti fer opem. quid stas? quin intrò is? PY. co.  
 PV. Ipsus illic sese iam impediuit in plagas.  
 Parate insidie sunt, in statu stat senex,  
 Vt adoriatur mœchum, qui forma est ferox.  
 Qui omnis se amare credit, quæq; aspexerit  
 Mulier: eum odere tam uiri, quàm mulieres.  
 Nunc in tumultum ibo, intas clamorem audio.

PERIPLE. PYRGO. COCVS. CARIO.  
 SCELEDRVS.

- D**Vcite istum: si non sequitur, rapite sublimem foras:  
 Facite inter terram atq; cœlum ut medius sit: discindite.  
 PY. Obsecro hercle Periplectomene te. PE. nec quicquã hercle obse  
 Vide istic tibi sit acutus Cario culter probe. (cras.  
 CA. Quin iam dudum gestio, mœcho hoc abdomen adimere,  
 Vt faciam quasi puero in collo pendeant crepundia. (inuolo?  
 PY. Perij. CA. haud etiam numero hoc dicis. lám ne in hominem  
 PE. Immo etiam prius uerberetur fustibus. CA. multum quidem.  
 PE. Cur es ausus subagitare alienam uxorem impudens? (PY. perij.  
 PY. Ita me dij ament, ultrò uentum est ad me. PER. mentitur.  
 Mane dum narro. PE. quid cessatis? PY. non licet mihi dicere?  
 PE. Dic. PY. oratus sum ad te uenire huc. PE. quare ausus? hem tibi.  
 PY. Hodie sum satis uerberatus, obsecro. CA. quàm mox secò?  
 PE. Vbi lubet distendite hominem diuorsum, & dispendite.  
 PY. Obsecro hercle te, ut mea uerba audias, priusquam fecer.  
 PE. Loquere, nondum nihili factus. PY. uiduam esse censui:  
 Itaq; ancilla conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.  
 PE. Iura te non nociturum esse homini nunc de hac re nemini,  
 Quod tu hodie hic es uerberatus, aut quod uerberabere.  
 Si te saluum mittimus hinc Ven: rium nepotulum.  
 PY. Iuro per Dionam & Martem, me nociturum nemini,  
 Quod ego hic hodie uapularim, iureq; id factum arbitror.  
 Et si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia.  
 PE. Quid si id non faxis? P. ut uiuam semper intestabilis.  
 AC. Verberetur etiam, post tibi amittendum censeo.





- PY. *Dij tibi benefaciant semper, cum aduocatus mihi bene es.*  
 CA. *Ergo des minā auri nobis. PY. quamobrem? CA. saluis testibus, ut te hodie hinc amittamus, Venerium nepotulum. Aliter hinc à nobis, ne sis frustra. PY. dabitur. CA. magis sapiens. De tunica & chlamyde & machæra, ne quid speres, non ferēs. Verbera ne etiā antequā mittis? PY. mitis sum equidē fustibus, Obsecro uos. PE. soluite istum. PY. gratiam iam habeo tibi.*  
 PE. *Si posthac prehendero, ego te hic arcebo testibus.*  
 PY. *Ciussam haul dico. PE. eamus intrò Cario. PY. seruos meos Eccos uideo. Philocomasium iam profecta est: dic mihi.*  
 SCE. *Iamdudū PY. hei mihi. SCE. magis dicas, si scias quod ego scio. Nanq; ille qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat.*  
 PY. *Quis erat igitur. SCE. Philocomasio amator. PY. quī tu scis? Nam postquam exierunt porta, nihil cessarunt illico (SCE. scio. Oculari atq; amplexari inter se. PY. uæ misero mihi. Verba mihi data esse uideo. scelus uir Palæstrio, Is me in hanc illexit fraudem, iure factum iudico. Si sic alijs mœchis fiat, minus hic mœchorum fiet. Magis metuāt, minus has res studeāt. Eamus ad me. Plaudite.*

## ANNOTATIONES.

**I**N hac fabula hoc solū ratione et arte factum esse à poeta uideri possit; quòd respondit *καταρσις*, id est finis ad principium, ut maximæ gloriæ et intolerabilis cuiusdam fastus, exitus sit turpis & pudendus. Est aut in hac fabula præcipuum, pictura imperitiæ superbiæ. quā poeta omnibus suis coloribus deformatam expressit, ut liceat hic quasi in speculo contemplari, ridiculam illam uanitatis imaginē, qua tument & efferuntur animi feroces hominū indoctorum, in aliqua præsertim fortunæ benignitate. Hoc uitium peculiare est adolescentis, quòd hæc ætas in quodam quasi impetu decurrentis uitæ, & in fiducia uirū exultare soleat & efferri, atq; esse indomita. Ideoq; negat prudentis. uir Aristoteles, idoneos esse iuuenes ad præcepta uirtutis. Nam de uolūtate & intelligentia illorū hæc quasi cautibus impacta resiliunt, neq; possunt adhærescere. Atq; idē docet nihil referre, utrū aliquis ætate sit iuuenili, an ingenio. Tales

les igitur nō uerbis tantū sunt docendi, sed reprimendi atq; coercendi disciplinæ seueritate, id est *καστριῶν*, à magistris, parentibus, seniorib. etiam à magistratibus, ne *ἀνδραγαθῶν* ad omne genus malorū facinorū corroborētur. Quid enim in neglectione aut conturbatione disciplinæ fiat, uidemus. Idēq; uel hæc nostra tempora nobis declarare, & demonstrare possunt mala domestica, ut aliunde petere exempla necesse non sit. Nā quid obsecro nūc requiri potest in omni tractatione bonarū artium & doctrinæ? An uirtutis & sapiētici muta est oratio? Imò qui iam, quid rectū, quid turpe sit, cōcionantur, qui oratione sua ad cultū ueræ uirtutis & beatæ uitæ homines incitare student, ij rauci propemodū facti sunt. Et ita sunt horū uoces notæ uulgo, atq; tā uiles, ut fit, quàm propè graculorum aut cornicū soni. Nihil aut agas, si puero semper abblandiens, aut etiā interminans, hoc dicas, Mi fili, hoc caue facias, imò ita decet: sed uerberibus uerba sunt cōdienda. neq; egrotō bene consuluerit medicus, si iusserit se accersere, si opus esse uideatur, aut nescio quid utiliter monuerit, & postea reliquerit illum in potestate fortunæ: sed accedere ipsum oportet, & adesse, & medicamenta adhibere, uim quandā salutarē afferre. Iam uerò cū accedit ad leuitatē ætatis ferocia militaris, tum uerò *κακίῃ* hoc est *ἀμαρτίῃ*, & in illud ipsum erumpit omnium tēporū infelicitas & dedecus. Ac intelligitur quidē ferē, & molestē fertur hæc insolentia: sed interim tamen genus istud hominū honorib. nobilitate, opib. præstat cæteris. Hæc uideri & cognosci non inutile, inq; etiā miseria intelligentib. iucūdū est. Apparet etiā hinc Pyrgopolinicarum et Thraasonū amētīā tantā cōmuni calamitate temporū sustineri, ut hoc supplicii dare de se improbitatem & petulantīā & impietatem hominū cōstet. et proponitur horribile exemplum quoq; irē Dei puniētis furorē hominum scelerib. & flagitijs furorū. Nā ubicūq; cōmotis reb. tanquā mari, stratiotici, ut ait Plautus, mores inundant, ibi pietas, religio, bonæ artes, cultus honestatis eliditur atq; interit. faculratū enim & rei familiaris naufragia, ipsaq; mors etiā, tum leuissima mala sunt. Naturę & legū iura uiolātur. nō fides, nō iusiurādū seruatur. Instituta maiorū conculcātur, Foris omnia sūt exposita præsentib. periculis: domus autē quæ debebat cuiq; esse tutiss. refugii, ea rapinis & iniurijs externorum patet. Nō ibi domi.



dominorum ius et dignitas defendi, nō protegi liberorum castris potest, *τιχὺν δ' ἡ τλήμων πάλμῳ ἐξήργασται*. Sed redeo ad fabulā. Huius nomen est Miles gloriosus, de persona & re factum. nam gloriosus gloriatorem significat, qui est ἀλαζών, ostentator & uanus. Tale autē est genus hoc militare hominum, qualis & Terentianus Thraso producitur, & alij à Plauto alibi. Argumentum fabulæ hoc est. Auexerat amicam adolescentis Attici miles, hoc factū indicare hero absenti seruus dum uult, capitur à piratis, & illi eidē fortē militi dono datur. statim agnoscit mulierē seruus, negotiorum occultat, rem omnē hero suo Atheniensi literis exponit: quid fieri oporteat, demonstrat. Aduenit ille adolescens Ephesum, ad senē hospitiē uicinū militis diuertitur. Erat utriusque domus paries cōmunis, quo perforatō copia fit amantib. cōgrediēdi. Sed militis alter seruus fortē mulierem in amatoris cōplexu uiderat. Id ne uidisse crederet, dolis serui Attici perficitur, qui illi persuadet adesse geminam herilis amicæ sororem. Postea militi persuadetur, amari ipsum mirificē ab uxore senis uicini: itaq; dimittit concubinam, et mox deprehensus per insidias pro mæcho plectitur. Res geritur Ephesi. Personæ fabulæ sunt, *πυργαπολιεύς*, arrogans nomen, quo significatur munitionum et urbium uictoria. *ἀρήβρωγῶ*, quasi panuorū. *καλαστρίων*, à *πάλαστρα*, hoc est ludo. *πρόπιπυκατομέλις*, nomē hoc ea forma factū, qua *θηραμέλις*, significat uim quandam pertinaciæ. *σπίλις*, leniti et segnis habet significationem *οἶονεὶ σπίνος ἔχων ἰσχύον*, id est, minus agiles pedes. *φιλοναμάσιον*, comestationū amicā notat. *πλοῦσιος* uerō nauigator est. Lucio græca forma nominis à lucro *κακρίων*. nisi quis malit *ἀπὸ τ' ἰσχυρῶ*, quo uocabulo nescio cuius gentis lingua caluos uocatos annotarūt, deriuare. De Melphidippa non inuenio quid faciam, ne de Melphidippa quidem, ut aliqui scripserunt, est *μυλφῶν* significare græcis traditur pilorum in palpebris defluuium, ut *μυλφῆς* et *μυλφιδίππων* fieri poterit, qua forma fecere *ἰοίππων* et *μυρῶπιππων*. *ἀγοτιλοῦσιον*, significat propriē finē uerus, ut Thucyd. in secundo ait, iactatū fuisse *ἀγοτιλοῦσιον* oraculi Delphici, *τὸ πηλασγικὸν ἀργὸν ἄμανον, κερῶν*, uel appellatio ne gētili *ἀπὸ τ' κερῶν*, uel denominatione *ἀπὸ τ' κέρων*. ita esset somnolentus. Est et alius puer *ἀνώνμῶ*. & fit in fabula mentio *ἄγανθῆς*, quod nomen significationem habet dulcedinis.

Argue

Argumentorum & primæ scenæ in hac fabula uersus sunt ternarij iambici.

*Gestit fratrem.*) Liquidò hæc scriptura in ueteri nostro libro extat, metaphora eleganti. Nam gloriose nugatur miles,ensem suum gestire cruentari in hostibus: id est, consanguineum siue *μακρῶν* habere hostem. Dicuntur autem fratres propriè consanguinei: etsi aliorum quoq; propinquorum est appellatio hæc, ut popularium, in *Pœnulo*. Sed illa etiam iuris est, ut *Instit. lib. 3.* ex eodem patre nati fratres consanguinei uocantur.

*In campis Gurgustidonijs.*) Alibi aliter hæc dictio legitur. Nos ut in nostro exemplo reperimus, ita exarari curauimus. Est autè per iocum ficta à poeta à *Gurgustijs* forma gentili, ut *Chalcedonijs*. sequentia itidem ridiculè ficta sunt.

*Ni unum.*) Etsi à *Varrone* hic locus *Plauti* citatur, tamen neq; hoc, neq; antiquus liber ad emendationem quicquam habuit momenti, opis uè attulit. In nostro quidem libro sanè legitur scriptura manifesta, non in sanè.

*Sycolatronidæ.*) Hanc scripturam collegimus de uestigijs exemplaris ueteris, & puto ueram esse. Iocatur autem in nomine *Plautus*, cuius idem esset initium quod *sycophantæ*.

*Assiduo edis.*) Hæc quidem scriptura extat in ueterib. libris, sed cum litura: & falsam esse existimo, cū longa syllaba sit in uerbo edo, cum significat profero & publico.

*Ephesus est, idem.*) In ueteri, *Ephesum* est, mutato genere, ut & in alijs fecerunt Latini. Pro idem, fortasse scribendum ibidem.

*Nisi hercle.*) Huius scenæ uersus sunt quadrati integri quidā pleriq; *Trochaici* *τρίβητος* *νασσακτινος*, itidemq; mox sequentis.

*Aggrediar hom.*) Versus hic in nostris ueterib. libris mutilus est.

*Quemadmodum.*) Abstitit, secessit. et mox annotatur in nostro libro, Cogitat, id est, Curas congregat.

*Dexterum ita.*) Veterè scripturā fideliter retulimus: sed uersus, id quod deminuti quoq; numeri indicant, est corruptus.

*Nā os colūnatū.*) Alij aliter architectātes hūc locū elaborarūt. Nos ueterè scripturā fideliter retulimus, et credimus esse uerā.

*Tibi ego dico.*) Alij aliter hūc uersum perscripsere. Ego mēdofū esse indicare possū, correctionē nō possū. Sic aut̄ habet scriptura uetus, Si quis fortè cogitare amplius uelit, an heriatu nescis.

Curre



*Curre in obs.*) In ueteri est, Cor in obs. Itaq; uenit mihi in mētem, legi posse, Coge in obs.

*Magnam illic.*) Si libeat coniecturas sequi, sic censeam hunc uersum legendum, Magnam illic hanc rem incipissis, Magna munis mœnia. & putarim non longè abesse hæc à uero.

*Dum ego in teg.*) Scriptura ueteris libri expressa est. Sed legendum fortassis, educit.

*Præcepta fac ut.*) Huius scenæ uersus sunt quadrati *καταλυσις* *λαβίνος*.

*Heus hercle.*) Duplex hoc loco scriptura est uetus, & hæc quæ exponi curauimus: & hæc, Heus hercle præsens somnium.

*Inde ignem in aram.*) Et huius scenæ uersus similes sunt uersuū proximè antecedentium, usq; ad hunc, Qui cum nisi tecum. à quo deinceps *τροχίνοι*.

*At istuc.*) Versus mendosus est.

*Faciunt ut.*) Versus est mutilus.

*Satin abijt.*) Versus huius scenæ sunt senarij iam bicipi.

*Cobibete intra.*) Versus huius scenæ sunt *τετραμτροι καταλυσις* *και τροχίνοι*.

*Nam bonum.*) Deest & in hoc uersu aliquid.

*Quis homo.*) Suspecta scriptura totius uersus.

*Deum uirtute.*) Hic uersus emendari à me, neq; de libro ueteri, neq; de Nonio potuit: qui docet, uirtute hoc loco significari auxilium.

*Tum patricam.*) Relinquo & hanc scripturam in dubio.

*Cui facietiarum.*) In nostro libro, mens, non legitur, quod alii qui addiderunt, & sanè nō repugnat sensus, & numeri aliquid tale requirunt. Ego uerum putarim, Cor corpusq;.

*Quantas res.*) Versus sunt senarij Iambici.

*Dimisit.*) Scriptura ueterum librorum ita est confusa & praua, ut nihil certi elici potuerit hoc loco: in alijs plerisq; fecimus quod potuimus.

*Neq; ille hic.*) Versus numeris imperfectus est: & ubi nos, ebit, repositimus, in ueteri scriptura erat minus liquida.

*Si falsa dixis.*) Vbi nos loris fecimus, in antiquo erat scriptura *ἀτιμωτος*.

Tibi dixi.) Non affirmo assecari in hoc uersu uerū esse, sed de scriptura ueteri deprauata hoc effinximus. alij deartuari fecerunt. Rem omnem.) Versus sunt & hi septenarij hipponactei. (rū. Voluptas est.) Versus huius scenæ sunt *τιτράμετροι κατὰ ληκτινὴν τροχαίοντος.*

Iam ne est ante aedes circus.) Versus similes uersuum proxime antecedentis scenæ. sententia autem est. An locus pateat ad faciendos ludos. Ac est fortaſſe uerū, ubi sunt ludi faciendi mihi.

Palam rem.) Vel patere. Nam ueterum librorum scriptura est corrupta.

Quid mihi nunc.) Versus huius scenæ sunt iambici senarij.

Sequimini.) Versus huius scenæ sūt *τιτράμετροι τροχαίνοι κατὰ ληκτινὴν.* Summa nupt.) Vel summè, ut sit summè cupiens. Etſi, ne quid diſſimulem, in ueteri libro est scriptura minus liquida, ut pro summè, omen, uel omnino exprimi potuiſſe uideatur.

Hera eccum.) Versus sūt septenarij huius scenæ hipponactei.

Quin etiam intrò.) Expressa est scriptura librorum ueterum. Alij tamē fecerunt, Quin eam intrò. & ut dicat Milph. occluſæ sunt fores. Acrot. Effringam.

Si alium.) Versus sunt senarij Iambici.

Quid modi flendi.) Versus sunt *τιτράμετροι κατὰ ληκτινὴν τροχαίνοι.*

Quæſo dum resp.) Non affirmare auſim hos duos uersus esse emendatos. minus tamen certè noſtra scriptura à ueteribus libris abducta est, quàm uulgatæ editionis.

Sed quid.) Et de duobus his uersib. quid affirmè, nō habeo, nisi quidē mutatum genus est. mutilos esse hos, manifestū est.

Ne me mon.) Versus sunt senarij Iambici.

Ducite istum.) Quadrati *κατὰ ληκτινὴν τροχαίνοι.*

Aliter hinc.) Oratio inter minas imperfecta: intelligetur autem, Non abibis.

Verbero ne.) Liquidè exaratum hoc in noſtris. Et est uenusta alluſio in mittis & mitis.

Scelus uiri.) Ita in noſtro quidem libro legitur: sed suspicor uerum esse Scelus uiri, & sic numeri rectius constant.

FINIS.



## MERCATOR.

## DRAMATIS PERSONAE.

CHARINVS	adolescens.
ACANTHIO	seruos.
DEMIPHO	senex.
LYSIMACHVS	senex.
	Lorarij.
EVTYCHVS	adolescens.
PASICOMPSA	meretrix.
DORIPPA	uxor.
SYRA	anus serua.
COCVS.	

## ARGVMENTVM.

Missus Mercator ab suo adolescens patre,  
 Emit, atq; apportat scita forma mulierem.  
 Requirit quae sit, postquam eam uidit senex.  
 Con fingit seruus emtam matri pedisequam.  
 Amat senex hanc, ad se simulans uendere  
 Tradit uicino. eum putat uxor illius  
 Obduxisse sibi scortum. tum Charinum ex fuga  
 Retrahit sodalis, postquam amicum inuenerat.

## ALIVD ARGVMENTVM.

Mercatum ad socium filium extrudit pater,  
 Is peregrè unius redimit ancillam hospitis  
 Amore captus, ut uehit, nauis exilit.  
 Pater aduolat, uisamq; ancillam perperit.  
 Cuius sit percontatur seruus pedisequam  
 Ab adolescente, ait matri emtam esse ipsius.  
 Senex sibi prospiciens ut amico suo  
 Veniret, natum orabat. natus ut suo  
 Hic filium subdiderat uicini, pater  
 Vicinum. pro mercatur ancillam senex.

Eam domi deprehensam coniunx illius  
 Vicini scortum insimulat, protelat uirum.  
 Mercator expes patria fugere destinat,  
 Prohibetur à sodale, qui patrem illius  
 Orat, suo cum patre nato ut cederet.

## PROLOGUS.

CHARINVS.

**D**Vas res simul nunc agere decretum est mihi,  
 Et argumentum et meos amores eloquar.  
 Non ego idem facio, ut alios in comœdijs  
 Vidi facere amatores, qui aut nocti, aut die,  
 Aut soli, aut lune, miseras narrant suas.  
 Quos pol ego credo humanas querimonias  
 Non tanti facere, quid uelint, quid non uelint.  
 Vobis narrabo potius meas nunc miseras.  
 Græcè hæc uocatur, Emporos Philemonis,  
 Eadem Latine Mercator Marci Accij.  
 Pater ad mercatum hinc me meus misit Rhodum,  
 Biennium iam factum est, postquam abij domo:  
 Amare occœpi forma eximia mulierem.  
 Sed eam, ut sim implicitus dicam, si opera est auribus,  
 Atq; ad aduertendum animum adest benignitas.  
 Et hoc parum etiam more maiorum institi.  
 Per me ea percontatus sum uos, sumq; index illico.  
 Nam amorem hæc cuncta uitia sectari solent,  
 Cura, ægritudo, nimiaq; elegantia,  
 Hæc non illum modo qui amat, sed quenq; attingit,  
 Magno atq; solido multat infortunio.  
 Nec pol profectò quisquam sine grandi malo,  
 Præquam res patitur, studuit elegantie.  
 Sed amori accedunt etiam hæc quæ dixi minus,  
 Insomnia, ærumna, error, terror, et fuga,

Ineptia



Ineptia, stultitiaq; adeo, & temeritas,  
 Incogitantia, excors immodestia,  
 Petulantia, cupiditas & malevolentia:  
 Inheret etiam auuiditas, desidia, iniuria,  
 Inopia, contumelia, & dispendium,  
 Multiloquium, pauciloquium. hoc ideo fit, quia  
 Quae nihil attingunt ad rem, nec sunt usui, haec  
 Amator profert saepe aduerso tempore.  
 Hoc pauciloquium rursum iccirco praedico,  
 Quia nullus unquam amator adeo si callide  
 Facundus, quae in rem sint suam, ut possit loqui.  
 Nunc uos mihi irasci ob multiloquium non decet.  
 Eodem quo amorem Venus mihi hoc legauit die,  
 Illuc reuerti certum, ut conata eloquar.  
 Principio atq; animus ephebis etate exijt,  
 Atq; animus studio amotus puerili est meus,  
 Amare ualide coepi hic meretricem, illico  
 Res exulatum ad illam abibat iam patris.  
 Leno importunus dominus eius mulieris,  
 Vi summa quicq; ut poterat rapiebat domum.  
 Obiurgare pater haec me noctes & dies,  
 Perfidiam, iniustitiam lenonum expromere:  
 Lacerari ualide suam rem, illius auerier.  
 Summo haec clamore interdum mihi se colloqui  
 Abnuere, negitare adeo me natum suum.  
 Conclamitare tota urbe & praedicere,  
 Omnes tenerent mutuanti credere.  
 Amorem multos illexe in dispendium.  
 Intemperantem, non modestum, iniurium,  
 Trahere, exhaurire me quod quirem ab se domo.  
 Rationem pessimam esse, ea quae ipsus optima  
 Omnes labores inuenisset per ferros,  
 Amoris ui diffunditari, ac deteri.

Conuicium tot me annos iam si pasceret.  
 Quod nisi puderet, ne luberet uiuere.  
 Sese extemplò ex ephebis postquam excesserit,  
 Non ut ego amori, neq; desidia in ocio  
 Operam dedisse, neq; potestatem sibi  
 Fuisse, adeò arctè cohibitum esse se à patre,  
 Multo opere immondo rustico se exercitum.  
 Neque nisi quinto anno quinq; posse tum uisere  
 Urbem, atq; extemplò inde ut spectauisset peplum,  
 Rus rursum confestim exigi solitum à patre,  
 Ibi multo primum se familiarium  
 Laborauisse, quom hæc pater sibi diceret:  
 Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis,  
 Tibi deniq; iste pariet letitiam labos.  
 Postquam recessit uita patrio corpore,  
 Agrum se uendidisse, atq; ea pecunia  
 Nauim metretas quæ trecentas tolleret,  
 Parasse, atq; ea semper cis uectatum undiq;  
 Adeò dum questum haberet, peperisset bona.  
 Me idem decere, si, ut deceret me, forem.  
 Ego me ubi inuisum meo patri esse intelligo,  
 Atq; esse odio me quoi placere æquum fuit,  
 Amens amansq; ut ut animum offirmo meum,  
 Dico esse iturum me mercatum, si uelit:  
 Amorem missum facere me, dum illi obsequar.  
 Agit gratias mihi, atq; ingenium allaudat meum.  
 Sed mea promissa non neglexit persequi,  
 Aedificat nauim Cercurum, & merces emit.  
 Parata nauim imponit, præterea mihi  
 Talentum argenti ipsius sua annumerat manu,  
 Seruum unà mittit, qui olim à puero paruulo  
 Mihi pedagogus fuerat, quasi uti mihi foret  
 Custos, ijsce confectis nauim soluimus;



Rhodium uenimus. ubi quas merces uexeram,  
 Omnes, ut uolui, uendidi ex sententia,  
 Lucrum ingens facto, præterquam mihi meus pater  
 Dedit æstimatas merces. ita peculium  
 Conficio grande. sed dum in portu ibi ambulo,  
 Hospes me quidam agnouit, ad cœnam uocat.  
 Venio, decumbo, acceptus hilare atque ampliter.  
 Discubitum noctu ut inus, ecce ad me aduenit  
 Mulier, qua mulier alia nulla est pulchrior:  
 Ea nocte mecum illa hospitii iussu fuit.  
 Vosmet uidete, quàm mihi ualde placuerit  
 Postridie hospitem adeo, oro ut uendat mihi.  
 Dico eius pro meritis gratum me & munem fore.  
 Quid uerbis opus est? emi, atq; aduexi heri.  
 Eam me aduexisse nolo resciscat pater.  
 Modò eam reliqui ad portum in naui, & seruolum.  
 Sed quid currentem seruum à portu conspicio?  
 Quem naui abire uetui. timeo quid fiet.

## ACANTHIO. CHARINVS.

**E**X summis opibus uiribusq; usque experire, nitere,  
 Herus ut minor opera tua seruetur: agedum Acanthio  
 Abige abs te lassitudinem, caue pigritiæ præuertes,  
 Simul emicato suspiritus, uix suffero hercle anhelitum.  
 Simul autem plenissimè eos qui aduersum eunt aspellito,  
 Detrude, deturba in uiam. hæc hic disciplina pessima est,  
 Currèti, properanti, haud quisquam dignum habet decedere,  
 Ita tres simitu res agendæ sunt, quando unam occæperis:  
 Et currendum & pugnandum, & ante iurgandum est in uia.  
**CH.** Quid illud est, quod ille tam expeditè exquirit cursuram sibi?  
 Cura est, negocij quid sit, aut quid nunciet. AC. nugæ ago.  
 Quàm resisto, tam maximè res in periculo uortitur.  
**CH.** Mali nescio quid nunciat. AC. genua hûc cursorem deserunt,  
 Perij, seditionem facit licen, occupat præcordia.

- Perij: animam nequeo uertere, nimis nihili tibi censtem.
- CH. At tu edepol sume laciniam, atq; absterge sudorem tibi.
- AC. Nunquã edepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximēt,  
Domin' an foris dicam esse herum Charinum? CH. ego animi  
pendeo.
- Quid illud sit negotij, lubet scire, ex hoc metu ut sim certior.
- AC. At etiam asto, at etiam cesso foribus facere hisce assulas?  
Aperite aliquis, ubi Charinum seruus, domin' est an foris?  
Nũ quisquã adire ad ostium dignum arbitratur? CH. ecce me  
Acanthio, quem quæris. AC. nusquã est disciplina ignauior.
- CH. Quæ te res malè agitant? AC. multæ here te atq; me. CH. quid  
est negocij? (tigit.
- AC. Perijmus. CH. principii inimicis dato. AC. at tibi sortito id ob
- CH. Loquere id negocij quicquid est, AC. placidè uolo acquiescere.  
Tua caussa rupi ramices, iam dudum sputo sanguinem.
- CH. Resinam ex melle Aegyptiã uorato, saluum feceris.
- AC. At tu edepol calidam picem bibito, ægritudo abscesserit.
- CH. Hominem ego iracundiorẽ, quã te, noui neminem.
- AC. At ego maledicentiorẽ, quã te, noui neminem.
- CH. Sin' saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo.
- AC. Apaze istiusmodi salutem, cum cruciatu quæ aduenit.
- CH. Dic mihi an boni quid usquam est, quod quisquam uti possiet  
Sine malo omni, aut ne laborem capias, cum illo uti uoles?
- AC. Nescio ego istæc, philosophari nunquam didici, neq; scio.  
Ego bonum malum quo accedit, mihi dari haud desidero.
- CH. Cedò tuam mihi dexteram agendum Acanthio. AC. en dabitur,  
tene.
- CH. Vir tu te mihi esse obsequentem, an ne uis? AC. opera licet  
Experiri, qua me rupi caussa currendo tua,  
Ut quæ scirem, scire actutum tibi liceret. CH. liberum  
Caput tibi faciam paucos menses. AC. palpo percutis.
- CH. Egon' ausim tibi usquam quicquam facinus falsum proloqui?  
Quin iam priusquam sim elocutus scis, si mentiri uolo. AC. ab,



*La situdinem hercle uerba tua mihi addunt, enicas.*

CH. *Siccine mihi obsequens es? AC. quid uis faciã? CH. tur? id quod uolo.*

AC. *Quid est igitur quod uis? CH. dicã. AC. dice. CH. at enim placi*

AC. *Dormientes spectatores metuis, ne è somno excites. (dè uolo.*

CH. *Ve tibi. A C. tibi equidem à portu apporto hoc. CH. quid fers? dic mihi.*

AC. *Vim, metum, cruciatum, curam, iurgiumq; atq; inopiam.*

CH. *Perijt, tu quidem thesaurum huc mihi apportauisti mali.*

*Nullus sum. AC. immò es. CH. scio iam miserum dices. AC. tu dixti. CH. ergo taces?*

*Quid istuc est mali? AC. ne rogitas, maximum infortuniũ est.*

CH. *Obsecro dissolue iam me, nimis diu animi pendeo.*

AC. *Placide, multa exquirere etiam prius uolo, quàm uapulem.*

CH. *Heracle uerò uapulabis, nisi iam loquere, aut hinc abis.*

AC. *Hoc sis uide, ut palpatur, nullus est quum occæpit blandior.*

CH. *Obsecro hercle, oroq; ut istuc quid sit, actutum indices:*

*Quandoquidem mihi supplicandum seruulo uideo meo.*

AC. *Tandem indignus uideor. CH. imò dignus. AC. equidè credidi.*

CH. *Obsecro, num nauis periijt? AC. salua est nauis, ne time. (dis*

CH. *Quid alia armamèta? AC. salua et sana sunt. CH. quin tu expe-*

*Quid fiet, quòd me per urbem currens quærebas modò.*

AC. *Tu quidem ex ore orationè mihi eripis. CH. tacco. AC. tace.*

*Credo si boni quid ad te nunciem, instes acriter,*

*Qui nunc cum malum audiundum sit, flagitas me ut eloquar.*

CH. *Obsecro hercle te istuc uti tu mihi malum faciã palàm.*

AC. *Eloquar, quandoquidem me oras. tuus pater. CH. quid meus pater?*

AC. *Tuã amicã. CH. quid eã? AC. uidit. CH. uidit? ue misero mihi?*

*Hoc quidè te interrogo, respòde. AC. quin tu si quid uis roga.*

CH. *Qui potuit eã uidere? AC. oculis. CH. quo pacto? AC. hiantib.*

CH. *Ihinc hodie dicrectus, nugare in re capitali mea.*

AC. *Qui malum ego nugor? si tibi quod me rogas, respondeo.*

- CH. Certen' uidit? AC. tam hercle certè, quàm ego te ac tu me uides.
- CH. Vbi eam uidit? AC. intus intra nauim, uti propè astitit.  
Et cum ea confabulatus est. CH. perdidisti me pater.  
Ehò tu, ehò tu, quin cauisti ne eam uideret uerbero?  
Quin scelestè abstrudebas, ne conspiceret eam pater?
- AC. Quia negotiosi eramus nos nostris negotijs,  
Armamentis complicandis, componendis studuimus.  
Dum hæc aguntur, lembo aduehitur tuus pater pauxillulo:  
Neq; quisquam hominem conspiciatus est, donec in naui super.
- CH. Nec quicquam mare subterfugi seuis tempestatibus.  
Equidem iam me censebam esse in terra, atq; in tuto loco,  
Verùm uideo me ad saxa ferri seuis fluctibus.  
Loquere porrò quid sit actum. AC. postquã aspexit mulierè,  
Rogitare occœpit cuius esset. CH. quis respondit? AC. illico  
Occurri, atque interpello, matri te ancillam tuæ  
Emisse illam. CH. uisus tibi credere id? AC. etiam rogas?  
Sed scelestus subagitare occœpit, CH. illam ne obsecro?
- AC. Mirum quin me subagitaret. CH. edepol cor miserum meum,  
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem.  
Perij. AC. hem istuc unum uerbum dixisti uerissimum:  
Stultitia istæc est. CH. quid faciam cedo, non credet pater  
Si illam matri meæ emisse dicam. pòst autem mihi  
Scelus uidetur, me parenti proloqui mendacium.  
Neque ille credet, neq; credibile est forma eximia mulierem  
Eam me emisse ancillam matri. AC. non taces stultissime?  
Credet hercle. nam credebat iam mihi. CH. metuo miser,  
Ne patrem præhendat ut sit gesta res suspicio.  
Hoc quod te rogo, responde mihi. AC. queso quid rogas?
- CH. Num esse amicam suspicari uisus est? AC. non uisus est. (dem  
Quin quicq; ut dicebã, mihi credebat. CH. uerùm, ut tibi qui-  
uisus è. AC. nò, sed credebat. CH. uæ mihi misero, nullus sum.  
Sed quid ego hic in lamentando pereò, ad nauim non eò?  
Sequere. AC. si istac ibis, commodum obuiam uenies patri,  
Posteaquam



Posteaquam aspiciet te timidum esse atque exanimatum, illico  
 Retinebit. rogabit, unde illam emeris, quanti emeris,  
 Timidum tentabit te. CH. hâc ibo potius. iam censes patrem  
 Abijisse à portu? AC. quin ea ego huc præcucurri gratia,  
 Nete opprimeret imprudentem, atq; electaret. CH. optime.

DE MIPHOSenex.

**M** Iris modis dij ludos faciunt hominibus,  
 Mirisq; exemplis somnia in somnis danunt.  
 Velut ego nocte hac quæ præterijt proxima  
 Insomnis egi satis, & fui homo exercitus.  
 Mercari uisus mihi sum formosam capram,  
 Ei ne noceret, quam domi antè habui capram,  
 Neu discordarent, si ambo in uno essent loco.  
 Posterius quàm mercatus fueram, uisus sum  
 In custodiam eam Simiæ concredere.  
 Ea Simia adeò post haud multo ad me uenit,  
 Malè mihi precatur, & facit conuicium:  
 Ait sese illius opera atq; aduentu capræ,  
 Flagitium & damnum fecisse haud mediocriter.  
 Dicit capram quam dederam seruandam sibi,  
 Suae uxoris dotem ambadedisse. oppidò  
 Mihi illud uideri mirum, ut una illec capra  
 Vxoris Simiæ dotem ambadederit.  
 Instare factum Simiæ: atq; hoc deniq;  
 Respondet, ni properem illam ab sese abducere,  
 Ad me intrò domum ad uxorem ducturum meam.  
 Ast non habere cui commendarem capram  
 Atque oppido hercle, bene uelle illi uisus sum,  
 Quo magis quid facerem cura cruciabar miser.  
 Interea ad me hæc uisus est aggrediri,  
 Infit mihi prædicare, sese ab Simia  
 Capram abduxisse, & cœpit irridere me.  
 Ego enim lugere, atq; illam abductam conquiri,

Hoc

Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,  
 Nequeo inuenire, nisi capram illam suspicor  
 Iam me inuenisse quæ sit, aut quid uoluerit.  
 Ad portum hinc abij mane cum luci simul,  
 Postquam illic quod uolui transegi, atq; ego conspicio  
 Nauem ex Rhodo, qua heri est aduectus filius,  
 Collibitum est illud mihi, nescio qui, uisere:  
 Ascendi in lembum, atq; ad nauim aduehor, atq; ego  
 Illam conspicio forma eximia mulierem,  
 Filius quam aduexit meus matri ancillam suæ.  
 Quam ego postquam aspexi, non ita amo ut sani solent  
 Homines: sed eodem pacto ut insani solent.  
 Amaui hercle equidem ego olim in adolescentia:  
 Verum ad hoc exemplum nunquam, ut nunc insanio.  
 Vnum quidem hercle iam scio, periisse me.  
 Vosmet uidete cæterum quanti siem,  
 Nunc hoc profectò sic est, hæc illa est capra.  
 Sed simia illa atq; hæcudus timeo quid uelint.  
 Sed conticescam, uicinam eccum, exit foràs.

## LYSIMACHVS. DEMIPHO.

## LORARI.

- P**rofectò ego illunc hircum castrari uolo,  
 Ruri qui nobis exhibet negocium.
- DE. Nec omen illud mihi, nec auspicium placet,  
 Quasi hircum metuo ne uxor me castrat mea,  
 Atq; illius hæc nunc simiæ parteis ferat.
- LY. I tu hinc ad uillam, atq; istos rastro uillico  
 Pisto ipsi facito coram ut tradas in manum,  
 Vxori facito ut nuncies negocium  
 Mihi esse in urbe, ne me expectet, nam mihi  
 Tres hodie lites iudicandas dicitio,  
 Ei & hoc memento dicere. LO. nunquid amplius?
- LY. Tantum est. DE. Lysimache salue. LY. euge & tu Demipho  
 Salue.



- Salueto. quid agis? quid fit? DE. quod miserrimus.  
 LY. Dij melius faxint. DE. dij hoc quidem faciunt. LY. quid est?  
 DE. Dicam, si tibi uideam esse operam aut ocium.  
 LY. Quanquam negocium est, si quid uis Demipho,  
 Non sum occupatus unquam amico operam dare.  
 DE. Benignitatem tuam mihi experto predicas.  
 Quid tibi ego etatis uideor? LY. Acherunticus,  
 Senex, uetus, decrepitus. DE. perior se uides.  
 Puer sum Lysimache septuennis. LY. sanus es?  
 Qui puerum te esse dicas. DE. uera predico.  
 LY. Modò hercle in mentem uenit, quid tu diceres,  
 Senex cum extemplò est, iam nec sentit, nec sapit,  
 Aiunt solere eum rursum repuerascere.  
 DE. Immò bis tanto ualeo, quàm ualui prius.  
 LY. Bene hercle factum, et gaudeo. DE. immò si scias.  
 Oculis quoq; etiam plus iam uideo, quàm prius.  
 LY. Bene est. DE. malam rem dico. LY. iam istuc non bonum est.  
 DE. Sed ausim ne ego tibi eloqui, si quid uelim?  
 LY. Audacter. DE. animum aduerte. LY. fiet sedulò.  
 DE. Hodie ire in ludum occæpi litterarium,  
 Lysimache ternas scio iam. LY. quid ternas? DE. amo.  
 LY. Tur capite cano amas senex nequissime.  
 DE. Seu canum, seu istuc rutilum, seu atrum est, amo.  
 LY. Ludificas nunc tu me hic opinor Demipho.  
 DE. Decide collum, si falsum est uti loquar:  
 Vel ut scias me amare, cape cultrum, seca  
 Digitum uel aurem, uel tu nasum, uel labrum,  
 Si mouero me, seu secari sensero,  
 Lysimache, autor sum uti me amando hic enices.  
 LY. Si unquam uidisti pictum amatorem, hem illic est.  
 Nam meo quidem animo uetulus, decrepitus senex  
 Tantidem est, quasi sit signum pictum in pariete.  
 DE. Nunc tu me credo castigare cogitas.

- LY. Ego te? DE. nihil est iam quod tu mihi succenseas,  
 Fecere tale ante alij spectati uiri.  
 Humanum amare est, humanum autem ignoscere est.  
 Nescis? ne obiurga. hoc non uoluntas me impulit.
- LY. Quin non obiurgo. DE. at ne deteriore tamen  
 Hoc facto ducas. LY. ego ne te? ah ne di siuerint.
- DE. Vide sis modò etiã. LY. uisum? DE. certen? LY. per dis me.  
 Hic homo ex amore insanit, nunquid uis? DE. uale.
- LY. Ad portum propero: nam ibi mihi negotium est.
- DE. Bene ambulato. LY. bene ualet. DE. bene fit tibi.  
 Quin mihi quoq; etiam est ad portum negotium,  
 Nunc adeò illuc ibo. Sed optime gnatum meum  
 Video. eccum, opperiar hominem, hoc nũc mihi uiso est opus,  
 Huic persuadere quomodo potis siem?  
 Ut illam uendat, ne ue det matri suæ.  
 Nam ei dono aduexe audiui. sed præcauto est opus,  
 Ne ad illam me animum adiecisse aliqua senti at.

## CHARINVS, DEMIPHO.

**H**omo me miserior nullus est æquè, opinor,  
 Neq; aduersa cui sint plura sempiterna.  
 Satin quicquid est ut quam rem agere occæpi,  
 Proprium nequit mihi euenire quod cupio.  
 Ita mihi mala res obijcitur aliqua,  
 Bonum quæ meum comprimit consilium.  
 Miser amicam mihi parauit animi causa precio,  
 Ratus clam patrem meum posse habere.  
 Is resciiuit, et uidit, et perdidit me.  
 Neq; is, cum roget, quid loquar cogitatum est,  
 Ita animi decem in pectore incerti certant.  
 Nec quid corde nunc consilij capere possim  
 Scio, tantus cum cura meus est error animo.  
 Dum serui mei per placet mihi consilium,  
 Dum rursum haud placet, nec pater potis uidetur



Induci, ut putet matrici ancillam emtam esse illam.  
 Nunc si dico, ut res est, atq; illam mihi me  
 Emisse indico, quemadmodum existimet me?  
 Atq; illam abstrahat, trans mare hinc uenum asportet.  
 Scio se uisus quam sit homo, & durus. igitur hoccine est  
 Amare? arare mauelim, quam sic amare.

Iam hinc olim inuitum domo extruxit ab sese,  
 Mercatum iussit ire, ibi hoc malum inueni, ubi  
 Voluptatem & aegritudo uincat. quid ibi inest amoeni?  
 Nec quicquam abdidit, abscondidi, abstrusam habebam.  
 Musica est meus pater: nihil potest clam illum haberi.  
 Nec sacrum, nec tam profanum quicquam est, quin  
 Ibi illico a sit. nec qui rebus meis  
 Confidam, mihi ulla spes in corde certa est.

DE. Quid illuc est, quod solus secum fabulatur filius,  
 Sollicitus mihi, nescio quare uidetur. CH. at tace  
 Meus pater hic quidem est, quem uideo, ibo. alloquar. quid sit  
 pater?

DE. Unde incedis, quid festinas gnate mi? CH. rectè pater.

DE. Ita uolo, sed istuc quid est tibi? quid commutatu' st color?  
 Nūquid tibi dolet? CH. nescio quid meo animo est egrè pater,  
 Postea hac nocte non quieui satis mea ex sententia.

DE. Per mare ut uectus, nunc oculi terram mirantur tui.

CH. Magis opinor. DE. id est profecto, uerum actiuū abscesserit.  
 Ergo cede pol palles, si sapias, eas ac decumbas domi.

CH. Ocium non est, mandatis rebus præuorti uolo.

DE. Cras agito, perendie agito. CH. sæpe ex te audiui pater,  
 Rei mandata omnes sapientes primum præuorti decet.

DE. Age igitur, nolo aduersari tuam aduersus sententiam.

CH. Saluus sum, si quidem isti dicto solida & perpetua est fides.

DE. Quid illuc est, quod ille solus se in consilium seuocat.

Iam non uereor ne illam, me amare hic potuerit resciscere.

Quippe haud etiam quicquam ineptè feci, amantes ut solent.

Res

- CH. Res adhuc quidem hercle in tuto sit: nam hunc nescire sat scio,  
De illa amica. quod si sciret, esset alia oratio. (lior.)
- DE. Quin ego hunc aggredior de illa? CH. quin ego hinc me amo-  
Eo ego atq; mandata amicum amicis tradam. DE. imò mane.  
Paucula etiam sciscitare prius uolo. CH. dic quid uelis.
- DE. Vsq; ne ualuisisti? CH. perpetuò rectè, dum quidem illic fui.  
Verùm in portum huc ut sum aduectus, nescio qui animus mi-  
hi dolet.
- DE. Nausea edepol factum credo, uerùm actutum abscesserit.  
Sed quid ais? ecquam tu aduexti tuæ matri ancillam Rhodo?
- CH. Aduexi. DE. quid ea ut uidetur mulier? CH. non edepol mala.
- DE. Ut morata est? CH. nullã uidi melius mea sententia.
- DE. Mibi quidem edepol uisa est cum illam uidi. CH. chò an uidiisti  
pater?
- DE. Vidi, uerùm uon ex usu nostro est, neq; adeò placet.
- CH. Qui uerò? DE. quia non nostra formam habet dignam domo.  
Nihil opus nobis ancilla, nisi que texat, que molat,  
Lignum cedat, pensum faciat, edis uerrat, uapulet,  
Queq; habeat cotidianum familiæ coctum cibum.  
Horunc illa nihilum quicquam facere poterit admodum.
- CH. Ea caussa equidem illam emi, dono quam darem matri meæ.
- DE. Ne diuis, neu te aduexisse dixeris. CH. Dij me adiuuant.
- DE. Labefacto paulatim. uerùm quod præterij dicere,  
Neq; illa matrem satis honestè tuam sequi poterit comes,  
Neq; sinam. CH. qui uerò? DE. quia illa forma matrem famiis  
Flagitium sit, si sequatur, quando incedat per uias,  
Contemplant, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent,  
Vellicent, uocent, molesti sint, occentent ostium:  
Impleantur meæ fores elegiorum carbonibus.  
Atq; ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meæ,  
Mibiq; obijcient lenocinium facere: nam quid eo est opus?
- CH. Hercle quin tu rectè dicis. & tibi assentior ego.  
Sed quid illa nunc fiet? DE. rectè ego emero matri tuæ



- Ancillam uiraginem aliquam non malam, forma mala,  
 Vi matrem addeceat familias, aut Syram, aut Aegyptiam:  
 Ea molet, conficiet pensum, pinsetur flagro, neq;  
 Propter eam quicquam eueniet nostris foribus flagitij.
- CH. Quid si igitur reddatur illi unde emta est? DE. minime gentiū
- CH. Dixit se redhibere, si non placeat. DE. nihil istoc opus est.  
 Litigare nolo ego uos, quam tuam autem accusari fidem  
 Multo edepol, si quid faciendum est facere damni mauolo,  
 Quam opprobramentum aut flagitium muliebri efferrī domo.  
 Me tibi illam posse opinor luculentē uendere.
- CH. Dum quidem hercle ne minoris uendas, quam ego emi pater.
- DE. Tace modò, senex est quidam, qui illam mandauit mihi  
 Ut emerem ad istam faciem. CH. at mihi quidā adolescens pater  
 Mandauit ad illam faciem, ita ut illa est, mulierem emerem sibi.
- DE. Viginti minis opinor posse me illam uendere.
- CH. At ego, si uelim, iam dantur septem & uigintæ minæ. (tace.)
- DE. At ego. CH. quin ego inquam. DE. at nescis quid dicturus sum,  
 Treis minas accudere etiam possum, ut triginta fient.
- CH. Quò uortisti? DE. ad illum qui emit. CH. ubi nam est is homo  
 gentium?
- DE. Ecum illum uideo, iubet quinq; me addere etiam nunc minas.
- CH. Hercle illunc dij infelicient, quisquis est. DE. ibidem mihi  
 Etiam nunc annutat, addam sex minas. CH. septem mihi.  
 Nunquam edepol me uincet hodie. commodis poscit pater.
- DE. Nec quicquam poscit, ego habeo. CH. at illic pollicitus est prior.
- DE. Nihili facio. CH. quinquaginta poscit. DE. non centum datur.  
 Potin ne ut ne licitere aduersum animi sententiam,  
 Maximam hercle habebis prædam, ita ille est cui emitur senex.  
 Sanus non est ex amore illius, quod posces ferēs.
- CH. Certò edepol adolescens ille, cui ego emo, efflictim perit  
 Eius amore. DE. multo hercle ille magis senex, si tu scias.
- CH. Nunquam edepol fuit, neq; fiet ille senex infanior  
 Ex amore quam ille adolescens, cui ego do hanc operam pater.

DE. Quiesce inquam, istanc rem ego rectè uidero. CH. quid agis?

DE. quid est?

CH. Non ego illam mancupio accepi, sed ille illam accepit. DE. sine.

CH. Non potes tu lege uendere illam. DE. ego aliquid uidero.

CH. Post autem communis est illa mihi cum alio, qui scio

Quid sit ei animi, uenirène eam uelit, an non uelit.

DE. Quid id mea refert? CH. quia illi suam rē esse equū est in manu.

DE. Quid ais? CH. communis mihi illa est cum alio, is nunc hic non adest.

DE. Prius respondes quàm rogo. CH. prius tu emis, quàm uendo pa  
Nescio inquam uelit ille illam, nec ne abalienarier. (ter.)

DE. Quid illic quidam, qui mandauit cum ille nolet: nihil agis.

Nunquam edepol quisquam illā habebit potius, quàm ille quem  
ego uolo. (eo.)

Certū est. CH. censen certum esse? DE. quin ad nauim iam nunc  
ibi uenibit. CH. uir me tecū illō ire? DE. nolo. CH. non placet.

DE. Meliu' st te que sunt mandatæ, res tibi præuertier.

CH. Tu prohibes. DE. at tu excusato te fecisse sedulo.

Ad portum ne bitas dico iam tibi. CH. auscultabitur.

DE. Ibo ad portum, & ne hic resciscat cauto opu' st, non ipse emam,

Sed Lysimacho amico mandabo, is se ad portum dixerat  
Ire dudum, me moror cum hic asto. CH. nullus sum, occidi.

#### CHARINVS. EUTYCHVS.

**P**entheum diripuisse aiunt Bacchas, nugas maximas  
Fuisse credo, præut quo pacto ego diuorsus distrabor.

Cur ego uiuo, cur non morior, quid mihi est in uita boni?

Certum est, ibo ad medicum, atq; me ibi toxico morti dabo,

Quando id mihi adimitur, qua caussa uitam cupio uiuere.

EV. Mane mane obsecro Charine. CH. qui me reuocat? EV. Euty-  
Tuuus amicus & sodalis, simul uicinus proximus. (clius)

CH. Non tu scis, quantum malarum rerum sustineam? EV. scio:

Omnia ego istæc, auscultauit ab ostio, omnem rem scio.

CH. Quid id est quod scis? EV. tuus pater uult uendere. CH. omnem  
rem tenes. Tuam



- EV. Tuam amicam. CH. nimum multum scis. EV. tuis ingratis.  
 CH. Plurimum tu scis. sed qui esse amicam illam meam?  
 EV. Tute heri ipse mihi narraſti. CH. ſatir' ut oblitus fui,  
 Tibi me narrauiſſe: EV. haud mirum factum eſt. CH. te nunc co  
 ſulo.

Reſponde quo leto cenſes me, ut peream potiſſimum?

- EV. Non taceſ: caue iſtuc dixiſt. CH. quid uis me igitur dicere?  
 EV. Vin' patri ſublinere pulcre me os tuo? CH. ſane uolo.  
 EV. Viſ' ne eam ad portum? CH. qui potius quam uoles. EV. atque  
 eximam (unde at erit idē

Mulierem precio. CH. qui potius quam auro expendas? EV.

- CH. Achillem orabo aurum mihi det, Hector qui expenſus fuit?  
 EV. Sanus es? CH. pol' ſanus ſi ſim, non te medicum mihi expetam.  
 EV. Tanti quanti poſcit, uir' tanti illanc emi? CH. auctarium  
 Adijcito, uel mille nummum, plus quam poſcet. EV. iam tace.  
 Sed quid aiſ? unde erit argentum, quod deſ, cum poſcet paterē  
 CH. Inuenietur, exquiretur, aliquid fiet. EV. enicas.

Id iſtuc aliquid fiet metuo. CH. quin taceſ? EV. muto imperas.

- CH. Satir' iſtuc mandatu' ſt: EV. potin' ut aliud cures? CH. nō poteſt.  
 EV. Bene uale. CH. non edepol' poſſum, priuſquam tu ad me redieris.  
 EV. Melius ſanus ſis. CH. uale et uince, et me ſerua. EV. ego fecero.  
 Domi me ergo maneto. CH. aſtutū face cum præda ut recipias.

## LYSIMACHVS. PASICOMPSA.

**A**M cē amico operam dedi, uicinus quod rogauit.

Hoc emi mercimonium, mea es tu, ſequere ſanē.

Ne plora nimis, ſtultē facis, oculos corrumpis tales.

Quid eſt tibi? quidē quod rideas magis eſt, quam ut lamentere.

PA. Amabo ecaſtor mi ſenex cloquere. LY. exquire quid uis.

PA. Cur emeris me. LY. te ne ego? ut quod imperetur facias,

Item quod tu mihi imperes ego faciam. PA. facere certum eſt.

Pro copia & ſapientia, quæ te uelle arbitror.

LY. Laborioſe nihil tibi quicquam operis imperabo.

PA. Nanq; edepol' equidem, mi ſenex, non didici baiulare.

- Nec pecua ruri pascere, neq; pueros nutrire.
- LY. Bona si esse uis, bene crit tibi. PA. tum pol ego perij misera.
- LY. Qui? PA. quia illic unde aduecta huc sum, malis bene esse soli. Nec mos meus est, ut prædicē quod ego omnes scire credā. (tū est)
- LY. Oratio edepol pluris est huius, quam quanti hæc emta est: Quasi dicas nullam mulierem bonā esse. PA. haud equidē dico.
- LY. Rogare hoc unum te uolo. PA. roganti respondebo.
- LY. Quid ais tu? quod nomen tibi dicam esse? PA. Pasicompsæ.
- LY. Ex forma nomen inditum est, sed quid ais Pasicompsæ? Posim tu, si usus uenerit, subtegmen tenue nere?
- PA. Posim. LY. si tenue scis, scio te uberius posse nere.
- PA. De lanificio neminem metuo, una ætate qua sit.
- LY. Bonam hercle te et frugi arbitror, matura iam inde ætate, Quoniam scis facere officium tuū mulier. PA. pol docta didici. Operam accusari non sinā meam. LY. hem istæc hercle res est. Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos sexaginta Peculiarem. PA. mi senex, tam uetulam? LY. generis græci est. Eam si curabis, per bona est, tondetur nimium scitē.
- PA. Honoris causa quicquid est quod dabitur, gratum habebō.
- LY. Nunc mulier ne tu frustra sis, mea non es, ne arbitrere.
- PA. Dic igitur quæso cuius sum? LY. tuo hero redemta es rursus. Ego redemi te, ille me orauit. PA. animus redijt mihi, Si mecum seruetur fides. LY. bono animo es, liberabit ille te homo, ita edepol deperit te, atq; hodie primum uidit.
- PA. Ecce istor iam biennium est cum mecum rem coepit habere: Nunc quando amicum te scio esse illius, indicabo.
- LY. Quid ais tu, iam biennium est, cum tecum habet rem. PA. certō. Et inter nos coniuuimus, ego cum illo, et ille mecum, Ego cum uiro, et ille cum muliere: nisi cum illo, aut ille mecum, Neuter stupri causa caput limaret. LY. dij immortales, Etiam cum uxore non cubet? PA. amabo an maritus ille est? Neq; est, neq; erit. LY. nolim quidem. PA. homo hercle periura Nullū adolescentē plus amo. LY. puer est ille quidē, stulta. (uit. Nam



Nam illi quidem haud sanè diu est cum dentes exciderunt.

PA. Quid dentes? LY. nihil est, sequere sis huc me, diem unum orauit  
Vt apud me perhiberem sibi locum, ideo quia uxor ruri est.

## DEMIPHO.

TAndem impetraui, ut egomet me corrumperem.

Emta est amica clam uxore mea & filio.

Certum est antiqua recolam, & seruibo mihi.

Decurso in spacio, breue quod uitæ reliquum est,

Voluptate, uino & amore delectauero.

Nam hanc se bene habere etatem nimio est æquius.

Adolescens quom sis, te, cum est sanguis integer,

Rei tuæ querendæ conuenit operam dare.

Demum igitur cum senex sis, tunc in ocium

Te colloces, dum potestur: id iam lucro est

Quod uiuis. hoc ut dico, factis persequar.

Interea tamen huc intrò ad me inuisam domum.

Vxor me expectat iam dudum esuriens domi.

Iam iurgio enicabit, si intrò rediero.

Verum hercle postremò ut ut est, non ibo tamen.

Sed hunc uicinum prius conueniam, quàm domum

Redeam. ut mihi ædeis aliquas conducat uolo,

Vbi habitet istæc mulier. atq; eccum it foràs.

## LYSIMACHVS. DEMIPHO.

A Dducam ego illum iam ad te, si conuenero.

DE. Me dicis? LY. quid ais Demipho? DE. est mulier domis

LY. Quid censes? DE. quid si uisam? LY. quid properas? manc.

DE. Quid faciam? LY. quod opus est factò, facito ut cogites.

DE. Quid cogitem, equidem hercle opus hoc factò existimo,

Vt illuc introeam. LY. ita ne uerò uerue x intrò eas?

DE. Quid aliud faciam? LY. prius hoc ausculta, atq; ades.

Prius etiam est, quod te facere æquum censeo.

Nam nunc si illo introieris, amplecti uoles,

Confabulari atq; osculari. DE. tu quidem

Meum animum gestas, scis quid acturus siem.

LY. Peruorse facies. DE. quod ne ames? LY. tanto minus,  
Iam plenus ætatis animaq; foetida,  
Senex hircosus, tu osculere mulierem?

Vti ne adueniens uomitum excutias mulieri.

DE. Scio pol te amare, quom istæc præmonstras mihi.  
Quid si igitur unum, factum hoc si censes, coquam  
Aliquem arripiamus, prandium qui percoquat  
Apuð te hic usq; ad uesperum? LY. hem istuc cenſeo,  
Nunc sapienter loquere, atq; amatorie.

DE. Quid stamus? quin ergo imuse atq; obsonium  
Curamus, pulcre ut simus. LY. equidem te sequor.  
Atq; hercle inuenies tu locum illi, si sapis.  
Nullum hercle præter hunc diem, illa apud me crit.  
Metuo ego uxorem, cras si rure redierit,  
Ne illam hic offendat. DE. res parata est, sequere me.

## CHARINVS. EUTYCHVS.

**S**Vm' ne ego homo miser, qui nusquã bene queo quiescere?  
Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi est.  
Ita mihi in pectore atq; in corde facit amor incendium.  
Ni oculos lacrimæ defendant, iam ardeat credo caput:  
Spem teneo, salutem amisi, redeat an non nescio.  
Si opprimit pater, quod dixit, exulatum abijt salus:  
Sin sodalis, quod promissit, fecit, non abijt salus.  
Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutychus,  
Iam à portu redijſſe potuit, id illi uitium maximum st,  
Quod nimis tardus est aduersum mei animi sententiam.  
Diuū atq; hominū, quæ spectatrix atq; hera eadem es hominib.  
Spem speratam cum obtulisti hunc mihi, tibi grates ago.  
Nunquid restat: cheu disperij, uultus ne utiquam huius placet:  
Tristis incedit, pestus ardet, hereo, quassat caput.  
Eutychè. EV. heu Charine. CH. priusquam recipias anhelitum.



- Vno uerbo eloquere, ubi ego sum, hic, an apud mortuos?
- EV. Neq; apud mortuos, neq; hic es. CH. saluus sum, immortalitas  
Mibi data est: hic emit illam, pulcrè os subleuit patri.  
Impetrabilior qui uiuit nullus est. dic obsecro,  
Si neq; hic, neq; Acherunti sum, ubi sum? EV. nusquã gentium.
- CH. Differij, illæc interemit me modò hic oratio,  
Odiota est oratio, cum rem agas longinquum loqui.  
Quicquid est, ad capita rerum perueni. EV. primum omnium  
Perijmus. CH. quin tu illud potius nuncias, quod nescio.
- EV. Mulier est alienata abs te. CH. Eutyche capital facis.
- EV. Qui? CH. quia æqualem & sodalem ciuem liberum enicas.
- EV. Ne dij firint. CH. demisisti gladium in iugulum, iam cadam.
- EV. Quo hercle animum ne desponde. CH. nullus est què desponde  
Loquere porrò aliã malã rem, cui est cmta? EV. nescio. (am.  
Iam addicta atq; abducta erat, cū ad portū uenio. CH. uæ mihi,  
Montes tu quidem mali in me ardentes iam dudum iacis.  
Perge, excrucia eam, si quandoquidem occcepisti semel.
- EV. Nec tibi istuc magis est diuidiæ, quam mihi hodie fuit. (dare
- CH. Dic quis emit? EV. nescio herele. CH. hem istucine est operam  
Bonũ sodalẽ? EV. quid me facere uis? CH. idem, quod me uides,  
Ut pereas. quin percontatus hominis quæ facies foret,  
Qui illam emisset, eo si pacto posset indagarier  
Mulier. EV. heu me miserum. CH. flere omite, istuc quod nunc
- EV. Quid ego feci? CH. perdidisti me & fidem mecum tuam. (agis.
- EV. Dissciunt culpam meam istanc non esse ullam. CH. euge papa.  
Deos absentes testes memoras, qui ego istuc credam tibi?
- EV. Quia tibi in manu est, quod credas; ego quod dicam, id mihi  
in manu est.
- CH. Istac de re argutus es, ut par pari respondeas.  
Ad mandata claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis.  
Promittebas te os sublinere meo patri, egomet credidi  
Homini docto rem mandare. is lapidi mando maximo.
- EV. Quid ego facerem? CH. quid faceres? men rogas? requireres?

- Rogitares, quis esset, aut unde esset, qua profapia,  
Cuius ne esset, an peregrinus. EV. ciuem esse aiebant Atticum.
- CH. Vbi habitaret, inuenires saltem, si nomen nequis.
- EV. Nemo aiebat scire. CH. at saltem hominis faciem exquireres.
- EV. Feci. CH. qua forma ergo esse aiebant? EV. ego dicam tibi.  
Canum, uarum, uentriosum, bucculentum, breuiculum,  
Subnigris oculis, oblongis malis, pansam aliquantum.
- CH. Non hominem mihi, sed thesaurum nescio quem memoras mali.  
Nunquid est quod dicas aliud de illo? EV. tantum quod sciam.
- CH. Edepol ne ille oblongis malis, dedit mihi magnum malum.  
Non possim durare, certum est exulatum hinc ire me.  
Sed quam capiam ciuitatem, cogito potissimum:  
Megara, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum,  
Sicyonem, Gnidum, Zacynthum, Lesbiam, Boeotiam.
- EV. Cur istuc ceptas consilium? CH. quia enim afflicta me amor.
- EV. Quid tu ais? quid cum illuc, quò nunc ire paritas, ueneris?  
Si ibi amare forte occipias, atq; item eius sit inopia,  
Iam inde porro aufugies: deinde item illinc, si item euenierit:  
Quis modus tibi exilio tandem eueniet? qui finis fugæ?  
Quæ patria aut domus tibi stabilis esse poterit? dic mihi.  
Cedò si hac urbe abis, amorem te hic relicturum putas? (bes,  
Si id fore ita, si ita animo acceptum est certum, id pro certo si ha-  
Quanto te satius est rus aliquò abire, ibi esse, ibi uiuere,  
Adeò dum illius te cupiditas atq; amor missum facit?
- CH. Iam dixisti? EV. dixi. CH. frustra dixi, hoc mihi certissimum est,  
Eo domum, patrem atq; matrem ut meos salutem, postea  
Clam patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam consilij.
- EV. Ut corripuit se repente, atq; abiit. heu misero mihi:  
Si ille abierit, mea factum omnes dicent esse ignauiam.  
Certum est præconum iubere iam quantum est conducier,  
Qui illam inuestigent, qui inueniant, post ad prætorem illico  
Ibo, orabo ut conquisitores det mihi in uicis omnibus.  
Nam mihi nihil reliqui quicquam aliud iam esse intelligo.



## MERCATOR.

179

DORIPPA mulier. SYRA anus.

**Q**Voniam à viro ad me rus aduenit nuncius,  
Rus non iturum, feci ego ingenium meum,  
Reueni ut illum persequare, qui me fugit.  
Sed animum non uideo consequi nostram Syram,  
Atq; eam incedit tandem, quin is ocyus?

SY. Nequeo mecastor, tantum hoc oneris est, quod fero.

DO. Quid oneris? SY. annos octoginta & quatuor:  
Et eodem accedit seruitus, sudor, sitis:  
Simul hæc quæ porto deprimunt. DO. aliquid cedo  
Qui hanc uicini nostri aram augeam Syra.

SY. Da sanè hanc uirgam lauri. DO. abi tu intrò. SY. eo.

DO. Apollo quæso te, ut des pacem propitius,  
Salutem & sanitatem nostræ familie,  
Meoq; ut parcas gnato pace propitius.

SY. Disperij, perij misera, uæ misera mihi.

DO. Satir tu sana es obsecro, quid eiulas?

SY. Dorippa mea, Dorippa. DO. quid clamas obsecro?

SY. Nescio quæ est mulier intus hic in ædibus.

DO. Quid mulier? SY. mulier meretrix. DO. uerò n serio?

SY. Nimum scis sapere, ruri quæ non manseris,  
Quamuis insipiens poterat persentiscere  
Illam esse amicam tui uiri bellissimi.

DO. Credo mecastor. SY. i hæc mecum, ut uideas simul  
Tuam Alcumenam pellicem, Iuno mea.

DO. Ecce uerò istuc eo quantum potest.

LYSIMACHVS.

**P**Arum ne est hoc malæ rei quod amat Demipho,

Ni sumptuosus insuper etiam fiet.

Decem uocasset si ad cœnam summos uiros,

Nimum obsonauit, sed coqos, quasi in mari

Solet hortator remiges hortarier:

Ita hortabatur, egomet conduxit coqum,

N 5 Sed

Sed eum demiror non uenire ut iusseram.

Sed qui hinc nam à nobis exit? aperitur foris.

DORIPPA mulier. LYSIMA-  
CHVS uir.

**M**iserior mulier me nec fiet, nec fuit,  
Tali uiro quæ nupserim, heu miseræ mihi.  
Hem cui te, et tu quæ habeas, commendes uiro:  
Hem cui decem talenta dotis detuli,  
Hæc ut uiderem, ut ferrem has contumelias.

- LY. Perij hercle, xure iam redijt uxor mea:  
Vidisse eam credo mulierem in ædibus,  
Sed quæ loquatur, exaudire hinc non queo.  
Accedam propius. DO. uæ miseræ mihi. LY. immò mihi.
- DO. Disperij. LY. ego quidem hercle oppidò perij miser.  
Vidit, ut omnes te Demipho di perduint.
- DO. Pol hoc est, ire quod rus meus uir noluit.
- LY. Quid nunc ego faciam, nisi ut adeam, atq; alloquar:  
Iubet saluere suus uir uxorem suam.  
Urbani fiunt rustici. DO. pudicius  
Faciunt illi, quàm qui non fiunt rustici.
- LY. Nunquid delinquunt rustici? DO. ecastor minus  
Quàm urbani, & multo minus malum quærunt sibi.
- LY. Quid autem urbani deliquerunt? dic mihi.
- DO. Quia illa mulier intus est. LY. uidisti ne eam?
- DO. Vidi. LY. cuius ea sit rogitas? DO. resciscam tamen,  
Cupio hercle scire, sed tu me tentas sciens.
- LY. Vir dicam cuius est illa edepol. uæ mihi,  
Nescio quid dicam. DO. heres? LY. haud uidi magis.
- DO. Quin dicis? LY. quin si liceat. DO. dictum oportuit.
- LY. Non possum, ita instas, urges quasi pro noxio.
- DO. Scio innoxius. LY. audacter quamuis dicito.
- DO. Dic igitur. LY. ego dicam. DO. at qui dicundum est tamen.
- LY. Illa est, num etiam uis nomen dicam? DO. nihil agis.



MERCATOR.

391

- Manifestò teneo, in noxia es. LY. qua noxia?  
 Ista quidem illa est. DO. quæ illa est? illa. DO. iohia.  
 LY. Iam si nihil usus esset, iam non dicerem.  
 DO. Non tu scis quæ sit illa? LY. immò etiam scio.  
 De istac sum iudex captus. DO. captus? iam scio.  
 Nunc tu in consilium istam aduocauisti tibi.  
 LY. Immò sequestro mihi data est. DO. intelligo.  
 LY. Nihil hercle istius quicquam est. DO. numero purgitas.  
 LY. Nimum negocij reperi, enimuero hæreo.  
 CO QV S. LY SIMACHVS. DORIP,  
 PA. SYRA.

- A**gite, ite actutum. nam mihi amatori seni  
 Coquenda? si coena. atq; equidem cum recogito,  
 Nobis coquenda est, non cui conducti sumus.  
 Nam qui amat, quod amat, si id habet, id habet pro cibo:  
 Videre, amplectier, oscularier, alloqui.  
 Sed nos confido onustos redituros domum.  
 Ite hæc, sed eccum qui nos conduxit senex.  
 LY. Ecce autem, perij, coqus adest. CO. aduenimus.  
 LY. Abi. CO. quid abeam? LY. st. abi. CO. abeam ne? LY. abi.  
 CO. Non estis coenaturi? LY. iam saturi sumus.  
 Sed interij. DO. quid ais tu? etiã ne hæc illi tibi  
 Iusserunt ferri, quos inter iudex datus?  
 CO. Heccine tua est amica, quam dudum mihi  
 Te amare dixi, cum obsonabas? LY. non taces?  
 CO. Satis scitum filium mulieris, uerum hercle amat.  
 LY. Abin dierectus? CO. haud mala est. LY. at tu malus.  
 CO. Scitam hercle opinor satis concubinam hanc. LY. non abis,  
 Non ego sum, qui te dudum conduxi. CO. quid est?  
 Immò hercle tu istuc ipse. LY. ue misero mihi.  
 CO. Nempe uxor ruri est tua, quam dudum dixeris  
 Te odisse æquè atq; anguis. LY. egon istuc dixi tibi?  
 CO. Mihi quidem hercle. LY. ita me amabit Iuppiter,

Vxor

- Vxor, ut ego illud nunquam dixi. DO. etiam negas.
- CO. Non te odisse aiebat uxorem, uerum suam.
- DO. Palam istæc fiunt te me odisse. LY. quin nego.
- CO. Et uxorem suam ruri esse aiebat. LY. hæc ea est.  
Quid mihi molestus? CO. quia me non nouisse ais.  
Num metuis tu istanc? LY. sapio, nam mihi unica est.
- CO. Vin' me experiri? LY. nolo. CO. mercedem cedo.
- LY. Cras petito, dabitur, nunc abi. DO. heu miseræ mihi.  
Nunc ego uerum illud uerbum esse experior uetus:  
Aliquid mali esse propter uicinum malum.
- CO. Cur hic astamus? quin abimus? incommodi  
Si quid tibi euenit, non est culpa mea.
- LY. Quin me eradicas miserum. CO. scio iam quid uelis,  
Nempe hinc me abire uis. LY. uolo inquam. CO. abibitur,  
Drachmam dato. LY. dabitur. CO. dari ergo sis iube.  
Dari potest interea dum illi ponunt. LY. quin abis?  
Potin' ut molestus ne sis. CO. agite, apponite  
Obsonium istuc ante pedes illi seni.  
Hec uasa aut mox, aut cras iubebo abs te peti:  
Sequimini. LY. fortasse te istum mirari coquam,  
Quod uenit, atq; hæc attulit, dicam quid est.
- DO. Non miror, si quid damni facis, aut flagitij.  
Nec polego patiar, sic me nuptam tam malæ,  
Measq; in ædes sic scorta obductarier.  
Syræ, i rogato meum patrem uerbis meis,  
Ut ueniat ad me iam simul tecum huc. SY. eo.
- LY. Nescis negotij quid sit uxor obsecro?  
Conceptis uerbis iam iusurandum dabo,  
Me nunquam quicquam cum illa. iam ne abijt Syræ?  
Perij hercle, ecce autem hæc abijt, uæ misero mihi.  
At te uicine dij deæq; perduint,  
Tua cum amica, cumq; amationibus:  
Suspicionibus impleuit me indignissime.



Conciuit hostis, domi uxor est acerrima.  
 Ibo ad forum, atq; Demiphoni hæc eloquar,  
 Me istanc capillo protracturum esse in uiam,  
 Nisi hinc abduxit, quò uult ex hisce ædibus.  
 Heus uxor uxor, quanquam tu irata es mihi,  
 Iubeas, si sapias, hæc intrò hinc auferrier,  
 Eadem licebit mox cœnare relictus.

SYRA serua. EV TYCHVS.

**H**era, quem me misit ad patrem, non est domi:  
 Rus abijisse aiebant: nunc domum renuncio.

- EV. Defessus sum urbem totam peruenarier,  
 Nihil inuestigo quicquam de illa muliere.  
 Sed mater rure redijt. nam uideo Syram  
 Astare ante ædeis. SYRA. SY. quis est, qui me uocat?  
 EV. Herus atq; alumnus tuus sum. SY. saluc alumne mi.  
 EV. Iam mater rure redijt: responde mihi.  
 SY. Sua quidem salute ac familiæ maxima.  
 EV. Quid istuc negocij est? SY. tuus pater bellissimus  
 Amicam adduxit intrò in ædis. EV. quomodo?  
 SY. Adueniens mater rure eam offendit domi.  
 EV. Pol haud censebam istarum esse operarum patrem.  
 Etiam nunc mulier intus est? SY. etiam. EV. sequere me.

S Y R A.

**E**castor lege dura uiuunt mulieres,  
 Multoq; in quiore misera, quàm uiri.  
 Nam si uir scortum duxit clam uxorem suam.  
 Id si rescit uxor, impunè est uiro.  
 Vxor uiro, si clam domo egressa est furàs,  
 Viro fit caussa, exigitur matrimonio.  
 Utinam lex esset eadem uxori, quæ est uiro:  
 Nam uxor contenta est, quæ bona est, uno uiro.  
 Qui minus uir una uxore contentus fiet?  
 Ecastor faxim si iidem plectantur uiri,

Si quis clam uxorem duxerit scortum suam,  
 Ut illæ exiguntur quæ in se culpam commiserint,  
 Plures uiri sint uidui, quam nunc mulieres.

## CHARINVS.

**L**imen superum inferumq; salue, simul autem uale.  
 Hunc hodie postremum extollo mea domo patria pedem.  
 Vfus, fructus, uictus, cultus iam mihi haruncce ædium  
 Interentus est, interfectus est, alienatus est, occidi.  
 Dij penates, meum parentum, familiæq; lar pater,  
 Vobis mando meum parentum rem bene ut tutemini.  
 Ego mihi alios deos penates persequar, alium larem,  
 Aliam urbem, aliam ciuitatem, ab Atticis abhorreo.  
 Nam ubi mores deteriores increbrescunt indies,  
 Vbiq; amici qui infideles sint nequeas pernoscere,  
 Vbiq; eripiatur animo tuo, quod placeat maximè  
 Ibi quidem si regnum detur, non est cupida ciuitas.

## EVTYCHVS. CHARINVS.

**D**iuum atq; hominum quæ spectatrix atq; hera eadem  
 es hominibus,

Spem speratam, quoniam obtulisti hanc mihi, grates ago.  
 Ecquis nam deus est, qui mea nunc letus letitia suat?  
 Domi erat quod queritabam, ibi sex sodales repperi,  
 Vitam, amicitiam, ciuitatem, letitiam, ludum, iocum.  
 Eorum inuentu res decem simitu pessimas pessundedi,  
 Iram, inimicitiam, stultitiam, exitium, pertinaciam,  
 Mœrorem, lacrimas, exilium, inopiam, solitudinem.  
 Date di quæso conueniendi mihi eius celerem copiam.  
 CH. Apparatus sum, ut uidetis, abijcio superbiam,  
 Egomet mihi comes, calator, equus, agaso, armiger,  
 Egomet sum mihi imperator, idem egomet mihi obediost  
 Egomet mihi fero, quod usu est. ô Cupido quantus es?  
 Nam tu quemuis confidentem facile tuis factis facis,  
 Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.

Cogito



- EV. Cogito, quò nam ego illum currà quæritatum. CH. certa res è.  
 Me usq; querere illam quoquo hinc abducta est gentium,  
 Neq; mihi ulla obfistet annis, neq; mons: neq; ad cò mare,  
 Nec calor, nec frigus metuo, neq; uentum, neq; grandinem.  
 Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim.  
 Non concedam, neq; quiescam usquam noctu, neq; interdium,  
 Prius profectò quàm aut amicam aut mortem inuestigauero.
- EV. Nescio cuius uox ad aurem mihi aduolauit. CH. inuoco  
 Vos lares uiales, ut me bene iuuetis. EV. Iuppiter,  
 Est ne illic Charinus? CH. ciues bene ualete. EV. ilico  
 Sta Charine. CH. qui me reuocat? EV. spes, salus, uictoria.
- CH. Quid me uoltis? EV. ire tecum. CH. alium comitem quærite,  
 Non amittunt hi me comites qui tenent. EV. qui sunt ei?
- CH. Cura, miseria, ægritudo, lacrimæ, lamentatio.
- EV. Repudia istos comites, atq; hoc respice ac reuortere.
- CH. Siquidem mecum fabulari uis, subsequere. EV. Sta illico.
- CH. Malè facis, properantem qui me commemorare, sol abit.
- EV. Si huc item properes, ut istuc properas, facias rectius.  
 Huc secundus uentus nunc est, cape modò uorsoriam:  
 Hic fauonius serenus est, istuc auster imbricus:  
 Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.  
 Recipe te ad terram Charine huc, non ne ex aduerso uidest  
 Nubis ater imberq; instat, aspice nunc ad sinistram \*  
 \* Cælum ut splendore est plenum, ex aduerso uides.
- CH. Religionem illic obiecit, recipiam me illuc. EV. sapis  
 O Charine, contra pariter ser gradum, et confer pedem,  
 Porrigè brachium, præhende, iam tenes? CH. tenco. EV. tene.  
 Quò nunc ibas? CH. exulatum. EV. quid ibi facere uis? CH.  
 quod miser.
- EV. Ne pauè, restituum iam ego te in gaudia antequam is, CH. eo.
- EV. Maxime quod uis audire, id audies quod gaudeas.  
 Sta illico, amicus aduenio multum beneuolens. CH. quid est?
- EV. Tuam amicam, CH. quid eam? EV. ubi sit ego scio. CH. tuus obse-  
 eros

- EV. *Sanam & saluam.* CH. *ubi eam saluam?* EV. *quo ego scio.* CH. *ego me mauelim.*
- EV. *Potir ut animo sis tranquillo?* CH. *quid si animus fluctuat?*
- EV. *Ego istum in tranquillo & tuto sistam tibi, ne time.*
- CH. *Obsecro te, loquere nunc ubi sit, ubi eam uideris.*  
*Quid taces? dic, enicas me miserum tua reticentia.*
- EV. *Non longè hinc abest.* CH. *quin ergo commonsiras, si tu uides?*
- EV. *Non uideo hercle nunc, sed uidi modò.* CH. *quin ego uideam, facis?*
- EV. *Faciã.* CH. *longinquũ istuc amanti est.* EV. *etiam metuis omnia.*  
*Commonsirabo, amicioi mihi nullus uiuit, atq; is est,*  
*Qui illam habet, neq; cui magis me uelle melius æquum fiet.*
- CH. *Non curo istuc, illam quero.* EV. *de illa ergo ego dico tibi.*  
*Sanè hoc non in mentem uenit dudum uti tibi dicerem.*
- CH. *Dic igitur ubi illa est?* EV. *in nostris ædibus.* CH. *ædis probas,*  
*Si tu uera dicis, pulcreq; ædificatas arbitror.*  
*Sed quid ego istuc credam, uidistin? an de auditu nuncias?*
- EV. *Egomet uidi.* CH. *quis eam adduxit ad uos?* EV. *iniquè rogas.*
- CH. *Vera dicis.* EV. *nihil Charine te quidem quicquam pudet:*  
*Quid tua refert, qui cum istac uenerit.* CH. *dum istuc fiet.*
- EV. *Est profectò.* CH. *opta ergo ob istunc nuncium, quid uis tibi.*
- EV. *Quid si optabo?* CH. *deos orato, ut eius faciant copiam.*
- EV. *Derides.* CH. *seruata res est demum, si illam uidero.*  
*Sed quin ornatum hunc reicio. heus aliquis, heus actutum huc*  
*foràs* *(ut places?)*
- CH. *Exite, illinc pallium mihi huc ferte.* EV. *hem nunc tu mihi*  
*Optimè adueniens puere, cape chlamydem atq; hæc. istinc sta*  
*illico.*
- EV. *Vi si hæc non sint uera, inceptũ hoc itiner perficere exequar.*
- CH. *Non mihi credis?* CH. *omnia equidem credo, quæ dicis mihi:*  
*Sed quin introducis me ad eam, ut uideam?* EV. *paulisper mane,*
- CH. *Quid manebo?* EV. *tempus non est introeundi.* CH. *enicas.*
- EV. *Non opus est inquam nunc intrò te ire.* CH. *responde mihi*



MERCATOR.

587

Qua causa? EV. operæ non est. CH. cur? EV. quia non est illi cō  
modum.

(amo.

- CH. Itā ne commodum illi non est, quæ me amat quam ego contrā  
Omnibus hic ludificatur me modis, ego stultior  
Qui isti credam. commoratur, chlamydem sumam denuō.
- EV. Mane parumper, atq; hoc audi. CH. cape sis puer hoc pallium.  
Mater irata est patri uehementer, quia scortum sibi  
Ob oculos adduxerit in ædis, dum ruri ipsa abest,  
Suspicitur illam amicam esse illi. CH. zonam sustuli.
- EV. Eam rem nunc exquirat intus. CH. iam machæra est in manu.
- EV. Nam si eò te nūc introducā. CH. tollo ampullam, atq; hinc eo.
- EV. Heus mane, mane Charine. C. erras, me decipere haud potes.
- EV. Neq; edepol uolo. CH. quin tu ergo itiner exequi meū me finis?
- EV. Non sino. CH. ergo me moror, tu puere abi hinc intrò ocyus.  
Iam in currum conscendi, iam lora in manus cepi me as.
- EV. Sanus ne es? CH. quin pedes uos in curriculum conijcitis?  
In Cyprum rectā, quando quidem pater mihi exilium parat.
- EV. Stultus es, noli istuc queso dicere. CH. certum est exequi, (est.  
Operam ut sumā ad peruestigandā ubi sit ille. EV. quin domi
- CH. Nam hic quod dixit, id mentitū est. EV. uera dixi equidem tibi.
- CH. Iam Cyprum ueni. EV. quin sequere, ut illam uideas quam expe-
- CH. Percontatus non inueni. EV. matris iam iram negligo. (tis.
- CH. Porrò proficiscar quæ situm, nunc perueni Chalcidem,  
Video ibi hospitem Zacyntho, dico quid eò aduenerim,  
Rogito quis eam uexerit, quis habeat, si inaudiuerit.
- EV. Quin tu istas omittis nugas, ac mecum huc intrò ambulas?
- CH. Hospes respondit, Zacyntho ficos fieri non malas.
- EV. Nihil mentitus est. CH. sed de amica sese inaudisse autumat,  
Hic Athenis esse. EV. Calchas iste quidem Zacynthiu' est.
- CH. Naucm conscendo, proficiscor illico, iam sum domi,  
Iam redij exilio. salue mihi sodalis Eutyche,  
Ut ualuissti? quid, parentes mei ualent? cœna dabitur.  
Bene uocas, benigne dicis, eras apud te, nunc domi,

○

Sic de.

Sic decet, sic fieri oportet. EV. chò que tu somnias?

Hic homo non sanus est. CH. medicari amicus quin properas?

EV. Sequere sis. CH. sequor. EV. clementer quaeso, calces deteris.

Audin tu? CH. iam dudum audiui. EV. pacem componi uolo,  
Meo patri cum matre: nam nunc est irata. CH. i modò.

EV. Propter istanc. CH. i modò. EV. ergo cura. CH. quin tu ergo i  
modò.

Tam propitiam reddam, quàm cum propitia est Iuno Ioui.

DEMIPHO. LYSIMACHVS.

LY. **Q**Vasi tu nūquam quicquam a simile huius facti feceris.  
Nam mea uxor propter illam tota in fermento iacet.  
Edepol nunquam caui, ne quid facerem, uix uiuus sum miser.

DE. At ego eam expurgationem habebò, ut ne succenseat.  
Sequere me, sed exeuntem filium uideo meum.

EVTYCHVS. DEMIPHO. LYSIMA-  
CHVS. CHARINVS.

EV. **I**Am redeo. DE. placet principiū. quid agis? quid fit Eutyches?  
Ad patrem ibo, ut matris iram sibi esse securam sciat.  
Optima oportunitate ambo aduenistis. LY. quid rei est?

EV. Vxor tibi placida & placata est, ceteras dextras nunc iam.

LY. Dij me seruant. EV. tibi amicam nullam esse nuncio.

DE. Dij te perdant, quid negotij est nam quaeso istuc? EV. eloquar.  
Animum aduertite igitur ambo. LY. quin tibi ambo operam da

EV. Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo, (mus?)  
Suapte culpa genere capiunt, genus ingenuum improbant.

DE. Verum dicit hic. LY. tibi ergo dicit. EV. cò illud uerū est magis.  
Nam te istac atate, haud æquum fuerat filio tuo,

Adolescenti amanti amicam emtam argento eripere suo.

DE. Quid tu ais, Charini amica est illa? EV. ut dissimulat malus.

DE. Ille quidem illam sese ancillam matri emisse dixerat.

EV. Propterea igitur tu mercatus, nouus amator, uetus puer.

LY. Optime hercle perge, ego astitam iam hinc alter insecus,  
Quib. est dictis dignus usq; oneremus ambo. DE. nullus sum.  
Filio



- LY. Filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam.
- EV. Quem quidem hercle ego, in exiliū cum iret, redduxi domum,  
Nam ibat exulatū. DE. an abijt? EV. etiam loquere larua tuē  
Temperare istac etate istis decebat artibus.
- DE. Fateor. deliqui profecto. EV. etiam loquere larua tuē  
Vacuum esse istac ted etate ijs decebat noxijs:  
Itidem ut tempus, anni, etatem aliam aliud factum conuenit.  
Nam si istuc ius est senectā etate scortari senes,  
Vbi loci res summa nostra est publica? DE. hei perij miser.
- EV. Adolēcentes rei agendae isti magis solent operam dare.
- DE. iam obsecro uobis hercle habete cum porcis, cum fiscina.
- EV. Redde filio, sibi habeat. DE. iam ut uult, per me sibi habeat li-  
Semper edepol. EV. quoniā ut aliter facias, nō est copiā. (cet
- DE. Supplicij sibi sumat quid uult ipse ob hanc iniuriam,  
Modō pacem faciatis misero, ut ne mihi iratus fiet.  
Si hercle sciuissē, siue adeō ioculo dixisset mihi,  
Se illam amare, nunquam facerem, ut illam amanti abducerem.  
Eutyche ted oro, sodalis eius es, serua et subueni.  
Hunc senem para me clientem, memorem dices beneficij.
- LY. Ora ut ignoscat delictis tuis, atq; adolēsentiae.
- DE. Pergin tu autem, eia superbe inuehere. spero ego mihi quoq;  
Tempus tale euenturum, ut tibi gratiam referam parem.
- LY. Missas iam ego istas artes faciam. DE. et quidem ego debinc iā.  
LY. nihil.
- Consuetudine rursus te animus huc inducet. DE. obsecro.  
Satis iam ut habeatis, quin loris cādite etiam, si lubet.
- LY. Rectē dicis, sed istuc uxor faciet, cum hoc rescierit.
- DE. Nihil opus resciscat. EV. quid istic? non resciscet, ne time.  
Eamus intrō, non utibilis hic locus factis tuis,  
Dum memoramus, arbitri ut sint, qui praeferant per uias.
- DE. Hercle quin tu rectē dicis, eadem breuior sūbula  
Erit, eamus. EV. hic est intus filius apud nos tuus.
- DE. Optimē est, illac per hortum nos domum transibimus.

- LY. Eutyche, hanc uolo prius rē agi, quā meū intrō refero pedem.  
 EV. Quid istuc est? LY. suā quisq; homo rē meminit, respōde mihi.  
 Certor scis non succensere mihi tuam matrem? EV. scio.  
 LY. Vide. EV. me uide. LY. satis habeo, id quæso hercle etiam uide.  
 EV. Non mihi credis? LY. immō credo, sed tamen metuo miser.  
 EV. Eamus intrō, immō dicamus senibus leges censeo  
 Priusquā abeamus, quas leges teneant, contentiq; sint.  
 Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus,  
 Seu maritum, siue hercle adeō coelibem scortarier,  
 Cum eo nos hic lege agemus, inscitum arbitrabimur.  
 Et per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit.  
 Neu quisquam posthac prohibeto adolescentem filium,  
 Quin amet, & scortum ducat, quod bono fiat modo: (clām.  
 Si quis prohibuerit plus, perdet clām, quā si prahibuerit pa.  
 Hæc adeō, ut ex hacce nocte primū lex teneat senes.  
 Bene ualete, atq; adolescentes, hæc si uobis lex placet,  
 Ob senum hercle industriam, uos æquum est clarè plaudere,

F I N I S.

## A N N O T A T I O N E S.



St & huius fabulæ argumentum futile, & honestatis omnis expers, atque nefariè flagitiosum. De quo genere iam aliquoties ostendimus sententiam nostram. Quemadmodum autem uenena prodest nota esse, ut respuantur: ita talia dum legimus, execrari debemus. Sed neq; uenena nulli prorsus usui sunt, & hæc ad turpitudinem fugiendam, & conuertendos animos ad timorem Dei, asumi possunt. Producitur in hac fabula senex immitis, & tamen dissolutus: itemq; alter leuis atq; iners. Hic iniquior in filium iuueniliter peccantem, sæuis dictis illum in mercatum abigit. Qui reuersus ancillulam adduxerat, quam animi causa sibi parauerat. Hanc uisam amare senex cœpit, & amatam præripit astutè filio, allegato sene amico, qui illam præmercaretur.

nam



nam & suum sodalem adolescens subornarat, ut illam emeret. Postea adducta muliere in ædes senis uicini, & conductis comæ ad cœnam coquendam, aduenit illius senis uxor, & turbas mouet: & tandem res per adolescentes componitur. *Χαρίν*, est gratiofus. *ἀναυβίωρ*, denominatus ἀπὸ τῆ ἀναυβίωρ, id est, spinis. Demipho, *Δημοφῶν*, *λυσιμαχ*, prælij diremtor. *ἰτυχ*, fortunatus. *πασινίμψη*, omnimodo comta et bella. Dorippa, *Δορῖππος*, ab equestri dono. Syrx gentile nomen. *πίτ*, proprium uillici à fistula delitate.

## ARGVM. I.

*Ad se simulans.*) Tmesis asimulans, sicut illud, inq; ligatus. Verus hi et sequētis prologi, et primæ scenæ, ubi *περογίση* Charinus, sunt senarij iambici.

## I I.

*Is peregrè.*) De ueteris libri mendis, hūc uersum, secuti nostras coniecturas, ita exarauimus.

## AD PROLOGVM.

*Sini impl.*) Exprimendam curauit ueteris libri scripturam. Et si non fugiebat me, Nonium simplicitus legere, & interpretari hoc loco simpliciter.

*Et hoc parum.*) Erant in libro ueteri hæc minus liquidò exarata. Itaq; de emendatione nihil affirmo.

*Per me ea.*) Versus inconcinnior numeris. sed est scriptura libri ueteris expressa.

*Vt conata el.*) Suspiciari libet uerum esse, Vt incoata eloquar.

*Interdum mihi s.*) Emendatio hæc nostra. nam in ueteri manifesto mendum est. scribitur enim, Interdum missa conloqui. de quo licet quæratur diligentius.

*Mutuanti.*) Vel. ut alterius libri scriptura indicabat, mutuantiis est, uolenti sumere mutuò argentum.

*Omnes labores.*) In ueteri perferis legebatur. ut in dubio relinquamus hanc scripturam.

*Vt spectasset peplum.*) Vetus scriptura expressa et uera est. Nam Panathenæicis magnis peplum, id est, pallam consecrabant Minervæ Athenis. fortasse hic locus Seruio in mente fuit, cū hæc de Plauto adduxit lib. 1. Æneid. Nunquam uenio in urbem,

nisi cum infertur peplum. In hoc peplo intexta erat gigantea machia. Celebrantur & alia panathenæa, quæ parua uocabantur, singulis annis. Nam magnorum feriæ quinquenales erant. Sed paruorum dies erat prox. post *ἑρμιάδεια*, festa Dianæ, *ἑρμυλῆ* αὐτῶ τῆ μετὰ τὸν εἰκόδοι, quo & ipso die inferebant in templum Minerva peplum, in quo erat intexta pictura Titanomachia, ut retulit Proclus in Timæum. Pepli autem oblatio in templo Mineruæ & Homerica est, τλ.β.

Cis uectatū.) Suspecta scriptura: in ueteri, Semper cis uect. est.

Ex summis opib.) Versus sunt *τῆράμφοι καὶ ἰαμβοὶ τῆραίσουτι.*

Miris modis.) Senarij sunt iambici.

Profecit̄ ego illum hirc.) Senarij sunt iambici.

Ab ne di fuerint.) Facile potuit de scriptura ueteris libri hæc lectio colligi. Fuit autem prouerbialis deprecatio hæc ueteribus, Ne di fuerint, uel ut Plautus sæpe, Sirint. hoc Græci dixere, *μὴ γίνουτο.*

Homo me inferior.) *ἴμωφοι* sunt *συμμιχρῆνοι* id est, confusis numeris, *καταληκτικοὶ* & *ἀκατάληκτοι*. usque ad eum: Quid illuc est, quod solus se. fa. Fi. Vnde deinceps *τῆράμφοι* procedunt *καταληκτικοὶ* *φραξίσουτι*. Quorum similes sunt & sequentis scenæ uersus.

Cui emitur.) Vel, Qui mercatur. Et paulo antè, hic commodis poscit. Plana ueteris libri & uera scriptura. Ut in *Asinaria* uiginti argenti commodas minas, quæ ut opinor preciosiores fuerunt uulgaribus, ut *Aeginetica*, deq; his magnum talentum cōfectum, ut alibi disputauimus.

Generis Græci est.) Pecus quoddam Græcum dixerunt. Sunt huius scenæ uersus tetrametri catalectici hipponactei.

Te colloces.) Hos uersus perscriptos cōfuse in ueteri nostro, confidimus nos ita emendasse, ut propemodum integritati restitutos esse affirmare ausimus. etsi pro potestur, poterat uenire alicui in mentem, scribendum esse, potestas est. Sunt autem uersus huius scenæ senarij iambici.

Quid si igitur.) Si unum aliquem cocum, si hoc factum placet, arripiamus.

Sum ne ego homo, ) Versus huius scenæ sunt tetrametri catalectici trochaici,

Quoniam



*Quoniam a viro.*) Versus sunt *ῥίπαι ῥοι* iambici ἀνακτάωντες. Eiusdemq; modi deinceps omnes usq; ad hunc: Limen superum inferūq; salue, si. & ua. unde deinceps omnes reliqui sunt tetrametri catalectici trochaici.

*Quin abi.*) Numeri minus expedite procedunt.

*Cupida ciuit.*) Id est, non sum eius cupidus ciuitatis. al. cupira. Inserta autem paulo ante in alijs libris, ut a quo sanè dicere non habeo, ita Plautina non esse affirmo.

*Vt me bene iuuetis.*) Etiam erat minus liquida hoc loco scriptura in ueterilibro: & Nonius adducens hunc locum, tutetis legit id est, tutemini.

*Nubis ater.*) Hic uersus sine & prox. initio caret. nam etsi erat aliquid perscriptum in ueteri libro, tamen nihil consentaneum de illo comminisci potui.

*Porrige brachium, prænde.*) Sed numeris aptius, prehende.

*Sta illico.*) Etiam hic uersus uix integer est, sibiq; restitutus.

*Mentitum est.*) Ita in nostro libro. possit tamen esse, Mentitum est id est, Mentitus est.

*Zacyntho sic.*) id est, in Zacyntho: nam hæc insula est: nisi forte oppidi nomen accipiatur, ut, Rhodum uenimus.

*Iam redy.*) Rediui si legatur, numeri fuerint pleniore. & mox, Properas: pronunciantum *ῥατὰ δὲ οὐ, νοτὸν*, Propas.

*Vix uiuus sum.*) Huius uersus expressio mihi suspecta est. Nè de scriptura mendosa illa quidè, ueteris libri hæc reposita est.

*Cette dextras.*) Planè & uerè in ueteri libro hoc uerbum perscribitur. Est autem cete, cedite. & adducit Nonius ex Ennio, Cete manus uestras, measq; accipite.

*Suapte culpa genere cap.*) In genere, ut uidetur, mendum est. *genium* fortasse legi possit, aut simile quid. Sed quæramus.

## PSEVDOLVS

## PERSONAE.

PSEVDOLVS	seruos.
CALIDORVS	adolescens.
BALLIO	leno.
LORARII	quatuor.
SIMO	senex.
CALLIPHO	senex.
HARPAX	cacula.
CHARINVS	adolescens.
PVER.	COQVVS.
SIMIA.	sycophanta.
PHOENICIVM	meretrix.

## ARGVMENTVM.

Presentis numerat quindecim miles minas,  
 Simul consignat symbolum, ut Phoenicium  
 Ei det leno, eum qui cum reliquo afferat.  
 Venientem Caculam interuortit simbolo,  
 Dicens Syrum se Ballionis, Pseudolus.  
 Opemq; herili ita tetulit, nam Simiæ  
 Leno mulierem, quem is supposuit, tradidit.  
 Venit Harpax uerus: res palam cognoscitur:  
 Senexq; argentum, quod erat pactus, reddidit.

## PROLOGVS.

**S**Tudete hodie mihi, bona in scenam affero.  
 Nam bona bonis ferri, reor æquom maxumè,  
 Ut mala malis: ut qui mali sunt, habeant mala:  
 Qui boni, bona, bonos quòd oderint mali,  
 Sunt mali: malos quòd oderint boni, bonos  
 Esse oportet: uosq; ideo estis boni, quandoquidem  
 Semper odistis malos, et lege et legionibus



Hos fugit astis Quirites, successis bonis.  
 Huic uos nunc pariter bonam boni operam date gregi,  
 Qui bonus est, & hodie ad bonos affert bona.  
 Aures, oculi, animus, ampliter fient saturi.  
 In scenam qui iciunus uenerit, aut sitiens,  
 Is risu & uentre raso uigilabit sedulo.  
 Dum ridebunt saturi, mordebunt famelici.  
 Nunc si sapitis, cedite iciuni, atq; discedite.  
 Vos saturi state, immo sedete, atq; attendite.  
 Non argumentum, neq; huius nomen fabulae  
 Nunc proloquar ego, satis id faciet Pseudolus.  
 Satis id dictum uobis puto iam, atq; deputo.  
 Vbilepos, ioci, risus, uinum, ebrietas decent,  
 Gratiae, decor, hilaritas, atq; delectatio.  
 Qui quaerit alta, is malum uidetur quaerere.  
 Curas malas abijcite iam, ut ociosi hodie.  
 Exporgi melius est lombos, atq; exurgier.  
 Plautina longa fabula in scenam uenit.

PSEVDOLVS seruus. CALI-  
 DORVS adolescens.

**S**I ex te tacente fieri possem certior  
 Here, quae miseriae te tam miserè macerant,  
 Duorum labori ego hominum parsissimè lubens,  
 Mei te rogandi, & tui respondendi mihi.  
 Nunc quoniam id fieri non potest, necessitas  
 Me subigit, ut te rogem. responde mihi,  
 Quid est quod tu exanimatus iam hos multos dies,  
 Gestas tabellas tecum, eas lacrumis lauis,  
 Neq; tui participem consilij quenquam sciam?  
 Eloquere, ut quod ego nescio, id tecum sciam.  
 CA. Miserè miser sum Pseudole, PS. id te Iuppiter  
 Prohibesit. CA. nihil hoc Iouis ad iudicium attinet.  
 Sub Veneris regno uapulo, non sub Iouis.

- PS. Licet me id scire quid sit: nam tu me antidhac  
Supremum habuisti comitem consilij tuis.
- CA. Idem animus nunc est. PS. fac me certum quid tibi  
Sit, iuuabo te aut re, aut opera, aut consilio bono.
- CA. Cape has tabellas, tute hinc narrato tibi,  
Quae me miseria & cura contabescit.
- PS. Mos tibi geretur, sed quid hoc quaeso? CA. quid est?
- PS. Vt opinor quaerunt litterae hae sibi liberos,  
Alia aliam scandit. CA. ludis me ludo tuo.
- PS. Has quidem pol credo, nisi Sibylla legerit,  
Interpretari alium potesse neminem.
- CA. Cur inclementer dicis lepidi literis,  
Lepidi tabellis, lepida conscriptis manu.
- PS. An obsecro hercle habent quoque gallinae manus?  
Nam has quidem gallina scripsit. CA. odiosus mihi es.  
Lege, uel tabellas redde. PS. immo enim pellegam.  
Aduortito animum. CA. non adest. PS. at tu cita.
- CA. Immo ego tacebo, tu hinc eum ex cera cita,  
Nam istic meus animus nunc est, non in pectore.
- PS. Tuam amicam uideo Calidore. CA. ubi ea est obsecro.
- PS. Eccam in tabellis porrectam, in cera cubat.
- CA. At dii deaeque quantus es. PS. seruas sint quidem.
- CA. Quasi solstitialis herba paulisper fui,  
Repente exortus sum, repentino occidi.
- PS. Tace, dum tabellas pellego. CA. ergo quin legis?
- PS. Phoenicium Calidoro amatori suo.  
Per ceram & linum literasque interpretes,  
Salutem mittit, & salutem abs te expetit,  
Lacrimans titubanti animo, corde, & pectore.
- CA. Perij, salutem nusquam inuenio Pseudole,  
Quam illi remittam. PS. quam salutem? CA. argenteam.
- PS. Pro lignea salute uis argenteam  
Remittere illi: uide sis, quam tu rem geras?



- CA. Recita modò, ex tabellis iam fàxo scies,  
Quàm subito argento mihi usus inuento fiet.
- PS. Leno me peregrè militi Macedonico,  
Minis uiginti uendidit, uoluptas mea.  
Et priusquam hinc abit, quindecim miles minas  
Dederat, num. unæ quinq; remorantur minæ:  
Ea causa miles hic reliquit symbolum,  
Expressam in cera ex annulo suam imaginem,  
Ut qui huc afferret eius similem symbolum,  
Cum eo simul me mitteret, ei rei dies  
Hæc præstituta est, proxima Dionysia.  
Cras ea quidem sunt. CA. propè adest exitium mihi,  
Nisi quid mihi in te est auxiliij. PS. sine pelle gam.
- CA. Sino. nam mihi uideor cum ea fabularier.  
Lege, dulce amarumq; unà nunc misces mihi.
- PS. Nunc nostri amores, mores, consuetudines,  
Iocus, ludus, sermo. suauis sauiatio,  
Compressiones artè amantium corporum,  
Teneris labellis molles morsuuncule,  
Papillarum horridularum oppressuuncule,  
Harum uoluptatum mihi omnium, atq; itidem tibi  
Distractio, dissidium, uasticies uenit,  
Nisi quæ mihi in te est, aut tibi est in me salus.  
Hæc quæ ego sciui, ut scires curauì omnia:  
Nunc ego te experiar quid ames, quid simules, uale.
- CA. Est miserè scriptum Pseudole. PS. ô miserrimè.
- CA. Quin fles? PS. pumiceos oculos habeo, non queo  
Lacrumam exorare ut expuant unam modò.
- CA. Quid ita? PS. genus nostrum semper siccoculum fuit.
- CA. Nihil 'ne adiuuare me audes? PS. quid faciam tibi?
- CA. Heu. PS. heu id quidem hercle ne par sis dabo.
- CA. Miser sum, argentum nusquam inuenio matuum,  
Pseudole, PS. heu. CA. neq; intus nummus ullus est? PS. est? heu.

- CA. Ille abdukturus est mulierem cras. PS. eheu.
- CA. Istocchine pacto me adiutas? PS. do id quod mihi est.  
Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo.
- CA. Actum hodie de me est, sed potes nunc mutuam  
Drachmam dare mihi unam, quam cras reddam tibi?
- PS. Vix hercle opinor, si me opponam pignori.  
Sed quid de drachma facere uis? CA. restim uolo  
Mibi emere. PS. quamobrem? CA. qui me faciam pensilem.  
Certum est mihi ante tenebras persequi tenebras.
- PS. Quis mihi igitur drachmam reddet, si dederim tibi?  
An tu te ea causa uis sciens suspendere,  
Ut me defraudes drachma, si dederim tibi?
- CA. Profecto nullo pacto possum uiuere,  
Si illa à me abalienatur atq; abducitur.
- PS. Quid fles Cucule? uiues. CA. quid ego ni fleam?  
Cui nec paratus nummus argenti fiet,  
Neq; cui libellæ spes sit usquam gentium.
- PS. Ut litterarum ego harum sermonem audio,  
Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis,  
Quod tu istis lacrimis te probare postulas,  
Non plaris refert, quàm si imbrem in cribrum geras.  
Verum ego te amantem, ne paue, non deseram.  
Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea,  
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.  
Atq; id futurum unde unde dicam nescio,  
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.
- CA. Utinam quæ dicis, dictis facta suppetant.
- PS. Scis tu quidem hercle, mea si commoui sacra,  
Quo pacto et quantas soleam turbellas dare.
- CA. In te nunc sunt omnis spes ætati meæ.
- PS. Satin est, si hanc hodie mulierem efficio tibi  
Tua ut sit, aut si tibi do uiginti minas?
- CA. Satis, si futurum est. PS. roga me uiginti minas.



- Vt me effecturum tibi quod promisi scias,  
Roga. CA. obsecro hercle. PS. gestio promittere.
- CA. Dabis ne argenti mihi hodie uiginti minas?  
PS. Dabo, molestus nunc iam ne sis mihi.  
Atq; hoc ne dictum tibi neget, dico prius,  
Si neminem alium potero, tuum tangam patrem.
- CA. Dij te mihi omnes seruent. uerum si potes  
Pietatis caussa, uel etiam matrem quoq;.
- PS. De istac re, in oculum utrumuis conuiescito.
- CA. Oculū utrum, an ne aurem? PS. at hoc peruolgatū est minus.  
Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omnibus,  
Pubi presentī, in concione, omni populo,  
Omnibus amicis, notisq; edico meis,  
In hunc diem à me ut caueant, ne credant mihi.
- CA. Tace obsecro hercle. PS. quid negocij est? CA. ostium  
Lenonis crepuit. PS. crura mauellem modò.
- CA. Atq; ipse egreditur, penitus periurum caput.

LENO. LORARI IIII. PSEVDOLVS. CALIDORVS.

**E**Xite, agite, ite ignaui, malè habiti, & malè conciliati,  
Quorū nunquam quicquam cuiquam uenit in mentem,  
ut rectè faciant. (ra.)  
Quibus nisi ad hoc exemplū experior, non potest usurpari usu  
Neq; ego homines magis asinos unquam uidi, ita plagis costæ  
callent. (gritribæ.)  
Quos dum ferias, tibi plus noceas: eo enim ingenio hi sunt fla-  
Qui hæc habent cōsilia, ubi data occasio est, rape, clepe, tene,  
Bibe, es, fuge: hoc est eorum opus, (harpaga,  
Vt mauelis lupos apud oues linquere, quàm hos domi custodes.  
At faciem cū aspicias eorum, haud mali uidentur, opera fallunt.  
Nunc adeò hanc edictionem, nisi animum aduortitis omnes,  
Nisi somnum socordiamq; ex pectore oculisq; amouetis,  
Ita ego uestra latera loris faciam ut ualidè uaria sint,

Vt ne

Vt ne peristromata quidem æquè picta sint Campanicæ;  
 Neq; Alexandrina belluata conchylata tapetia.  
 Atq; heri antè dixeram omnibus, dederamq; eas prouincias.  
 Verum ita uos estis perditii, negligentes, ingenio improbo,  
 Officium uestrum ut uos malo cogatis commonerier.  
 Nempe ita animati estis uos. uincite hoc duritia ergo, atq; me.  
 Hoc uide sis. ut alias res agūt? hoc agite, hoc animu aduortite;  
 Huc adhibete aures, quæ ego loquar, plagigera genera homi-  
 num. (hoc meum,

Nunquam edepol uestrum durius tergū erit, quàm terginum  
 Quin nūc dolet ne hem, sic datur, si quis herū seruus spernit.  
 Assistite omnes contra me, & quæ loquor, aduortite animu.  
 Tu qui urnam habes, aquamingere, face plenum aenū sit citò.  
 Te, cum securi, caudicali præficio prouincie.

LO. At hæc retursa est. L. E. sine fiet, itidem uos estis plagis omnes.  
 Num qui minus ea gratia tamen omnium opera utor? (bis intrò.  
 Tibi hoc præcipio, ut niteat edes, habes quod facias, propera, a-  
 Tu esto lectiſtèrniator. tu argentum eluito, idem extruito.  
 Hæc, cum ego à foro reuertor, facite ut offendam parata,  
 Vorſa, præſterga, ſtrata, lautaq; coctaq; omnia uti ſint. (re,  
 Nā mihi hodie natalis dies eſt, decet eū omnes uos concelebra-  
 Pernam, callū, glandiū, ſumē, facito in aqua iaceant, ſatin audis?  
 Magnificè uolo enim ſummos uiros accipere, ut mihi rem eſſe  
 reantur. (cum ueniat

Intrò abite, atque hæc citò celebrate. ne mora quæ ſit, cocus  
 Mihi, ego eo in macellū, ut piſciū quicquid eſt precio præſtinē.  
 Ipuere præ, ne quiſquam pertundat crumenam cautio eſt.  
 Vel operire, eſt quod domi dicere penè ſum oblitus.  
 Auditur, uobis mulieres hanc habeo edictionem:  
 Vos quæ in mūdicijs, mollicijs, delicijsq; etatulā agitis, (riar,  
 Viris cum ſummis inclite amicæ, nūc ego ſcibo, atq; hodie expe  
 Quæ capiti, quæ uentri operam det, quæq; ſuæ rei, quæ ſomno  
 ſtudeat,

Quam

LE.

PS.



Quā libertā fore mihi credam, et quā uenalem, hodie experiar.  
 Facite hodie, ut mihi munera multa huc ab amatorib. cōueniāt.  
 Nā nisi penus annuus hodie cōuenit, cras populo proslitua uos.  
 Natālē scitis mihi diē esse hūc. ubi isti sunt, quib. uos oculi estis?  
 Quib. uitā, quib. deliciā estis? quibus suauia? mamilla? mellitā?  
 Manipulatim mihi munerigeruli, facite ante adis iā hic asint.  
 Cur ego uestem, aurum, atq; ea quibus est uobis usui, prohibeo?  
 quid mihi

(pida estis,

Domi nisi malū uestra opera est hodie, improba uino modō cu  
 Eo uos uestros pāticesq; adeo madescitis, cū ego sim hic siccus.  
 Nūc adeo hoc factum est optimum, ut nomine quanq; appellem  
 suo.

(uortite animum cunctae.

Ne dictum esse actutum sibi, quāpiā uestrarum mihi neget, ad  
 Principio Hedyllium tecum ago, quā amica es frumentarijs,  
 Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi:

Fac sis sit delatum huc mihi frumentum, hūc annum quod satis  
 Mihi, etiā familiā omni sit mea, atq; adeo ut frumento affluā.

Vt ciuitas nomen mihi commutet, meq; ut praedicet

Lenone ex Ballione regem Iasonem. CA audin fercifer

Quae loquitur, satin magnificus tibi uidetur? PS. pol iste

Atq; etiam malificus, sed tace, & hanc rem gere.

LE. Aeschrodora tu, quā amicos tibi habes lenonum amulos

Lanios, qui item ut nos iureiurando malo quærim rem, audi:

Nisi carnaria tria grandia tergoribus oneri uberi hodie

Mihi erunt, cras quasi Dircau olim (ut memorant) duo (id tibi

Gnati Iouis deuinxere ad taurū, itē hodie stringā ad carnariū,

Profecto taurus fiet. CA nimis sermone huius ira incendor.

PS. Hunc cime hic hominem pati colere iuuentutem Atticam?

Vbi sunt, ubi latent, quibus etas integra est, qui amant à lenone?

Quin cōueniūt, quin una omnes peste hac populū hūc liberāi?

Sed nimis sum stultus, nimium sui indoctus, ne illi audeant

Id facere, quibus ut seruiant, suus amor cogit, simul

Prohibet, faciant aduersum eos quod uolunt. CH. uah tace. PS.

quid est?

Male

- CA. Malè morigerus malè facis mihi, cū sermone huic obsonas. PS.
- CA. At taceas malo multò, quàm tacere te dicas. LE. tu aut (taceo.  
Xystylis fac ut animum aduortas, quous amatores oliui  
Dynamini domi habent maximam.  
Si mihi non iam huc culleis oleum deportatur,  
Te ipsam culleo ego cras faciam deportere in pergulam,  
Ibi tibi ad eò lectus dabitur, ubi tu haud somnū capias, (quor?  
Sed ubi usq; ad languorem. tenes quorsum hæc se tēdāt quæ lo-  
En excetra tu, quæ tibi amicos tot habes, tam probè oleo onu-  
Num cuiquam est hodie tua tuorum opera conseruorum (stos.  
Nitidissimum caput? aut num ipse ego pulmento utor magis  
Vnctiusculo? sed scio, tu oleū haud magnipendis, uino te (nisi  
Deuincis, sine modò reprehendā ego cuncta hercle una opera,  
Quidem hodie tu omnia facis scelestā, hæc uti loquor. (ras,  
Tu aut quæ pro capite argentum mihi iam iamq; sepe num-  
Ea pacisci modo scis: sed quæ pacta es, non scis soluere.  
Phœnicium, tibi hæc ego loquor, deliciæ summatum uirū, (tur,  
Nisi hodie mihi ex fundis tuorū amicorū omne huc penus affer  
Cras Phœnicium Phœnicio corio inuiser pergulam.

CALIDORVS. PSEVDO-

LVS. BALLIO leno.

- P**seudole, non audis quæ hic loquitur? PS. audio here equi-  
dem, atq; animum aduorto.
- CA. Quid mihi es autor, huic ut mittā, ne amicam hic meam prosti-  
PS. Bene curassis, liquido es animo, ego pro me & te curabo. (tuat?  
Iamdiu ego huic bene & hic mihi uolumus, & amicitia est an-  
tiqua. (turam.
- Mittam hodie huic suo die natali malam rem magnam & ma-  
DA. Quid opus est. PS. potin aliam rem ut cures? CA. at. PS. bat. CA.  
crucior. PS. cor dura.
- CA. Non possum. PS. fac possis. CA. quonam pacto possim uincere  
animum?
- PS. In rem quod sit prauortaris, quàm re aduersa animo auscultes.  
Nug



- CA Nuga isthæc sunt, non iucundum est, nisi amans facit stultè. PS. pergin.
- CA. O' Pseudole mi, sine sim nibili. PS. mitte me sis, sino, modò ego Abcam. CA. mane, mane iam ut uoles me esse, ita ero. PS. nunc. tu sapis.
- LE. It dies, ego mihi cesso, i præ puere. CA. heus abijt, quin reuocas?
- PS. Quid properas, placidè. CA. at priusquam abeat, quod hoc malum? tam placidè is. puere (C)
- Hodie nate heus, hodie nate, tibi ego dico, heus hodie nate, redi Respice ad nos, tametsi occupatus, moramur, mane, sunt collo qui (lestam obtulit?)
- Qui uolunt te. BA. qd hoc est, quis est qui moram occupato mo
- CA. Qui tibi sospitalis fuit? BA. mortuus est, qui fuit: qui est, uiuus est. (a sequere.)
- PS. Nimis superbè. BA. nimis molestus. CA. reprehende hominem,
- BA. I puere. PS. accedamus hac obuiam. BA. Iuppiter te perdat, quis quis es. (cet)
- PS. Te uolo. BA. at uos ego ambos, uerte hac te puere. PS. non li- Colloqui te? BA. at mihi non lubet. CA. sin tuam est quippiam in rem? BA. licet (CA. Ballio)
- Ne obsecro uiuere, an non licet? PS. uah manta. BA. omitte. Audi. BA. surdus sum, profectò inanilogus es. CA. dedi, dum fuit.
- BA. Non peto quod dedisti. CA. dabo quando erit. BA. ducito Quando habebis. CA. heu heu quàm ego malis perdididi modis, Quod tibi detuli & quod dedi. BA. mortua re, uerba nunc fr- (diu)
- Stultus es, rem actam agis. PS. nosce saltem hunc quis est. BA. iã Scio qui fuit: nunc quis est is, ipse sciat, ambula tu.
- PS. Potin' ut semel modò Ballio hunc cum lucro respicias?
- BA. Respiciam istoc precio. nam si sacrificem summo Ioui, Atq; in manibus exta teneam ut porriciam, interea loci Si lucri quid detur, potius rem diuinam deseram.

- PS. Non potest pietate obfisti huic, ut res sunt ceteræ.  
Deos quidem quos maximè æquū est metuere, eos minimi facit.
- BA. Compellabo, salus multum serue Athenis pefsume.
- PS. Di te de æq; ament, uel huius arbitrato, uel meo:  
Vel si dignus alio pacto, neq; ament, neq; faciant bene.
- BA. Quid agitur Calidore? PS. amatur, atq; egetur acriter.
- BA. Misereat, si familiam alere possim misericordia.
- PS. Eia scimus nos quidem te qualis sis, ne prædices. (mibi,  
Sed scin' quid nos uolumus? BA. pol ego propemodo ut malè sit
- PS. Et id, & hoc quod te reuocamus, quaeso animū aduerte. CA. au-  
dio.
- Atq; in pauca, ut occupatus nunc sum, confer quid uelis.
- PS. Hunc pudet quod tibi promisit, quæq; id promisit die,  
Quia tibi minas uiginti pro amica etiam non dedit.
- BA. Nimio id quod pudet facilius fertur, quàm illud quod piget  
Non dedisse istum pudet: me quia non accepi, piget.
- PS. At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modò.  
Nam hic id metuit, ne illam uendas ob similitatem suam.
- BA. Fuit occasio si uellet, iam pridem argentum ut daret.
- CA. Quid si non habui? BA. iam haberes, inuenires mutuum,  
Ad Danistam deuenires, adderes fœnusculum,  
Surrupisses patri. PS. surriperet hic patri audacissime,  
Non periculū est, ne quid rectè monstres? BA. non lenonium est?
- CA. Egon patri surripere possim quicquam, tam cauto seni?  
Atq; adeò si facere possem, pietas prohibet. BA. audio,  
Pietatem ergo istam amplexator noctu pro Phœnicio.  
Sed quoniam pietatem amori uideo tuo præuortere,  
Omnes tibi patres sunt, nullus est tibi quem roges mutuum  
Argentum? CA. quin nomen quoq; iam interijt mutuum.
- BA. Heus tu postquam herclè isti à mensa surgunt \* \*  
Qui suam repetunt, alienum reddunt nato nemini,  
Ab alienis cautiores sunt, ne credant alteri.
- CA. Nimis miser sum, nummum nusquam reperire argenti queo:



*Ita miser & amore pereo, & inopia argentaria.*

- BA. Eme dic cæca hercle oliuum, id uendito oculata die.  
 Iam hercle uel ducentæ fieri possunt præsentēs minæ.
- CA. Perij, an non tum lex me perdit, quina uicenaria,  
 Metuūt credere omnes. BA. eadē est mihi lex, metuo credere.
- PS. Credere autem, chō an pœnitet te, quando hic fuerit usui?
- BA. Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data,  
 Detq; usq; quando nihil sit, simul amare desinat.
- CA. Nihil ne te mei miseret? BA. inanis cedis, dicta non sonant.  
 Atq; ego te uiuū saluumq; uellem. PS. chō an iam mortuus est?
- BA. Illico uixit amator, ubi ille lenoni placet.  
 Semper tu ad me cum argentata accedito querimonia.  
 Nam istoc quod nunc lamentare non esse argentum tibi,  
 Apud nouercam querere. PS. fac hoc, quod te rogamus Ballio,  
 Mea fide si isti formidas credere, ego in hoc triduo  
 Aut terra, aut mari alicundē euoluam id argentum tibi.
- BA. Tibi ego credam? PS. cur non? BA. quia pol, qua opera sic credam  
 tibi,  
 Vna opera alligem canem fugitiuam agnitis lacibus.
- BA. Siccine mihi abs te bene merenti malē refertur gratia?
- BA. Quid nunc uis? CA. ut opperiare hos sex dies saltem modō,  
 Ne illam uendas, neu perdas me hominem amantem. BA. animo  
 bono es.  
 Vel sex opperibor menses. CA. cuge homo lepidissime.
- BA. Immo uir etiam te faciam ex leto letantem magis?
- CA. Quid iam? BA. quia enim non uenalem iam habeo Phœnicium.
- CA. Non habes? BA. non hercle uerō. CA. Pseudole arcesse hostias,  
 Victimās, lanios, ut ego huic sacrificem summo Ioui:  
 Nam hic mihi nunc est multo potior Iuppiter, quàm Iuppiter.
- BA. Nolo uictimās, agnitis me extis placari uolo.
- CA. Propera, quid stas? accerse agnos, audim' quid ait Iuppiter?
- PS. Iam hic ero, uerū extra portam Metiam currendū est prius.
- CA. Quid eo? PS. lanios inde accersam duos cum tintinabulis,

- Eadem duo greges uirgarum inde ulnearum adegere,  
 Ut hodie ad litationem huic suppetat satias Ioui  
 In malam crucem, istic ibit Iuppiter Ienonius.
- BA. Ex tua re non est, ut ego emoriar. PS. qui dñ? BA. ego dicā tibi,  
 Quia edepol dum ego uiuus uiuam, nunquam eris frugi bonæ.
- PS. Ex tua re non est ut ego emoriar. BA. qui dum? PS. sic, quia  
 Si ego emortuus sim, Athenis te sit nemo nequior.
- CA. Dic mihi obsecro uerum hercle serio hoc quod te rogo est,  
 Non habes uenalem amicam tu meam Phoenicium?
- BA. Non edepol habeo profecto, nam iam pridem uendidi.
- CA. Quomodo? BA. sine ornamentis, cum intestinis omnibus.
- CA. Meam tu amicam uendidisti? BA. ualde, uiginti minis.
- CA. Viginti minis? BA. utrum uis, uel quater quinis minis,  
 Militi Macedonio, etiam quindecim hic habeo minas.
- CA. Quid ego ex te audio? BA. amicam tuam esse factam argenteā.
- CA. Cur id ausus facere? BA. lubuit, mea fuit. CA. chō Pseudole,  
 I, gladium affer. PS. quid opus gladio? CA. qui hunc occidam,  
 atq; me.
- PS. Quin tu te occidis potius: nam hunc fames iam occiderit.
- CA. Quid ais, quantum terra tegit hominum periurissime,  
 Iurauisti te illam nulli uenditurum nisi mihi?
- BA. Fateor. CA. nempe conceptis uerbis. BA. etiam consultis quoq;.
- CA. Periurauisti sceleste. BA. at argentum intrō condidi.  
 Ego scelestus nunc argentum promere possum domo:  
 Tu qui pius es istoc genere gnatus, nummum non habes.
- CA. Pseudole assiste altrinsecus, atq; onera hunc maledictis. PS. licet  
 Nunquam ad prætorē æquē cursim currā, ut emittar manu.
- CA. Ingere mala multa. PS. iam ego te differam dictis meis  
 Impudice. BA. ita est. PS. sceleste. BA. dicis uera. PS. uerbero.
- BA. Quippini. CA. bustirape. BA. certē. CA. furcifer. BA. factum o-  
 ptimē.
- CA. Socio fraude. BA. sunt mea hæc ista. PS. parricida. BA. perge tu.
- PS. Sacrilege. BA. fateor, CA. periure. BA. uctera uaticinamini.

Legi-

CA

CA

PS

CA

PS

BA

BA

CA

CA

PS

CA

CA

CA

CA

CA

CA

CA

CA



- CA. Legirup a. BA. ualide. PS. pernicies adolescentum. EA. acerri-  
me. (planissimè.)
- CA. Fur. BA. bab. e. PS. fugitiue. BA. bombax. CA. fraus populi. BA.  
PS. Fraudulente. CA. impure leno. PS. coenum. BA. cantores probos.
- CA. Verbera uisti patrem atq; matrem. BA. atq; occidi quoq;  
Potiusquam cibum præhiberem, num peccaui quippiam?
- PS. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.
- BA. Nunquid aliud etiam uoltis dicere? CA. ecquid te pudeat?
- BA. Tedam atorem inuentum esse inanem, quasi cassam nucent.  
Sed quanquam multa malaq; in me dicta dixistis mihi,  
Nisi mihi attulerit miles quinque, quas debet minas,  
Sicut hæc est præstituta numeranda argento dies,  
Si is non aderit, posse opinor facere officium me meum.
- CA. Quid id est? BA. si tu argentum attuleris, cum illo perdidderim si-  
dem.  
Hoc meum est officium: ego operæ si sit plus, tecum loquar:  
Sed sine argento frustra est, quod me tui misereri postules.  
Hæc mea est sententia, ut tu hinc porro quid agas, consulas.
- CA. Iam ne abis? BA. negocij nunc sum plenus. PS. paulo post ma-  
gis.  
Illic homo meus est, nisi omnes di me atq; homines deserunt,  
Exossabo ego illum simulter itidem ut murænam cocus.  
Sed nunc Calidore operam te mihi uolo dare. CA. qd imperas?
- PS. Hoc ego oppidum admœnire, ut hodie capiatur, uolo.  
Ad eam rē usu st hominem astutum, doctum, scitū, et callidū,  
Qui imperata effecta reddat, non qui uigilans dormiat.
- CA. Cedo mihi quid es factururus? PS. tempore ego saxo scies,  
Nolo bis iterare, sat sic longæ fiunt fabulæ. (citō)
- CA. Optimum atq; æquissimum oras. PS. propera, adduc hominem  
Pauci ex multis sunt amici homini qui certi sient.
- CA. Ego scio istuc. PS. ergo utrunq; tibi nunc deletum para.  
Ex multis exquire illis unum tibi qui certus fiet.
- CA. Iam hic saxo aderit. PS. potius ut abeas? CA. tibi moram di dāis  
creas.

**P**ostquam illic hinc abiit, tu astas solus Pseudole,  
 Quid nunc acturus? postquam herili filio  
 Largitus dictis dapfilis, ubi sunt ea?  
 Cui neq; parata gutta certi consilij,  
 Neq; adeo argenti, neq; nunc quid faciam scio,  
 Neq; exordiri primum, unde occipias, habes,  
 Neq; ad detexundam telam certos terminos.  
 Sed quasi poeta tabulas cum coepit sibi,  
 Querit quod nusquam est gentium, reperit tamen,  
 Facit illud uerisimile quod mendacium est:  
 Nunc ego poeta fiam, uiginti minae  
 Quae nusquam nunc sunt gentium, inueniam tamen.  
 Atq; ego huic iam pridem me daturum dixeram.  
 At uolui iniicere tragulam in nostrum senem,  
 Verum is nescio quo pacto praesensit prius.  
 Sed comprimenda est mihi uox atq; oratio.  
 Herum eccum uideo huc una Simonem simul  
 Cum suo uicino Caliphone incedere.  
 Ex hoc sepulcro uetere uiginti minas  
 Effodiam ego hodie, quas dem herili filio.  
 Nunc huc concedam, ut horum sermonem legam.

SIMO, CALIPHO, senes duo.

PSEVDOLVS seruus.

**S**I de damnosis natis et amatoribus  
 Dictator fiat nunc Athenis Atticis,  
 Nemo antecedit filio credo meo:  
 Ita nunc per urbem solus sermo est omnibus,  
 Eum uelle amicam liberare, et querere  
 Argentum ad eam rem, hoc alij mihi renunciant,  
 Atq; id iam pridem sensi ego, et subolet mihi.  
 PS. Occisa est haec res, haeret hoc negocium.  
 Quo in com meatum iam uolui argentarium

PRO-

CA.

SI.

PS.

SI.

SI.

SI.



- Proficisci, ibi nunc oppido obsepta est uia.  
 Præsensit, nihil est prædæ prædatoribus.
- CA. Homines qui gestant, quique auscultant crimina,  
 Si meo arbitrato liceat, omnes pendeant:  
 Gestores linguis, auditores auribus.  
 Nam istæc quæ tibi renunciatur filium  
 Te uelle amantem argento circumducere,  
 Forsitan ea tibi dicta sunt mendacia.  
 Sed si uera ea sunt, ut nunc mos est maxime,  
 Quid mirum fecit, quid nouum? adolescens homo  
 Si amat, si amicam liberat? PS. lepidum senem.
- SI. Vetus nolo faciat. CA. at enim nec quicquam neuus,  
 Vel tu ne faceres tale in adolescentia.  
 Probum patrem esse oportet, qui gnatum suum  
 Esse probiorem quam ipse fuerit, postulet.  
 Nam tu quod damni, & quod fecisti flagitij,  
 Populo uirum potuit dissiparier.  
 Id ne tu miraris, si patriisat filius?
- PS. Quisquam pauci estis homines commodi.  
 Ehem illic est patrem esse, ut æquum est filio.
- SI. Quis hic loquitur? meus hic est quidem seruos Pseudolus,  
 Hic mihi corrumpit filium, scelerum caput,  
 Hic dux, hic ille est pædagogus, hunc ego  
 Cupio excruciarier. PS. iam istæc insipientia est,  
 Sic iram in promptu gerere: quanto satius est,  
 Adire blandis uerbis, atque exquirere,  
 Sint illa, nec ne sint, quæ tibi renunciant.  
 Bonus animus in mala re, dimidium est mali.
- SI. Tibi auscultabo. PS. itur ad te Pseudole,  
 Orationem tibi para aduersum senem.  
 Herum saluto primum, ut æquom est: postea  
 Siquid super sit, uicinos impertio.
- SI. Salue, quid agitur? PS. statur hic ad hunc modum.

- SI. Statum uide hominis Calipho, quasi basilicum.
- CA. Bene confidenterq; astitisse intelligo.
- PS. Decet innocentem, qui sit, atq; innoxius,  
Seruum superbum esse apud herum potissimum.
- CA. Sunt quæ te uolumus percontari, quæ quasi  
Per nebulam nosmet scimus, atq; audiuimus.
- SI. Conficiet iam te hic uerbis, ut tu censeas  
Non Pseudolum, sed Socratem tecum loqui.
- PS. Ita est. iam pridem tu me spernis, sentio,  
Paruam esse apud te mihi fidem ipse intelligo.  
Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ.
- SI. Fac sis uacuas Pseudole ædis aurium,  
Mea ut migrare dicta possint quod uolo.
- PS. Age loquere quid uis. tamen si tibi succenseo.
- SI. Mihin' domino seruos tu succenses? PS. iam tibi  
Mirum id uidetur. SI. hercle qui, ut tu prædicas,  
Cauendum est mihi abs te irato, atq; alio tu modo  
Meerberare, atq; ego te soleo, cogitas.
- PS. Quid censes? CA. edepol merito esse iratum arbitror,  
Cum apud te parum stet fides. SI. iam sic sino  
Iratu sit, ego ne quid noceat caueo.  
Sed quid ais? quid hoc quod te rogo. PS. si quid uis, roga  
Quod scibo, Delphis tibi responsum dicit.
- SI. Aduorte ergo animum, & fac sis promissi memor.  
Quid ais? ecquam scis filium tibicinam  
Meum amare \* \* SI. liberare quam uelit.  
\* \* \* SI. ecquas uiginti minas  
Per sycophantiam atq; per doctos dolos  
Paritas ut auferas à me? PS. abs te ego auferam?
- SI. Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet.  
Fateri \* \* \*
- CA. Fatetur. SI. dixit Calipho dudum tibi?
- CA. Memini. SI. cur hæc tu, ubi rescinuisti illico,



- Celata me sunt, cur non rescivi? PS. eloquar.  
 Quia nolebam ex me morem præignari malum,  
 Herum ut seruos suum criminarer apud herum.*
- SI.** Iuberes hunc præcipitem in pistrinum trahi.
- CA.** Nunquid peccatum Simo est? **SI.** immò maximè.
- PS.** Desiste, rectè ego meam rem sapio Callipho.  
*Peccata mea sunt. animum aduerte nunc iam,  
 Quapropter te expertem amoris nati habuerim.  
 Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi.*
- SI.** Non à me scibas pistrinum in mundo tibi?  
*Cum ea musitabas. PS. scibam. SI. cur non dictum est mihi?*
- PS.** Quia aliud malum aderat, istuc aberat longius.  
*Illud erat præsens, huic erat dieculæ.*
- SI.** Quid nunc agetis? nam hinc quidem à me non potest  
*Argentum auferri, qui præsertim senserim.  
 Ne quisquam credat nummum, iam edicam omnibus.*
- PS.** Numquam edepol cuiquam supplicabo dum quidem  
*Tu uiues, tu mihi hercle argentum dabis,  
 Abs te equidem sumam. SI. tu à me sumes? PS. strenuè.*
- SI.** Excludito mihi hercle oculum, si dederò. **PS.** dabis.  
*Iam dico, ut à me caueas. CA. certè edepol scio,  
 Si abstuleris, mirum & magnum feceris facinus.*
- PS.** Faciam. **SI.** si non abstuleris **PS.** uirgis cedito.  
*Sed quid, si abstulero? SI. do Iouem testem tibi,  
 Te atatem impunè habiturum. PS. facito ut memineris.*
- SI.** Egon ut cauere nequeam cui prædicitur?
- PS.** Prædico ut caueas, dico inquam ut caueas, caue.  
*Hem istis mihi tu hodie manibus argentum dabis.*
- CA.** Edepol mortalem graphicum, si seruat fidem.
- PS.** Seruitum tibi me abducito, ni fecero.
- SI.** Bene atq; amicè dicis: nam nunc iam meus es.
- PS.** Vm etiam dicam, quod uos magis miremini?
- CA.** Studeo hercle audire, nam te ausculto libens.

- SI. Agedum, nam satis libenter te ausculto loqui.
- PS. Priusquam istam pugnam pugnabo, ego etiam prius  
Dabo aliam pugnam claram, et commemorabilem.
- SI. Quam pugnam? PS. hem ab hoc lenone uicino tuo,  
Per sycophantiam, atq; per doctos dolos  
Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit,  
Eam circumducam lepidè lenonem. SI. quid est?
- PS. Effectum hoc hodie reddam utrunq; ad uesterum.
- SI. Siquidem istæc opera ut prædicas perfereris,  
Virtute regi Agathocli antecesseris.  
Sed si non faxis, nunquid caussæ est, illico?  
Quin te in pistrinum condam? PS. non unum quidem  
Diem modò, uerùm hercle in omnis, quantum est. sed si effe-  
Dabin' mihi argentum quod dem lenoni illic? (ro,  
Tua uoluntate. CA. ius bonum orat Pseudolus,  
Dabo inque. SI. at scin' quid mihi in mentem uenit?  
Quid si hisce inter se consenserunt Calipho,  
Aut de compacto faciunt consutis dolis,  
Qui me argento circumuertant. PS. quis me audacior  
Sis: si istuc facinus audeam facere. immo sic Simo,  
Si sumus conspecti, siue consilium unquam iniuimus  
De istac re, aut si de ea re unquam inter nos conuenimus,  
Quasi in libro cum scribuntur calamo litteræ,  
Stilis me totum usq; ulmeis conscribito.
- SI. Indice ludos nunc iam quando lubet.
- PS. Da in hunc diem operam Callipho queso mihi,  
Ne quod te ad aliud occupes negotium.
- CA. Quin uti rus irem iam heri constitueram.
- PS. At nunc disturba quas statuisti machinat.
- CA. Nunc non abire certum est istac gratia,  
Lubido est ludos tuos spectare Pseudole.  
Et si hunc uidebo non dare argentum tibi,  
Quod dixit, potius quàm id non fiat, ego dabo.



- Non demutabo. PS. namq; edepol si non dabis,  
 Clamore magno, & multum flagitare.  
 Agite amouemini hinc uos intrò nunc iam,  
 Ac meis uicissim date locum fallacijs.
- SI. Fiat, geratur mos tibi. PS. sed te uolo  
 Domi usq; adesse. SI. quin tibi hanc operam dico.
- CA. At ego ad forum ibo, iam hic adero. SI. actutum redi.
- PS. Suspicio est mihi nunc uos suspicariet,  
 Me iccirco hæc tanta facinora promittere,  
 Qui uos oblectem, hanc fabulam dum transigam,  
 Neq; sim facturum, quod facturum dixeram:  
 Non demutabo. atq; etiam certum, quod sciam  
 Quo sim facturum pacto, nihil etiam scio,  
 Nisi quia futurum est. nam qui in scenam prouenit  
 Nouo modo, nouum aliquid inuentum asferre addecet.  
 Si id facere nequeat, det locum illi qui queat.  
 Concedere aliquantisper hinc mihi intrò libet,  
 Dum concenturio in corde sycophantias.  
 Tibicen uos interea hic delectauerit.

## PSEVDOLVS seruus.

**P**roh Iuppiter, ut mihi quicquid ago lepidè omnia prospere  
 req; eueniunt.  
 Neq; quod dubitem, neq; quod timeam, meo in pectore condi-  
 tum est consilium.

(omnes  
 Nam ea stultitia est, facinus magnum timido cordi credere. nam  
 Res perinde sunt, ut agas, ut eas magnificias. nam ego in meo  
 Pectore prius ita paraui copias duplicis, triplicis, dolos,  
 Perfidias, ut ubicunq; cum hostibus congregiar, malorū meorū  
 Fretus uirtute dicam, mea industria & malicia, fraudulentia,  
 Facile ut uincā, facile ut spoliem meos perduellis meis perfidijs.  
 Nunc inimicum ego hunc communem meū, atq; uostrū omniū  
 Ballionē, exbalistabo lepidè, date operā modò. hoc ego oppidiū  
 Aduenire, ut hoc die capiatur, uolo, atq; ut hoc meas legiones  
 Addu-

## M. ACCII PLAVTI

Adducam: si hoc expugno, faciliè ego hanc rem meis ciuibus faciam. (tinus obducam:

Post ad oppidum hoc uetus continuè mecum exercitum proinde me & simul participes omnes meos præda onerabo, atque opplebo. (ant natum.

Metum & fugam perduellibus meis injiciam, me esse ut scio sum genere gnatus, magna me facinora decet efficere, Quæ post mihi clara, & diu clucant: sed hunc quem uideo, quæ hic Qui oculis meis obuiam ignorabilis obijcitur, libet scire (est Quid hic uelit cum machera, & huic, quam rem agat, hinc dabo insidias.

HARPAX Cacula. PSEVDOLVS seruus.

**H**iloci sunt, atque hæ regiones, quæ mihi ab hero sunt demonstratæ, (miles,

Ut ego oculis rationem capio, quam mihi ita dixit herus meus Septimas esse adis à porta, ubi ille habuit leno, cui iussit Symbolum me ferre, & hoc argentum, nimis uelim certum qui mihi faciat Ballio leno ubi hic habitat. PS. St. tace tace, (filio Meus hic est homo, ni omnes di atque homines deserunt. nouo cõ Nunc mihi opus est, noua res subito mihi hæ obiecta est: Hoc præuortar principio, illa omnia missa habeo quæ antè age re occipi. (percutiam.

Iam pol ego hunc stratoticum nuncium aduenientem probè

HA. Ostium pultabo, atque intus euocabo aliquem foras.

PS. Quisquis es, compendium ego te facere pultandi uolo, Nam ego precator, & patronus foribus processus foras.

HA. Tu ne es Ballio? PS. immò uero ego eius sum subballio.

HA. Quid istuc uerbi est? PS. condus, promus sum, procurator peni.

HA. Quasi te dicas atriensem. PS. imò atriensi ego impero.

HA. Quid tu seruus ne es, an liber? PS. nunc quidem etiam seruo.

HA. Ita uidere, & non uidere dignus qui liber fies.

PS. Non soles respicere te, cum dicas iniuste alteri?

Hunc



- HA. Hunc hominem malū esse oportet. PS. di me seruant atq; amant.  
Nam hic mihi incus est, procudā ego hodie hinc multos dolos.
- HA. Quid illic secū solus loquitur. P. qd ais tu adolescēs? HA. qd est?
- PS. Es ne tu, an non es ab illo milite Macedonio,  
Seruus eius, qui hinc à nobis est mercatus mulierem?  
Qui argenti hero meo lenoni quindecim dederat minas,  
Quinq; debet? HA. sum. sed ubi tu me nouisti gentium,  
Aut uidisti, aut collocutus? nam equidem Athenis antidhac  
Nunquam adueni, neq; te uidi ante, hūc diem unquā oculis meis.
- PS. Quia uidere inde esse. nam olim cum abijt, argento hic dies  
Præstituta est, quo ad referret nobis, neq; dum rettulit.
- HA. Imò adest. PS. tur attulisti. HA. egomet. PS. quid dubitas dare?
- HA. Tibi ego dem? PS. mihi hercle uerò, qui res rationesq; heri  
Ballionis curo, argentum accepto, expenso, & cui debet dato.
- HA. Siquidem hercle etiam supremi promtas thesauros Iouis,  
Tibi libellam argenti nunquam credam, dum tu strenuas.
- PS. Res erit soluta. HA. nunc iam potius sic seruauero.
- PS. Ve tibi. tu inuentus uerò meam qui forcilles fidem:  
Quasi mihi non sexcenta tanta soli soleant credier.
- HA. Potest ut alij ita arbitrentur, & ego ut ne credam tibi.
- PS. Quasi tu dicas me te uelle argento circumducere.
- HA. Immo uerò quasi tu dicas, quasiq; ego autem id suspicer.  
Sed quid est tibi nomen? PS. seruus est huic lenoni Syrus,  
Eum esse me dicā, Syrus sum. HA. Syrus? PS. id est nomen mihi.
- HA. Verba multa facimus, herus si tuus domi est, quin prouocas,  
Ut id agam quò missus huc sum. PS. quicquid est nomen tibi,  
Si intus esset euocarem. uerum si dare uis mihi,  
Magis erit solutū, quàm ipsi dederis. HA. at enim scin quid est?  
Reddere hoc, non perdere, herus misit. nunc certe scio  
Hoc febrim tibi esse, quia non licet hoc iniicere ungulas.  
Ego nisi ipsi Ballioni, nummum credam nemini.
- PS. At illic nunc negotiosus est, res agitur apud iudicem.
- HA. Di bene uortant. at ego quando cum esse censebo domi,

Rediero tu epistolam hanc à me accipe, atq; illi dato.

Nam istic symbolum est inter herum meum, & tuū de muliere.

PS. Scio equidē, ut qui argentū afferret, atq; expressam imaginem  
Suam hūc ad nos, cum eo aiebat uelle mitti mulierem.

Nam hic quoq; exemplū reliquit eius. HA. omnem rem tenes.

PS. Quid ego ni teneam? HA. dato ergo istū symbolum illi. PS. licet.  
Sed quid est tibi nomen? HA. Harpax. PS. apage te Harpax,  
haud places.

Huc quidem hercle haud ibis intrò, ne quid Harpax feceris.

HA. Hostis uiuos rapere soleo ex acie, ex hoc nomen mihi est.

PS. Pol te multo magis opinor uasa ahenea ex edibus.

HA. Non ita est, sed scin quid te orem Syre? PS. sciam, si dixeris.

HA. Ego deuortor extra portam huc in tabernam tertiam,  
Apud anum illam diobolarem, cludam, crassam, chrysidem.

PS. Quid uis? HA. inde ut me accersas, herus tuus ubi uenerit.

PS. Tuo arbitratu maxime? HA. nam ut lassus ueni de uia,

Me uolo curare. PS. sanè sapis, & consilium placet.

Sed uidesis ne in questione sis, quando accersam, mihi.

HA. Quin ubi pranderò, dabo operam somno. PS. sanè censeo.

HA. Nunc quid uis? PS. dormitum ut abeas. HA. abeo. PS. atq; audin  
lube sis te opperiri, beatus eris si consudaueris. (Harpax,

PSEVDOLV Sferuus.

**D** Immortales, conseruauit me illic homo aduentu suo,  
Suo uiatico reduxit me usq; ex errore in uiam.

Nam ipsa mihi opportunitas, non potuit opportunius

Aduenire, quàm hæc cauata est mihi opportunè epistola.

Nam hæc allata cornucopiæ est, ubi inest quicquid uolo.

Hic doli, hic fallaciæ omnes sunt, hic sunt sycophantiæ,

Hic argentum est; hic amica amanti herili filio,

Atq; ego nunc me gloriosum faciam, ut copi pectore,

Quo modo quicq; agerem, ut lenoni surriperem mulierculam,

Iam instituta, ornata, cuncta in ordine animo ut uolueram,

Certa deformatâ habebam; sed profectò hoc sic erit:

Centura

CH.  
CA.  
CH.  
CA.

PS.



Centum doctum hominum consilia sola hæc deuincit dea  
 Fortuna: atq; hoc uerum est: proinde ut quisq; fortuna utitur,  
 Ita præcellet, atq; exinde sapere eum omnes dicimus.  
 Bene ubi quod consilium discimus accidisse, hominem catum  
 Eum esse declaramus: stultum autem illum, cui uertit malè.  
 Stulti haud scimus, frustra ut simus, cum quod cupienter dari  
 Petimus nobis, quasi quid in rem sit, possimus noscere.  
 Certa amittimus, dum incerta petimus, atq; hoc cucnit  
 In labore atq; in dolore, ut mors obrepat interim.  
 Sed iam satis est philosophatum, nimis diu & longum loquor.  
 Di immortales, aurichalco contra non carum fuit  
 Meum mendacium, hic modò quod subito commentus fui,  
 Quia lenonis me esse dixi, nunc ego hæc epistola  
 Tres deludã, herum & lenonẽ, & qui hanc mihi dedit epistolã.  
 Euge par pari, aliud autem quod cupiebam contigit.  
 Venit eccum Calidorus, ducit nescio quem secum simul.

CALIDORVS. CHARINVS adolescens.

PSEVDOLVS seruus.

- D**ulcia atq; amara apud te sum elocutus omnia,  
 Scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam.
- CH. Commemini omnia: dic tu modò me quid uis facere, fac sciam.
- CA. Cum hæc tibi alia sum elocutus, ut scires, si scis, de symbolo.
- CH. Omnia inquam, tu modò quæ me facere uis, fac ut sciam.
- CA. Pseudolus ita mihi imperauit, ut aliquem hominem strenuum,  
 Benevolentem adducerem ad se. CH. seruus imperium probè.  
 Nam & amicum & benevolentem ducis, sed istic Pseudolus  
 Nouus mihi est. CA. nimium est mortalis graphicus, heu retes mi  
 Is mihi hæc esse se effecturum dixit, quæ dixi tibi. (hi est,
- PS. Magnifice hominem compellabo. CA. cuius uox sonat? PS. io, io.  
 Te te te tyrannè, te rogo, qui imperitas Pseudolo,  
 Quæro, qui ter, trina, triplicia, tribus modis, tria gaudia,  
 Artibus tribus, ter demeritas dem letitias, de tribus  
 Fraude partas per malitiam, & per dolum & fallaciam

In libello hoc obfignato ad te attuli pauxillulo.

- CA. Illic homo est ut paratragædiat carnufex. CH. confer gradum  
 Contrâ pariter. PS. porrige audacter ad salutem brachium.
- CH. Dic utrum spem ne an salutem, te salutem Pseudole?
- PS. Immò utrunq;. CH. utrunq; salus, sed quid actum est? PS. quid
- CA. Attuli hûc. PS. quid attulisti? CA. adduxi uolui dicere. (times?
- PS. Quid istic est? CA. Charinus. PS. euge iam \*
- CH. Quin tu quicquid opus est audacter imperas. PS. iam gratiam.  
 Bene sit, Charine nolo tibi molestos esse nos.
- CH. Vos molestos mihi? molestum est quidem. PS. iû tu igitur mane.
- CH. Quid istuc est? PS. epistolam modò hanc intercepi, & symbo-  
 lum.
- CH. Symbolum? quem symbolum. PS. qui à milite allatus est modò.  
 Eius seruo qui hunc ferebat cum quinq; argenti minis,  
 Tuam qui amicam hinc accerserat, ei os subleui modò.
- CH. Quomodo? PS. horum causa hæc agitur spectatorum fabula.  
 Hi sciunt qui hic affuerunt, uobis post narrauero.
- CH. Quid nunc agimus? PS. liberâ hodie tuâ amicam amplexabere.
- CH. Ego ne? PS. tute, ego ipse inquam, siquidem hoc uiuet caput.  
 Si modò mihi hominem inuenietis properè. CH. qua facie. PS.  
 malum,  
 Callidum, doctum, qui quando principium prehenderit,  
 Porro sua uirtute teneat, quid se facere oporteat.  
 Atq; cum qui non hic usitatus sæpe sit. CA. si seruos est,  
 Nunquid refert? PS. immò multo mauiolo quàm liberum.
- CH. Posse opinor me dare hominem tibi malum & doctum modò.  
 Qui à patre aduenit Carysto, nec dum exijt ex edibus  
 Quoquam, neque Athenas aduenit unquam ante hesternum  
 diem.
- PS. Bene iuuas, sed quinq; inuentis opus est argenti minis  
 Mutuis, quas hodie reddam, nam unam mihi huius debet pa-  
 ter.
- CH. Ego dabo, ne quære aliunde. PS. ô hominem opportunum mihi.  
 Etiam

PS.  
 CH.  
 PS.  
 CH.  
 PS.  
 PS.  
 PS.  
 PS.  
 PS.  
 PS.  
 CA.



- Etiā opu'st chlomyde et machera, et petaso. CH. à me possum
- PS. Di immortales, nō Charinus mihi hic quē est, sed copia. (dare.  
Sed istic seruus ex Carysto hic qui aduenit, qui sapit?
- CH. Vsq; à cunabulis. PS. manuleatā tunicā habere hominē decet.  
Ecquid habet is homo aceti in pectore? CH. atq; acidissimi.
- PS. Quid si opus fiet, ut dulce promat indidem, ecquid habet?
- CH. Rogas? murrhinā, passum, de frutū, melinam, mel quousmodi.  
Quin in corde instruere quondam cepit Hermopolium.
- PS. Euge pellepide Charine, me meoludo iam beas.  
Sed quid nomen esse dicam ego isti seruo? CH. Simiē.
- PS. Scit ne in re aduersa uersari? CH. turbo non æquē citus est.
- PS. Ecquid argutus est? CH. malorum facinorum sapiē.
- PS. Quid cum manifestō tenetur? CH. anguilla st. elabitur.
- PS. Ecqui. is homo scitus est? CH. plebiscitum non est scitius.
- PS. Probus homo est, ut prædicare te audio. CH. immō si scias  
Vbi te aspexerit, narrabit ultrò quid sese uelis.  
Sed quid illo es acturus? PS. dicam, ubi hominem exornauero,  
Subditicium fieri ego illum militis seruum uolo.  
Symbolum hunc ferat lenoni cum quinque argenti minis,  
Mulierem ab lenone abducat. hęc tibi omnem fabulam.  
Ceterum quo quicq; pacto faciat, ipsi dixerō.
- CA. Quid nunc igitur stamus? PS. hominē cū ornamentis omnibus  
Exornatum adducite ad me, iam ad trapezitam Aeschinum.  
Sed properate. CH. prius illic eripimus, quàm tu. PS. abite ergo  
ocius.
- Quicquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit,  
Nunc liquet, nunc defecatum est, cor mihi nunc peruium st.  
Omnes ordines sub signis ducam legiones meas,  
Aui sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia:  
Confidentia est inimicos meos me posse perdere.  
Nunc ibo ad forum, atq; onerabo meis præceptis Simiam,  
Quid agat, ne quid titubet, doctē ut hanc ferat fallaciam.  
Iam ego hoc ipsum oppidum expugnatum saxo erit lenonium.

**C**Vi seruitutem di danunt lenoniam  
 Pucro, atq; eidem si addunt turpitudinem,  
 Ne illi, quantum ego nunc corde conspicio meo,  
 Malam rem magnam, multasq; erumnas danunt.  
 Velut hæc mihi euenit seruitus, ubi ego omnibus  
 Paruis magnisq; miseris præfulcior,  
 Neq; ego amatorem mihi inuenire ullum queo,  
 Qui amet me, ut curet tandem nitidiuscule.  
 Nunc huic lenoni est hodie natalis dies,  
 Interminatus est à minimo ad maximum,  
 Si quis non hodie munus misisset sibi,  
 Eum cras cruciatu maximo perbitere.  
 Nunc nescio hercle rebus quid faciam meis.  
 Neq; ego illud possum, quod illi qui possunt, solent.  
 Nunc nisi lenoni munus hodie misero,  
 Cras mihi potandus fructus est fullonius.  
 Atq; edepol ut nunc malè eum metuò miser.  
 Sed comprimenda est mihi uox atque oratio,  
 Herus eccum recipit se domum, & ducit coquum.

BALLIO leno, COCVS. PVER.

**F**orum coquinum qui uocant, stultè uocant.  
 Nam non coquinum est, uerùm furinum est forum.  
 Nam si ego iuratus peiorem hominem quaerere,  
 Coquum non potui, quàm hunc quem duco, ducere,  
 Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem.  
 Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad se noluit,  
 Vt esset hic, qui mortuis cœnam coquat.  
 Nam hic solus illis coquere quod placeat, potest.  
 CO. Si me arbitrabare isto pacto ut prædicas,  
 Cur conducebas? BA. inopia, alius non erat.  
 Sed cur sedebas in foro, si eras coquus  
 Tu solus præter alios? CO. ego dicam tibi,

BA.

Homi-



Hominum auaritia ego sum factus improbior coqus,  
 Non meopte ingenio. BA. qua istuc ratione? CO. eloquar.

Quia enim cum extemplò ueniunt conductum coquam,

Nemo illum querit qui optimus, & carissimus sit,

Illum conducunt potius qui uilissimus sit,

Hoc ego fui hodie solus obsessor fori.

Illi drachmis ijsent miseri, me nemo potest

Minoris quisquam nummo ut surgam, subigere.

Non item coenam condio, ut alij coqui,

Qui mihi condita prata in patinis proferunt,

Boues qui conuiuas faciunt, herbasq; oggerunt,

Es herbas herbis alijs porrò condiunt,

Indunt coriandrum, feniculum, allium, atrum olus,

Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum,

Eo la serpicij libram pondo diluunt:

Teritur sinapis scelerata cum illis, qui terunt,

Priusquam triuerunt oculi, ut extillent facit.

Ei homines coenas sibi coquunt: cum condiunt,

Non condimentis condiunt, sed strigibus,

Viuis conuiuis intestina quæ exedint,

Hoc hic quidem homines tam breuem uitam colunt,

Cum hæc herbas huiusmodi in suam aluum congerunt,

Formidolosas dictu, non esu modò:

Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt.

BA. Quid tu? diuinis condimentis utere,

Qui prorogare uitam possis hominibus,

Qui ea culpes condimenta? CO. audacter dicito.

Nam uel duccenos annos poterunt uiuere,

Meas qui esitabunt escas quas conduero.

Nam ego cicilendrum quando in patina scindidi,

Aut si polindrum, aut macidem, aut sancaptidem,

Eæ ipsæ sese patinæ feruefaciunt illico,

Hæc ad Neptuni pecudes condimenta sunt

Terrestres pecudes cicimandro condio,  
 Aut hapalopside, aut catarastria. BA. at te Iuppiter  
 Disq; omnes perdant, cum condimentis tuis,  
 Cumq; tuis istis omnibus mendacis.

CO. Sine sis loqui me. BA. loquere, atq; i in malam crucem.

CO. Vbi omnes patinae feruent, omnis aperio.  
 Is odos dimissis pedibus in caelum uolat.  
 Eum in odorem coenat Iuppiter cotidie.

BA. Odor dimissis pedibus? CO. peccaui insciens.

BA. Quid est? CO. quia enim dimissis manibus uolui dicere.

BA. Si nunquam is coctum, quid' nam coenat Iuppiter?

CO. It incoenatus cubitum. BA. i in malam crucem.

Estacine caussa tibi hodie nummum dabo?

CO. Fatcor equidem esse me cocum crispissimum:  
 Verum pro precio facio, ut opera appareat  
 Mea, quo conductus ueni. BA. ad furandum quidem.

CO. An inuenire postulas quenquam coquam,  
 Nisi miluinis aut aquilinis unguis?

BA. An tu coquinatum te ire quoquam postulas,

Quin ibi constrictis unguis coenam coquas?

Nunc adeo tu qui meus es iam edico tibi,

Vt nostra properes amoliri omnia:

Tum ut huius oculos in oculis habeas tuis:

Quoquò hic spectabit, eò tu spectato simul:

Si quò hic gradietur pariter, progredimur:

Manum si protollet, pariter proferto manum.

Suum si quid sumet, id tu sumo sumere.

Si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus.

Si iste ibit, ito. Stabit, astato simul.

Si conquiniscet istic, conquiniscito.

Simul item his discipulis prius custodes dabo.

CO. Habe modò animum bonum. BA. quæso qui possim, doce  
 Animum habere, qui te ad me adducam domum?

Quia



- CO. Quia sorbitione faciam ego te hodie mea,  
Item ut Medea Peliam concoxit senem,  
Quem medicamento, & suis uenenis dicitur  
Fecisse rursus ex sene adulescentulum:  
Item te ego faciam. BA. ehò an tu etiam ueneficus?
- CO. Immo edepol uerò hominum seruator magis. BA. hem mane,  
Quanti istuc unum me coquinare perdoces?
- CO. Quid? BA. ut te seruem, ne quid surripias mihi.
- CO. Si credis, nummo: si non, ne mina quidem.  
Sed utrum amicis hodie, an inimicis tuis  
Daturus cœnam? BA. pol ego amicis, scilicet.
- CO. Quin tu illos inimicos potiusquam amicos uocas?  
Nam ego ita conuiuis cœnam conditam dabo  
Hodie, atq; ita suauitate condiam,  
Ut quisq; quicq; conditum gustauerit,  
Ipsos sibi faciam ut digitos prærodât suos.
- BA. Quæso hercle priusquam quicquam conuiuis dabis,  
Gustato tute prius, & discipulis dato,  
Ut prærodatis uestras sutfificas manus.
- CO. Fortasse hæc tu nunc mihi non credis quæ loquor.
- BA. Molestus ne sis, nimium iam timis, non places.  
Hem illic ego habito, intrò huc abi, & cœnam coque  
Properè. CO. quin is accubitus, & conuiuas cedo.  
Corrumpitur iam cœna. BA. hem sobolem sis uide.  
Iam hic quoq; scelestus est, coquit sub linteo.  
Profectò quid nunc primum caueam nescio,  
Ia in ædibus sunt fures, prædo in proximo est.  
Iam me hic uicinus apud forum paulo prius  
Pater Calidori opere petiuit maximo,  
Ut mihi cauerem à Pseudolo seruo suo,  
Neu fidem ei haberem. nam eum circumire in hunc diem,  
Ut me si posset muliere interuorteret,  
Eum promissè firmiter dixit sibi,

## M. ACCIPLAVTI

Sese abducturum à me dolis Phoenicium.  
Nunc ibo intrò, atq; edicam familiaribus,  
Profectò ne quis quicquam credat Pseudolo.

PSEVDOLVS seruus. SIMIA sycophanta.

**S**I unquam quenquam di immortales uoluere esse auxilio  
adiutum,

Tu me & Calidorũ seruatũ uolunt esse, & lenonem extinctũ,  
Cum te adiutorẽ genuere mihi, tam doctũ hominẽ atq; astutũ.  
Sed ubi illic est? sum ne ego homo insipiens? qui hæc mecum e  
gomet loquor solus?

Dedit uerba mihi hercle, ut opinor, malus cũ malos stultè caui.  
Tum pol ego interij, homo si ille abiit, neq; hoc opus quod uo  
lui, ego hodie efficiam.

Sed eccum uideo uerbereã statuam, ut magnificè infert sese?  
Hẽ te hercle ego circumspectabam, nimis metuebam malè ne  
abijses. (mibi libitum est.

SY. Fuit meũ officium ut facerem, fateor. PS. ubi restiteras. SY. ubi  
PS. Istuc ego iam satis scio. SY. cur ergo quod scis, me rogas? PS. at  
hoc uolo monere te.

SY. Monendus ne me moneat. PS. nimis tandem abs te contemnor.

SY. Quippe ego te ni contemnã stratioticus homo qui cluear. PS.  
iam (des?

Hoc uolo quod acceptũ st agi SY. nunquid agere aliud me ui  
PS. Ambula ergo citò. SY. immò ociofẽ uolo. PS. hæc ea occasio est,  
dum ille dormit

Volo tu prior ut occupes adire. SY. quid properas placidè.  
Ne time. ita ille saxit Iuppiter, ut ille palam ibidem asiet,  
Quis quis ille est, qui adest à milite, nunquam edepol erit ille  
potior (plicatam tibi rem dabo.

Harpax, quãdã ego, habe animum bonum: pulcrè ego hanc ex  
Sic ego illum dolis atq; mendacijs in timorem dabo,  
Militarem aduenam, ipse sese ut neget cum esse qui fiet,  
Mcq; ut esse autumet, q̄ ipseus ẽ. PS. qui potest? SY. occidis me,  
Cum

SY  
PS.

PS.

PS.

SY.

PS.

PS.

SY.

SY.

PS.

SY.

PS.



Cū istuc rogitas. PS. ô hominem lepidum, te quoq; etiam dolis  
Atq; etiam mendacijs, Iuppiter te mihi seruet.

- SY. Inmò mihi, sed uide ornatus hic satis me condecet? (dunt,  
PS. Optumè habet. SY. esto. PS. tantum tibi boni di immortales  
Quantū tibi optes. nā si exoptem quantū dignus, tantum dent,  
Minus nihilo est, neq; ego hoc homine quēquā uidi magis malū  
Et maleficum. SY. tun id mihi? PS. taceo, sed ego que tibi dona  
Dabo, & faciā, si hāc rē sobriè accurassis. SY. potir ut taceas.  
Memorem immemorem facit, qui monet quod memor memi-  
nit. teneo omnia.

In pectore condita sunt, meditati sunt doli doctè. P S. probus  
hic est (tin ut taceas?

Homo. SY. neq; hic est, neq; ego. PS. at uide ne titubes. SY. po-

- PS. Ita me di jament. SY. ita non facient, mera iā mēdacia fundes?  
PS. Ut ego ob tuā Simia perfidiā te amo, et metuo, et magnifacio.  
SY. Ego istuc alijs dare cōdidici, mihi obtrudere non potes palpū.  
PS. Ut ego te hodie accipiam lepidè, ubi effeceris hoc opus. SY. ha  
ha he.

- PS. Lepido uictu, uino, unguentis, & inter pocula pulpamentis:  
Ibidè unā adcrit mulier lepida, tibi sauiā super sauiā que det.  
SY. Lepidè accipis me. PS. inmò si efficis, tum saxo magis dicas.  
SY. Nisi effecero, cruciabiliter carnifex me accipito.  
Sed propera mihi monstrare ubi ostium lenonis ædium.  
PS. Tertiū hoc est. SY. tace, ædes hiscunt. PS. credo, animo male st  
Aedib. SY. quid iā? PS. quia edepol ipsum lenonem euomunt.  
SY. Illicine est? PS. illic est. SY. mala merx est. PS. illuc sis uide.  
Non prorsus: uerū ex transuerso cedit, quasi cancer solet.

## BALLIO. PSEVDOLVS.

## SYCOPHANTA.

**M**inus malum hunc hominem esse opinor, quā esse cē  
sebam cōquum:

Nam nihil etiā dū harpagauit præter cyathum, & cantharū.

- PS. Hec tu nunc occasio est & tempus. SY. tecum sentio.

- PS. Ingredere in uiam dolose, & ego hic in insidijs ero.
- SY. Habui numerum sedulo, hoc est sextum à porta proximum Angiportum, in id angiportum me deuerti iusseras, Quotumas ædis dixerit, id ego admodum incerto scio.
- BA. Quis hic homo chlamydatas est, aut unde est, aut quæ queri- Peregrina facies uidetur hominis, atq; ignobilis. (tat)
- SY. Sed eccum, qui ex incerto faciet mihi quod quero certius.
- BA. Ad me adit rectà, unde ego hominem hunc esse dicã gentium?
- SY. Heus tu, qui cum hircina astas barba, responde quod rogo.
- BA. Eho an non prius salutas? SY. nulla est mihi salus dataria.
- BA. Nam pol hinc tantundè accipies. PS. iam inde à principio pro
- SY. Ecquen in angiporto hoc hominem tu nouisti, te rogo? (bus.)
- BA. Egomet me. SY. pauci istæ faciūt homines, quod tu predicas. Nam in foro uix decumus quisq; est, qui ipse sese nouerit.
- PS. Saluus sum, iam philosophatur. SY. hominem ego hic quero malum, (tat: Legirupam, impiam, periurum, atq; improbum. BA. me queri Nam illa mea sunt cognomenta, nomen si memorct modò. Quid est ei homini nomen? SY. Leno Ballio. BA. sciuiñ ego? Ipse sum adolescens, quem tu queritas. SY. tu ne es Ballio?
- BA. Ego enim uero is sum. SY. ut uestitus est perfoffor parietum.
- BA. Credo in tenebris conspiciatus si sis me, abstineas manum?
- SY. Herus meus, tibi me salutem multam uoluit dicere, Hanc epistolam accipe à me, hanc me tibi iussit dare. (est)
- BA. Quis is homo est qui iussit? PS. perij, nunc homo in medio luto Nomen nescit, hæret hæc res. BA. quem hæc misisse ad me autu
- SY. Nosce imaginem, tute eius nomen memorato mihi, (mas?) Ut sciam Ballionem te esse ipsum. BA. cedo mihi epistolam.
- SY. Accipe, hem cognosce signū. BA. Eho Polymacheroplacides, Parus putus est ipse, noui, heus. SY. Polymacheroplacides. Nomen est, scio iam tibi me rectè dedisse epistolam, Postquam Polymacheroplacide elocutus nomen es.
- BA. Sed quid agit is? SY. quod homo edepol fortis, atq; bellator probus. Sed



- Sed propra hanc pellegere quæso epistolam, ita negotiū est.  
 Atq; accipere argentum astutum, mulieremq; mihi emittere.  
 Nam necesse hodie Sicyoni me esse, aut cras mortem exequi,  
 Ita herus meus est imperiosus. BA. noui, notis prædicas.  
 Ita herus meus est imperiosus. BA. id ago, si taceas modò.  
 SY. Propra pellegere epistolam ergo. BA. id ago, si taceas modò.  
 Miles lenoni Ballioni epistolam  
 Conscriptam mittit Polymachæroplacides,  
 Imaginem obfignatam, quæ inter nos duo  
 Conuenit olim. SY. symbolum est in epistola.  
 BA. Video & cognosco signum, sed in epistola  
 Nullam salutem mittere ne scriptam solet?  
 SY. Ita militaris disciplina est, Ballio,  
 Manu salutem mittunt beniuolentibus,  
 Eadem malam rem mittunt maleuolentibus.  
 Sed ut ocepisti, perge operam experieris,  
 Quid epistola ista narret. BA. ausculta modò.  
 Harpax calator meus est, ad te qui uenit.  
 Tū ne is es Harpax? SY. ego sum, atq; ipse Harpax quidem.  
 BA. Qui epistolam istam fert, ab eo argentum accipe, &  
 Cum eo simitu mulierem mitti uolo.  
 Salutem scriptam dignum est dignis mittere:  
 Te si arbitrarem dignum, misissem tibi.  
 SY. Quid nunc? BA. argentum des, abducas mulierem.  
 SY. Vter remoratur? BA. quin sequere ergo intrò. SY. sequor.

## PSEVDOLVS.

**P**eiorem ego hominem, magisq; uersutè malum,  
 Nunquam edepol quenquam uidi, quàm hic est Simia.  
 Nimisq; ego illum hominem metuo & formido malè,  
 Ne malus item erga me sit, ut erga illum fuit,  
 Ne in re secunda nunc mihi obuertat cornua,  
 Si occasionem capsit qui fiet malus.  
 Atq; edepol equidem nolo: nam illi bene uolo.  
 Nunc in metu sum maximo, triplici modo.

Primum omnium iam hunc comparem metuo meum,  
 Ne deserat nunc me, atq; ad hostis transeat.  
 Metuo autem ne herus redeat etiam dum à foro,  
 Ne capta præda capti prædones fiant.  
 Dum hæc metuo, metuo ne ille huc Harpax adueniat,  
 Priusquam hinc hic Harpax abierit cum muliere.  
 Perij hercle, nimium tardè egrediuntur foràs.  
 Cor colligatis uasis expectat meum,  
 Si non educat mulierem secum simul,  
 Ut exulatum ex pectore aufugiat meo.  
 Victor sum, uici cautos custodes meos.

## SYCOPHANTA. PSEVDOLVS.

- N**E plora, ne scis ut res sit Phœnicium,  
 Verum haud multo post saxo scibis accubans.  
 Non ego te ad illum duco dentatum uirum  
 Macedoniensem, qui te nunc flentem facit.  
 Cuiam esse te uis maximè, ad eum duco te:  
 Calidorum haud multo post saxo amplexabere.
- PS. Quid tu intus quæso desedisti? quàm diu  
 Mibi cor retusum? et oppugnando pectore?
- SX. Occasionem repperisti uerbero,  
 Vbi perconteris me insidijs hostilibus:  
 Quin hinc metimur gradibus militarijs.
- PS. Atq; cædipol quanquam nequam homo es, rectè mones.

## BALLIO leno.

**H**A hæc nunc demum mihi animus in tuto est loco,  
 Postquam iste hinc abiit, atq; abduxit mulierem:  
 Mibi libet nunc uenire Pseudolum scelorum caput.  
 Et abducere à me mulierem fallacijs.  
 Conceptis hercle uerbis satis certò scio,  
 Ego periurare mauellem me milies,  
 Quàm mihi illum uerba per deridiculum dare.  
 Nunc deridebo hercle hominem, si conuenero.

Verum



Verum in pistrinum credo, ut conuenit, fore.  
Nunc ego Simonem mihi obuiam ueniat uelim,  
Ut mea letitia letus promiscam fiet.

SIMONEN. BALLIO leno.

**V**o quid rerum meus Vlyses egerit,  
Iam ne habeat signum ex arce Ballionia.

- BA. O fortunate, cedo fortunatam manum, (tuas. SI. quid est?  
Simo. SI. quid est? BA. iam. SI. quid iam? BA. nihil est quod me-  
Venit 'ne homo ad te? BA. non. SI. quid est igitur bonis?
- BA. Minæ uiginti sanæ ac saluæ sunt tibi,  
Hodie quas abs te inde st stipulatus Pseudolus.
- SI. Velim quidem hercle. BA. roga me uiginti minas,  
Si ille hodie illa sit potius muliere,  
Siue eam tuo gnato hodie, ut promissit, dabit.  
Regato hercle obsecro, gestio promittere.  
Omnibus modis tibi esse rem ut saluam scias,  
Atq; etiam habeto mulierem dono tibi.
- SI. Nullum periculum est, quod sciam, stipularier.  
Ut ocepisti uerba, uiginti minas  
Dabin: BA. dabuntur. SI. hoc quidem a sum' st haud malè.  
Sed hominem conuenisti in? BA. immò ambos simul.
- SI. Quid ait? quid narrat? quæso quid dicit tibi?
- BA. Nugas theatri, uerba quæ in Comædijs  
Solent lenoni dici, quæ pueri sciunt.  
Malum, & scelestum, periurum aiebant esse me.
- SI. Pol haud mentitum' si. BA. ego haud iratus sui.  
Nam quanti refert te nec rectè dicere,  
Qui nihili faciat, quiq; inficias non eat.
- SI. Quid est, quod non metuas ab eo, id audire expeto.
- BA. Quia nunquam ab me abducat mulierem iam, nec potest.  
Meministi ne tibi me dudum dicere,  
Eam uenisse militi Macedonio?
- SI. Memini. BA. hem illius seruos huc ad me argentum attulit.

Et ob-

- Et obsignatum symbolum. SI. quid postea?  
 BA. Qui inter me atq; illum militem conuenerat,  
 Is secum abduxit mulierem haud multo prius.  
 SI. Bonam fide istuc dicis? BA. unde ea sit mihi?  
 SI. Vide modò ne illic sit contechnatus quippiam.  
 BA. Epistola, atq; imago me certum facit.  
 Quin iam quidem illam in Sicyonem ex urbe adduxit modò.  
 SI. Bene hercle factum, quid ego cesso Pseudolum  
 Facere, ut det nomen ad molarum coloniam?  
 Sed quis hic homo est chlamydatus? BA. non edepol scio,  
 Nisi ut obseruemus quò eat, aut quam rem gerat.

HARPAX, SIMO, BALLIO.

**M**alus & nequam est homo, qui nihili imperium heri  
 Sui seruus facit: nihili est autem, suum  
 Qui officium facere immemor est, nisi est admonitus.  
 Nam qui liberos esse illico se arbitrantur,  
 Ex conspectu heri si sui se abdiderunt,  
 Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod  
 Habent, ij nomen diu seruitutis ferunt:  
 Nec boni ingenij quicquam in his inest, nisi ut im-  
 Probis se artibus teneant. cum his mihi nec locus, nec sermo  
 Conuenit, neq; is unquam nobilis sui.  
 Ego ut imperatum est, etsi abest, hic adesse herum  
 Arbitror: nunc ego illum metuo, cum hic non adest:  
 Ne cum assiet, metuam, ei rei operam dabo.  
 Nam me in taberna usq; adhuc sineret Syrus,  
 Cui dedi symbolum, mansi ut iusserat,  
 Leno ubi esset domi, me aiebat arcessere.  
 Verum ubi is non uenit, nec uocat, uenio huc ultrò,  
 Ut sciam quid rei fiet, ne illic homo me ludificetur.  
 Neq; quicquam est melius, quam ut hoc pulsem, atq; aliquem  
 Euocem hic intus. leno argentum hoc uolo à me accipiat,  
 Atq; amittat mulierem nunc mecum simul.

Hemus



- BA. Heus tu? SI. quid uis? BA. hic homo meus est. SI. qui dū. BA. quia Præda hæc mea est, scortum querit, habet argentum. Lam admordere hunc mihi lubet.
- SI. Lam ne illum commesurus es? BA. dum recens est, Dum datur, dum calet, deuorari decet: nam Boni uiri me pauperant, improbi alunt, Augent rem meam mali, populi strenui Damno mihi, improbi usui sunt. SI. malum Quod tibi Dei dabunt, qui sic scelestus.
- HA. Me nunc commoror, cum has fores non ferio, Ut sciam sit ne Ballio domi? BA. Venus mihi hæc Bona dat, cum hos huc adigit lucrifugas, damni Cupidos, qui se suamq; ætatem bene curant, Edunt, bibunt, scortantur. illi sunt alio ingenio atq; tu, Qui neq; tibi bene esse patere, & illis quibus est inuides.
- HA. Heus ubi estis uos? BA. hic quidē ad me rectā habet rectā uiam.
- HA. Heus ubi estis uos? BA. heus adolescens, quid istic debetur tibi? Bene ego ab hoc prædatus ibo noui, bona scena est mihi.
- HA. Ecquis hoc aperit? BA. heus chlamydate? quid istic debetur ti-
- HA. Aedium dominum lenonem Ballionem querito. (bi?)
- BA. Quisquis es adolescens, operam fac compendi querere.
- HA. Quid iam? BA. quia te is ipsus coram præsens præsentē uidet.
- HA. Tun is es? SI. chlamydate cauesis tibi a curio infortunio, Atq; in hūc intēde digitū, hic leno ē. BA. at hic est uir probus. Sed tu bone uir, flagitare saepe clamore in foro, Cum libella nusquam est, nisi quod leno hic subuenit tibi?
- HA. Quin tu mecum fabulare? BA. fabulor, quid uis tibi?
- HA. Argentum accipias. BA. iam dudum si des, porrexi manum.
- HA. Accipe, hic sunt quinque argenti lectæ numeratæ minæ. Hoc tibi herus me iussit ferre Polymacharoplacides, Quod deberet, atq; ut meū mitteres Phœnicium. (cedonius?)
- BA. Herus tuus? HA. ita dico. BA. miles? HA. ita loquor. BA. Macc-
- HA. Admodum inquā. BA. te ad me misit Polymacharoplacides?

- HA. Vera memoras. BA. hoc argentū ut mihi dares? HA. si tu quidem es
- LENO Ballio. BA. atq; ut à me mulierem abduceres? HA. ita.
- BA. Phœniciūm ne esse dixit? HA. rectè meministi. BA. mane, iā redeo ad te. HA. at matura et propera. nā propero, uides iam die multum esse. BA. uideo. hunc aduocare etiam uolo. Mane modò istic, iam reuertar ad te. quid nunc fiet Simo? Quid agimus, manifestò hūc hominē teneo, q argentū attulit.
- SI. Quid iā? BA. an nescis quæ sit hæc res? S I. iuxta cum ignarissim-
- BA. Edepol hominē uerberonē Pseudolū, ut doctè dolū (mis. Commentur st, tantundem argenti, quantum miles debuit, Dedit huic, atq; hominē exornauit, mulierem qui acceperet. Pseudolus tuus allegauit hunc, quasi à Macedonio (uides? Milite esset. SI. habes ne argētū ab homine? B A. rogitas quod
- SI. Heus memento ergo dimidium istinc mihi de præda dare: Cōmune istuc esse oportet. BA. quid, malū, id totū tuum est. Quam mox mihi operam das? SI. tibi do equidē. BA. quid nunc mihi es auctor Simo?
- SI. Exploratorem hunc faciamus ludo suppositicium.
- BA. Adcò donicum ipsus sese ludos fieri senserit, Sequere, quid ais? nempe tu illius seruos es. HA. planissimè.
- BA. Quanti te emit? HA. suarū in pugna uirium uictoria. Nanq; ego eram domi imperator summus in patria mea.
- BA. An etiam ille unquam expugnauit carcerē patriam tuam?
- HA. Contumeliam si dices, audies. BA. quotumo die Ex Sicyone huc peruenisti? HA. altero ad meridiem.
- BA. Strenuè me hercle isti, quā uidesis pernix hic est homo? Vbi suram aspicias, scias posse cum gerere crassas compedes. Quid ais, tū ne etiam cubitare solitus es in cunis puer?
- SI. Scilicet solitum esse. HA. sani ne estis? BA. quid hoc quod te ro-
- HA. Noctū in uigiliam quando ibat miles, tum tu ibas simul? (go?
- HA. I in malam crucem. BA. ire licebit tibi, tamen hodie temporī.
- HA. Quin tu mulierē mihi emittis, aut reddis argentū? BA. mane. Quid



- MA. Quid maneam? BA. chlamydem hanc commemoras quanti cōducta? st. HA. quid est?
- BA. Quid meret machera? HA. helleborū hisce hominib. ē opus.
- BA. Eo. HA. mitte. BA. quid mercedis petasus hodie domino deme-
- HA. Quid domino? qd somnias? mea qdem hęc habeo omnia (ret? Meo peculio emta. BA. nempe quod femina summa sustinet.
- HA. Vncti hi sunt senes. fricari sese ex antiquo uolunt.
- BA. Responde obsecro hercle hoc uerò serio, quod te rogo, Quid meres? quantillo argento te conduxit Pseudolus?
- HA. Qui istic Pseudolus? BA. praeceptor tuus, qui te hęc fallaciam Docuit, ut fallacijs hinc à me mulierem abduceres.
- HA. Quem tu Pseudolū, quas tu mihi prae dicas fallacias? Quem ego hominē nullius coloris noui. BA. nō tu istine abis? Nihil est hodie hic Sycophantis quæstus, proin tu Pseudolo Nūcies abduxisse aliū prædā, qui occurrit prior (pol esse uis. Harpax. HA. is quidem edepol Harpax ego sum. BA. imò edepolus, putus, hic sycophanta est. HA. ego tibi argentum dedi. Et dudum adueniens extemplō symbolum seruo tuo, Heri imagine obfignatam epistolam, hic ante ostium.
- BA. Meo tu epistolam dedisti seruo? cui seruo. HA. Syro.
- BA. Non confidit, sycophāta hic nequā est, nugis meditatur malē. Edepol hominem uerberonem Pseudolum, ut doctē dolum Commentus est, tantundem argenti quantum miles debuit, Dedit huic, atq; hominem exornauit, mulierē qui abduceret. Nam illam epistolam ipse uerus Harpax huc ad me attulit.
- HA. Harpax ego uocor, ego seruus sum Macedonis militis, Ego nec sycophantiosē quicquam ago, nec maleficē, Neq; istum Pseudolum mortalis qui sit noui, neq; scio.
- SI. Tu nisi mirum est leno planē perdidisti mulierem.
- BA. Edepol nē istuc magis magisq; metuo, cum uerba audio.
- SI. Mibi quoq; edepol iam dudum ille Syrus cor perfrige facit, Symbolum qui hoc accepit. mira sunt ni Pseudolus est. Eho Tu, qua facie fuit dudum, cui dedisti symbolum?

- HA. Ruffus quidam, uentriosus, crassus furis, subniger,  
Magno capite, acutus oculis, ore rubicundo, admodium  
Magnis pedibus. SI. perdidisti. postquam dixisti pedes.
- BA. Pseudolus fuit ipse: actum est de me, iam morior Simo.
- SI. Hercle haud te sinam emoriri, nisi argentum mihi redditur,  
Viginti minae. HA. atque etiam mihi alie uiginti minae.
- BA. Auferetur id premium a me, quod promisi per iocum?
- SI. De improbis uiris auferri premium, et proedam decet.
- BA. Saltem Pseudolum mihi dedas. SI. Pseudolum ego dedam tibi?  
Quid deliquit? dixi, ab eo tibi ut caueres, centies?
- BA. Perdidit me. SI. at me uiginti modicis multauit minis.
- BA. Quid nunc faciam? HA. si mihi argentum dederis, te suscipito.
- BA. Di te perdant, sequere sis me ergo hac ad forum, ut solua. HA.  
sequor.
- BA. Hodie ego peregrinos absoluam, cras agam cum ciuibus.  
Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia,  
Qui illum ad me hodie allegauit, mulierem qui abduceret,  
Sequere tu. nunc ne expectetis dum hac domum redeam uia.  
Ita res gesta est, angiporta haec certum est confectarier.
- HA. Si graderere tantum, quantum loquere, iam isse ad forum.
- BA. Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

## SIMO senex.

**B**ene egi illum tetigi, bene autem seruos inimicum suum.  
Nunc mihi certum est, alio pacto Pseudolo insidias dare,  
Quam in alijs Comædijs fit, ubi cum stimulis aut flagris  
Insidiantur: at ego iam inultus promam uiginti minas,  
Quas promisi, si effecisset, obuiam ei ultrò deferam.  
Nimis illic mortalis doctus, nimis uersutus, nimis malus,  
Superauit dolum Troianum atque, Ulysses Pseudolus.  
Nunc ibo intrò, argentum promam, Pseudolo insidias dabo.

PSEVDOLVS seruus ebrius.

**Q**uid hoc? siccine hoc fit? pedes statim an non?  
An id uoltis ut me hic iacentem aliquis tollat?

Nam



Nam hercle si cecidero, uestrum erit flagitium.  
 Pergitin pergere? ah seuiendam mihi  
 Hodie est. magnum hoc uitium uino est.  
 Pedes captat primum, luctator dolosus.  
 Profectò edepol ego nunc probè habeo madulsam,  
 Ita uictu excurato, ita mundicijs digni ab,  
 Itaq; in loco festiuo sumus festiue accepti.  
 Quid opus me multas agere ambages? hoc  
 Est homini quamobrem uitam amet, hic omnes  
 Voluptates, in hoc omnes uenustates sunt,  
 Deis proximum esse arbitror. nam ubi amans complexu  
 Amantem, ubi labra ad labella adiungit,  
 Vbi alter alterum bilingui manifestò  
 Inter se prehendunt, ubi mamma manucula  
 Opprimitur alia, aut si lubet corpora  
 Conduplicant, manu candida cantharum dulciferum  
 Propinare amicissimam amicitiam, neq; ibi esse alium alio  
 Odio, ibi nec molestum, nec sermonibus morologi futi:  
 Vnguenta, atq; odores Lemniscos, corollas dari dapiles.  
 Non enim parcè promi uictu cetero, ne quis me roget,  
 Hoc ego modo, atque herus minor hunc diem sum sinus pro-  
 thyme,  
 Postquam opus meum ut uolui, omne perpetravi hostibus su-  
 Illos accubantis, potantis, amantis, cum scortis (gatis.  
 Reliqui, & meum scortum ibidem, corde atq; animo suo  
 Obsequentes: sed postquam exurrexi, orant me uti saltem,  
 Ad hunc me modum intuli, ut illis satisfacere ex disciplina:  
 quippe ego  
 Qui probè Ionica perdidici, sed palliolatim amictus  
 Sic hæc incepsi ludibundus, plaudunt parum, clamitant me ut  
 reuertar.  
 Ocepi denuò, hoc modo nolui. idem amicæ dabam me mea,  
 Ut me amaret: ubi circumuortor, cado, id fuit nania ludo.

R Itaq;

Itaq; dum enitor (pax) iam penè in quinavi pallium. nime tum  
Voluptati edepol fui ob casum. datur cantharus, bibi, cõmuto  
Illico palliũ, illud posui, inde huc exij, crapulam dũ amouerẽ.  
Nunc ab hero ad herũ meũ maior ẽ uenio scãdus cõmemoratiũ.  
Aperite aperite. heus Simoni me adesse, quis nunciate.

§ I M O senex. PSEVDOLVS seruus.

BALLIO leno.

- V**Ox uiri pessumi me exciet foras. sed quid hoc? quo modo? quid uideo ego?
- PS.** Cum corona ebrium Pseudolum tuũ. SI. liber ẽ hercle hoc quidem. sed uide statum.  
Num mea gratia pertimescit? magis cogito scũiter blanditẽr ne alloquar.  
Sed hoc me uctat uim facere, quod fero, si qua in hoc spes sita est mihi.
- PS.** Vir malus, uiro optimo obuiã it. SI. di te ament Pseudole. Phui in malam crucem.
- PS.** Cur ergo me afflictor? SI. quid tu (malum) ergo in os mihi ebrius irructas?
- PS.** Molliter siste nunc me, caue ne cadam: non uides me ut madidẽ madeam?
- SI.** Que ista hæc audacia est, te sic interdus cum corolla ebrium incedere? PS. lubet.
- SI.** Quid lubet, pergin ructare in os mihi? PS. suavis ructus mihi est, sic sine modò.
- SI.** Credo equidẽ potesse te scelus Mafici montis uberrimos quatuor  
Fructus ebibere in hora una. PS. hiberna addito. SI. sed dic tãmones. SI. unde onustam celocem agere te prædicem? PS. cum tuo filio  
(dixi  
men. PS. haud malẽ  
Perpotauimodò. sed Simo ut probè tactus Ballio est? que tibi Effecta reddidi. SI. derides? pessumus homo ẽ. PS. mulier hæc Facit, cum tuo filio libera accubat. SI. omnia ut quicquam egisti ordine  
Scio.

BA.

BA.  
PS.BA.  
BA.

BA.

PS.



Scio. PS. quid ergo dubitas dare mihi argentum? SI. ius petis, fa-  
teor.

Tene. PS. at negabas daturum esse te mihi, tamen das. onera  
hunc hominem, atq;

Consequere hanc. SI. ego istum onerem? PS. onerabis, scio, SI.  
quid ego huic homini faciam?

Statim ultro & argentum aufert, & me irridet. BA. ue uictis.  
PS. uorte ergo humerum,

Hē. BA. hoc ego nunquā ratus sum fore me ut tibi sicrem sup-  
plex.

Heu heu heu. PS. desine. BA. dolco. PS. ni doleres tu, ego do-

BA. Quid hoc? auferrē ne Pseudole abs tuo hero? PS. lubentissimo  
corde atq; animo.

BA. Non audes queso aliquam partem mihi gratiam facere hic  
(argenti?

PS. Noui, me dices audidum esse. nam hoc nūquam eris nummo di-  
uitior.

Neq; te mei tergi misereret, si hoc non hodie effecissem.

BA. Erit ubi te ulciscar, si uiuo. PS. quid minitare? habeo tergum.

BA. Age sanè. PS. igitur redi. BA. quid redeam? PS. redi modò, non  
eris deceptus.

BA. Redeo. PS. simul mecum potatū. BA. ego ne cam? PS. fac. quod  
te iubeo,

Si is, aut dimidium, aut plus etiam saxo hinc feres. BA. eo duc  
me quò uis. PS. quid nunc?

Nunquid iratus es, aut mihi, aut filio, propter has res Simo?

SI. nihil profectò.

PS. Ihac. BA. te sequor, quin uocas spectatores simul? PS. hercle-  
me isti

(dece

Haud solēt uocare, neq; ergo ego istos: uerū si uoltis applau-  
Atq; approbare hūc gregem & fabulam, in crastinum uos uo-  
cabo.

FINIS.

R.

ANNO



Vius fabulæ laudatio extat Ciceroniana, in cuius Catone ipse Cato dicit: Quàm gaudebat bello suo Punico Nævius, quàm Truculento Plautus, quàm Pseudolo? Ac est Truculentus quidē ita deprauatus, ut nulla alia fabula fabularum Plautinarum magis, tam in expressis, quàm manu scriptis libris. Pseudolus autem & beneficio veterum librorū, & nostra diligentia, maxima ex parte restitutus integritati, facile probat lectori se non sine causa tantopere placuisse Ciceroni. Argumentum est varium & planè mirificum. Senes duo satis cōmodi, adolescens amore perditus. Servus ueterator & fraudulenti. Leno sceleratus & perfidus: à quo per fallacias subita occasio abducitur amici filij, herilis consilio seruuli. Hæc exponuntur admodum copiosè & luculentè, cū actione multiplice. Personarū nomina sunt, *Ἡρόδοτος*, qui totus ex mēdacijs cōpositus esset, *καλλιόμος*, à formæ seu pulcritudinis munere. *βαλλίων*, nomen uidetur esse ἀπὸ τῆς βαλῆς denominatū, & significare uersipellem. *σίμων*, denominatum ἀπὸ τοῦ σιμῶ. *καλλιφών* sicut *ξινόφων*, ἀπὸ τοῦ κάλλος, ἀρπαξ, rapax est. *χαρῖνον* dictus est. *φεινίνιον*, gētile de minutum. Hedylium est *ἡδύλιον*, deminutū ἀπὸ τοῦ ἡδύς, quo nomine Poeta fuit Elegiacus, ducto à suauitate. *αισχρολόβα*, à turpitudine munerū. *εὐφύλις*, ἀπὸ τοῦ εὐφύ, quæ forma fuit porticus in ueterum ædificijs. *πολυμαχαροπλακίδης*, gloriose factum nomen militare à copia ensium, & sine gentilis appellationis.

Prologus hic in ueteri libro (ne quid dissimulē) nostro, præter ultimos uersus duos, desiderabatur, quem tamen antiquū esse apparet.

*Si ex te tacente.*) Scenæ huius uersus sunt senarij iambici. continetur autem hac argumentum fabulæ.

*Exite agite.*) Versus sunt confusi numeris, Tetrametri, unus dimeter. Sed de ueritate huius distinctiōis nihil affirmo. Et ut uerū fatear, forma alicubi quædam anapæsticorū in his est, qualem & in Aulularia annotauit Sisenna, teste Rufino: sed concisam, ut non intelligatur.

*Præhibeo.*) Vnde sit præbeo, sed in altero exemplari erat, perhibeo.

Factum



ANNOTATIONES.

369

*Factum est opt.*) Melius & rectius esse puto, factu est opt.

*En excetra.*) Ita in iracundia appellat illam oleariã amicam, quasi dicat, tu uipera.

*Pseudole non audis.*) Et hi sunt tetrametri pleriq;, numeris confusi uersus. Vsq; ad hunc, Respiciã isto precio. Vnde decurrunt deinceps *προχαίροντες τετραμέτρει καταληξίμοι*, per reliquã totã scenã.

*Propemodo ut.*) Nolui scripturam mutare: propemodum tamen alibi legitur.

*Heus tu postquam.*) Huius uersus finis non potuit à me reperiri, qualis esse debere uideretur. loquitur fortè de trapezitis.

*Postquam illic.*) Dactylus est. sunt q; uersus huius & sequentis scenæ, ienarij iambici.

*Cum apud te.*) Non est expressa scriptura ueteris libri, mendo sa illa quidem & hoc loco. Suspicio secundũ hanc tamen, non malè sic legi posse initium uersus, Quoniam apud te parũ est fide, id est, fidei: uel, Quoniam apud te parua est fides.

*Meum amare.*) Inculcarunt hoc loco Græca quædam uerba, quæ nimirum *ἰσ' ἀφραὺν γλώσσῳ*, ut dicitur, *ἤλθομ*. Ego quidẽ nihil tale potui de libro nostro ueteri colligere. Sed huiusmodi potius quædã, de quib. tamen & ipsis quærendũ amplius censeo: Meum amare. PS. negare meũ est. SI liberare quam uelit:

PS. *καὶ τὸ καὶ τούτοι* nego. SI ecquas uiginti minas

Per Syc. atq; p. d. dol.

Par. ut auf. à me. PS. abs te ego auf:

SI Ita, quas meo gn. d. q. a. l.

Fateri *ἀὶ καὶ τούτοι* uai. PS. *καὶ τούτοι* uai.

*Pistrinum in mundo.*) Id est, certum & præsens esse. Sic & Charifius hunc locum adducit.

*Diecula.*) Ita scribitur in ueteri libro, intelligendum autem est spacium.

*Pro Iuppiter.*) *τετραμέτρει καταληξίμοι ἀνωτάκωντοι & ἀσωάρτικοι*.

*Ignorabili.*) Sext. Pomp. legisse uidetur ignobilis.

*Hi loci sunt.*) Similes uersus prox. superiorum uersuum, usque ad hunc, Ostium pultabo. Vnde deinceps sunt manifesti *προχαίροντες τετραμέτρει καταληξίμοι*.

*Diimmortales.*) Forma & hæc manifesta archilochiorum *τετρακίμων*.

Stulti haud se.) Sententia Theognidea:

αἰσθησῶσι ἢ μάταια νυμφεμελῶ ἀδόντι δάκρυ,  
 βροί δὲ κατὰ σφίτερον πένυτα τελευσὶ νόου.

Dulcia atq; amara.) Similes uersus superiorum.

Euge iam.) Hoc loco Græca uerba Latinis literis malè scripta erant in ueteri nostro libro. Nos cōiectura huiusmodi quædã collegimus: Euge iam χάρην, uel χάρινεν διωνῆν ποτῶ.

Iã gratiã.) Tã erat in ueteri libro, quod fortasse, tamẽ sit. Sed est deficiẽs oratio, ut intelligatur, habemus. uersus autẽ sequẽs Hic uisitatus.) Vel fortasse uisitatus. (numeris uacillat.

Quid si opus.) Numeri in hoc uersu adhærescunt.

Cuis feruitatem.) Duæ sequentes scenæ uersus habent σπυρπυρ ἀνατελέωντες iambicos.

Peliã cōcoxit.) De Aesone hoc traditur. Nã Peliã cōcoquendo necauit. Lusit igitur Plant. sciẽs, uel est hoc μνημονικὴν ἀμάρτυμα. Si inquam quenquam.) Versus confusi numeris, tetrametri.

Non prorsus uerum.) Varro, qui exit in uestibulũ, quod est ante domũ, solet prodire & procedere. quod cũ leno nõ faceret, sed secundũ parietẽ trãsuersus iret, dixit, Ut trãsuersus cedit, quasi cancer solet, non prouersus. Apparet Varroni in animo hũc locum fuisse. Est igitur prorsus πρῶτον, & transuersus πλάγιον. Nisi Varro etiam prouersus accepit ut nomen.

Minus malum.) Tetrametri catalectici trochaici, usq; ad hunc Miles lenoni. unde deinceps huius scenæ, itemq; sequentium quatuor uersus sunt senarij iambici.

Promiscam.) Promiscam dicebãt promiscuẽ, inquit Pomp. In ueteri libro promisca legitur. Sed illud uerum esse opinor.

Abs te indest.) Expressa ueteris libri scriptura: id est, abs te in stipulatus est.

Malus & nequã.) Cõfusi numeris uersus σπυρπυρ pleriq;. Vnus dimeter iambicus ἀνατελέωντος, usq; ad hunc: Edunt, bibũt. Vnde deinceps procedunt tetrametri κατελευσῶντες, σπυρπυρ per hanc reliquam & proximam etiam scenam.

Quid hoc siccine.) Versus confusi trimetri & tetrametri, & natio simul ut ebriij in consentanea.

Vox uiri press.) Longè excurrunt hi uersus confusi numeris in actione petulante.



POENVLVS.

641

DRAMATIS PERSONAE.

AGORASTOCLES	adolescens.
MILPHIO	seruus.
ADELPHASIVM	meretrix.
LYCVS	leno.
ANTHEMONIDES	miles.
ADVOCATI.	
COLABISCVS	uullicus.
SINCERASTVS	seruus.
HANNO	Pœnus.
GIDDENEME	nutrix.

PVER.

ARGVMENTVM.

Puer septuennis surripitur Carthagine,  
 Osor mulierum adoptat hunc emtum senex  
 Et facit heredem.eius cognate duæ  
 Nutrixq; earum raptæ.mercatur Lycus,  
 Vexatq; amantem.at ille cum auro uullicum  
 Lenoni obtrudit,ita eum furto alligat.  
 Venit Hanno Pœnus,gnatum hunc fratris repperit,  
 Suasq; agnoscit,quas perdiderat filias.

PROLOGVS.

Achillem Aristarchi mihi commentari lubet,  
 Inde mihi principium capiam ex ea tragœdia,  
 Sileteq; & tacete,atq; animum aduertite,  
 Audire iubet uos imperator histricus.  
 Bonoq; ut animo sedeant in subsellijs,  
 Et qui esurientes,& qui saturi uenerint.  
 Qui edistis,multo fecistis sapientius:  
 Qui non edistis,saturi site fabulis.  
 Nam cui paratum:st quod edit,nostra gratia,

R 4

Nimis

Nimia est stultitia, seffum impransum incedere.  
 Exurge præco fac populo audientiam.  
 Iam dudum expecto, si tuum officium scias.  
 Exerce uocem quam per uiuis & colis.  
 Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames.  
 Age nunc reside, duplicem ut mercedem feras.  
 Bonum factu' st, edicta ut seruetis mea.  
 Scortum exoletum, nō quis in proscenio  
 Sedcat, neu licitor uerbum aut uirgæ mutiant,  
 Neu designator præteriens obambulet,  
 Ne seffum ducat, dum histrio in scena fiet.  
 Diu qui domi ociofi dormierunt, decet  
 Animo æquo nunc stent, uel dormire temperent.  
 Serui ne obsideant, liberis ut sit locus,  
 Vel æs pro capite dent: si id facere non queunt.  
 Domum abeant, uitent ancipiti infortunio,  
 Ne & hic uariantur uirgis, & loris domi,  
 Si minus cura sint, cum ueniant heri domum.  
 Nutrices pueros in fantis minutulos  
 Domi ut procurent, neu que spectatum afferant,  
 Ne & ipse sitiant, & pueri pereant fame,  
 Né ue esurientes hic quasi hoedi obuagiant.  
 Matrone tacite spectent, tacite rideant,  
 Canora hic uoce sua tinnire temperent.  
 Domum sermones fabulandi conferant,  
 Ne & hic uiris sint & domi molestie.  
 Quodq; ad ludorum curatores attinet,  
 Ne palma detur cuiquam artificio iniuria,  
 Né ue ambitionis causa extrudantur foras,  
 Quo deteriores anteponantur bonis.  
 Et hoc quoq; etiam, quod penè oblitus fui,  
 Dum ludi fiunt, in popinam pedisequi  
 Irruptionem facite, nunc dum occasio est,



Nunc dum scribitur aestuans, occurrite.  
 Hec imperata quae sunt pro imperio historico,  
 Bonum hercle factu pro se quisque ut meminerit.  
 Ad argumentum nunc uicissatim uolo  
 Remigare, aequè ut mecum sitis huius gnari rei.  
 Eius nunc regiones, limites, confinia  
 Determinabo, ci rei ego sum factus finitor,  
 Sed nisi molestum est, nomen dare uobis uolo  
 Comœdias: sine odiosum est, dicam tamen.  
 Siquidem licebit per illos, quibus est in manu.  
 Carchedonius uocatur hæc comœdia,  
 Latine Plautus, patruus pulti phagonides.  
 Nomen iam habetis, nunc orationes cæteras  
 Accipite: nam argumentum hoc hic censebitur.  
 Locus argumento est sibi proscenium.  
 Vos iuratores estis, queso operam date.  
 Carthaginenses fratres patruelles duo  
 Fuere, summo genere, et summis diuitijs,  
 Eorum alter uiuit, alter est emortuus,  
 Propterea apud uos dico confidentius,  
 Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.  
 Sed illi seni qui mortuus est, filius  
 Unicus qui fuerat, olim abductus à patre,  
 Puer septuennis surripitur Carthagine  
 Sexennio prius quidem, quam moritur pater,  
 Cum iam perijsse sibi uidet gnatum unicum,  
 Coniicitur ipse in morbum ex ægritudine.  
 Facit illum heredem fratrem patruelem suum,  
 Ipse abiit ad Acheruntem sine uiatico.  
 Ille qui surripuit puerum, Calydonem auerbit,  
 Vendit eum domino hic diuiti cuidam seni  
 Cupienti liberorum, osori mulierum.  
 Emit hospitalem is filium imprudens senex

Puerum illum, cumq; adoptat sibi pro filio.  
 Eumq; heredem fecit, cum ipse obiit diem.  
 Is illic adolescens habitat in illisce adibus.  
 Reuortor rursus denuò Carthaginem.  
 Si quid mandare uoltis aut curarier,  
 Argentum nisi qui dederit, nugas egerit.  
 Verùm qui dederit, magis maioris egerit.  
 Sed illi patruo huius, qui uiuit senex,  
 Carthaginensi duæ suere filie.  
 Altera quinquennis, altera quadrimula,  
 Cum nutrice unà periere à magalibus.  
 Eas qui surripuit, in Anactorium deuehit,  
 Venditq; has omnis, & nutricem, & uirgines;  
 Præsentem argento homini, si leno est homo,  
 Quantum hominum terra sustinet, sacerrimo.  
 Vosmet nunc facite coniecturam cæterum,  
 Quid id sit hominis cui Lyco nomen fiet.  
 Is ex Anactorio ubi prius habitauerat,  
 Huc commigravit in Calydonem, haud diu,  
 Sui quæsti gratia, is in illis habitat adibus.  
 Earum hic adolescens alteram efficiam perit  
 Suam sibi cognatam imprudens, neq; scit quæ ea  
 Sit, neq; eam unquam tetigit: ita cum leno macerat.  
 Neq; quicquam cum ea fecit etiamnum stupri,  
 Neq; duxit unquam, neq; ille uoluit mittere.  
 Quia amare cernit, tangere hominem uolt bolo.  
 Illam minorem inconcubinatam sibi  
 Volt emere miles quidam, qui illam deperit.  
 Sed pater illarum Pœnus, postquam eas perdidit,  
 Mariq; terraq; usquequaq; queritat.  
 Vbi quamq; est in urbem ingressus, illico  
 Omnes meretrices, ubi quisq; habitat, inuenit,  
 Dat aurum, ducit, noctem rogat. post ibi



Vnde sit, cuiatis, captá ne an surrupta sit,  
 Quo genere gnata, qui parentes fuerint,  
 Ita doctè atq; astu filias quærít suas.  
 Et is omnis linguas scit, sed dissimulat sciens  
 Se scire. Pœnus planè est, quid uerbis opu' sit?  
 Is heri huc in portum nauis uenit uestere.  
 Pater harum idem huic patruus adolescentulo est.  
 Iam ne hoc tenetis? si tenetis, ducite.  
 Caue dirumpatis, quæso finite transigi.  
 Hem penè oblitus sum reliquum dicere.  
 Ille qui adoptauit hunc pro filio sibi,  
 Is illi Pœno huiusce patri hospes fuit:  
 Is hodie huc ueniet, reperietq; hic filias.  
 Et hunc sui fratris filium, ut quidem didici ego.  
 Ego ibi ornabor, uos æquo animo noscite.  
 Hic qui hodie ueniet, reperiet suas filias,  
 Et hunc sui fratris filium, dehinc cæterum  
 Valetè, adeste, ibo, alius nunc fieri uolo.  
 Quod restat, restant alij, qui faciant palàm.  
 Valetè, atq; adiuuate, ut uos seruet salus.

AGORASTOCLES adolescens. MIL-  
 PHIO seruus.

- AG. **S** Acpe ego res multas tibi mandauit, Milphio,  
 Dubias, egenas, inopiosas consilij,  
 Quas tu sapietè, doctè & cordatè & catè  
 Mihi reddidisti opiparas opera tua.  
 Quibus pro benefactis fateor deberi tibi  
 Et libertatem, & multas grates gratias.  
 MI. Scitum sit per tempus si obuiam is, uerbum uetus.  
 Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet,  
 Gerræ germanæ \*  
 Nunc mihi blandidicus es, heri in tergo meo  
 Tris facile corios contriuiisti bubulos.

- AG. At amans per amorem si quid feci, Milphio,  
 Ignoscere id te mihi æquum est. MI. haud uidi magis.  
 Et ego nunc amore pereo. sine te uerberem  
 Item ut tu mihi fecisti ob nullam noxiam.  
 Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.
- AG. Si tibi lubido est aut uoluptati, sino.  
 Suspende, uinci, uerbera, autor sum, sino.
- MI. Si auctoritatem postea defugeris,  
 Vbi dissolutus tu sis, ego pendeam.
- AG. Ego ne istuc ausim facere, præsertim tibi?  
 Quin si feriri uideo te, extemplo dolet.
- MI. Mihi quidem hercle. AG. immò mihi. MI. istuc mauelim.  
 Sed quid nunc tibi uis? AG. cur ego apud te mentiar?  
 Amo immodeste. MI. meæ istuc scapulae sentiunt.
- AG. At ego hanc uicinam dico Adelpasium meam,  
 Lenonis huius meretricem mausculam.
- MI. Iam pridem equidem istuc ex te audiui. AG. differor  
 Cupidine eius. sed lenone istoc Lyco  
 Illius domino, non lutum est lutulentius.
- MI. Vin' tu illi nequam dare nunc? AG. cupio. MI. en me dato.
- AG. Abi dierectus. MI. dic mihi uerò serio,  
 Vin' dare malum illi. AG. cupio. MI. hē eundem me dato.  
 Vtrumq; saxo habebit, & nequam & malum.
- AG. Iocare. MI. uir tu illam hodie sine damno & dispendio  
 Tuo, tuam libertam facere? AG. cupio Milphio.
- MI. Ego faciam ut facias. sunt tibi intus aurei  
 Trecenti nummi Philippi. AG. sexcenti quoq;.
- MI. Satis sunt trecenti. AG. quid ijs facturus? MI. tace.  
 Totum lenonem tibi cum tota familia  
 Dabo hodie dono. AG. quid facturus? MI. iam scies  
 Tuus Colabiscus nunc in urbe est uillicus,  
 Eum hic non nouit leno, satin' intelligis?
- AG. Intelligo hercle, sed quò euadas nescio.



- MI.** Non scis? **AG.** non hercle. **MI.** at ego iam saxo scies.  
 Ei dabitur aurum, ut ad lenonem deferat,  
 Dicatq; se peregrinum esse ex alio oppido.  
 Se amare uelle, atq; obsequi animo suo.  
 Locum sibi uelle liberum preberier,  
 Vbi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter.  
 Leno ad se accipiet, auri cupidus, illico  
 Celabit hominem & aurum. **AG.** consilium placet.
- MI.** Rogato, seruos uenerit ne ad eum tuus?  
 Ille me censebit quæri, continuo tibi  
 Negabit, quid tu dubitas? quin extempulo  
 Dupli tibi auri & hominis fur leno fiet.  
 Neq; id unde efficiat, habet. ubi in ius uenerit,  
 Addicet prætor familiam totam tibi.  
 Ita decipiemus fouea lenonem Lycum.
- AG.** Placet consilium. **MI.** immò etiam ubi expoliuero  
 Magis, hoc tum demum dices, nunc etiam rudes st.
- AG.** Ego in ædem Veneris eo, nisi quid uis Milphio.  
**MI.** scio hoc. **AG.** oculos uolo  
 Aphrodisia hodie sunt. **MI.** Meos deletere, munditij meretricijs.
- MI.** Hoc primum agamus. quod consilium cepimus.  
 Abeamus intro, ut collybiscum uillicum  
 Hanc perdoceamus, ut ferat fallaciam.
- AG.** Quanquam Cupido in corde uersatur, tamen  
 Tibi auscultabo. **MI.** faciam ut factò gaudeas.  
 Inest amoris macula huic homini in pectore,  
 Sine damno magno quæ elui neutiquam potest.  
 Itaq; hic scelestus est homo leno Lycus,  
 Cui iam infortunij intenta balista est probè,  
 Quam ego haud multo post mittam è balistario.  
 Sed Adelpasium exit eccam, atq; Anterastilis.  
**Hæc** est prior, quæ meum herum dementem facit.  
 Sed euocabo, heus i foras Agorastocles,

Si uis uidere ludos iucundissimos.

AG. Quid istuc tumulti st Milphio. MI. hem amores tuos

Si uis spectare. AG. o multa tibi dent bona,

Cum mihi hoc obtulisti tam lepidum spectaculum.

ADELPHASIVM, ANTERAST. meretrices duæ.

MILPHIO seruus. AGORASTOC. adolescens.

AD. **N**Egotij sibi qui uolet uim parare,  
Nauem & mulierem, hæc duo comparato.

Nam nullæ magis res duæ plus negotij

Habent, forte si occeperis exornare.

Neg; unquam satis hæ duæ res ornantur,

Neg; eis ulla ornandi satis satietas est.

Atq; hæc ita loquor, nunc modò docta dico.

Nam nos usq; ab aurora ad hoc quod diei est,

Postquam aurora illuxit, nunquam cessauimus

Ex industria ambæ nunquam concessauimus

Lauari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,

Poliri, expoliri, pingi, fingi: & unâ

Binæ singulis quæ datæ nobis ancillæ,

Eæ nos, lauando, eluendo operam dederunt,

Aggerundaq; aqua sunt uiri duo defessi.

Apagesis negotij quantum in muliere una est.

Si uerò duæ, sat scio, maximo uni

Populo cui lubet plus satis dare potis sunt.

Quæ noctes diesq; omni in etate semper

Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur,

Postremò modus muliebris nullus est,

Neg; unquam lauando & fricando scimus

Facere \* Nam quæ clautæ est nisi,

Perculta est meo quidem animo, quasi illautæ est.

AN. Miror equidem soror te istæc sic fabulari,

Quæ tam callidæ & doctæ sis & faceta.

Nam cum sedulò munditer nos habemus,



Vix ægrèq; amatorculos inuenimus.

AD. Ita est. uerum hoc unum tamen cogitato,  
Modus omnibus in rebus soror optimum est habitus.  
Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se.

AN. Soror cogita amabo, item nos perhiberi  
Quasi salsa muriatica esse autumantur  
Sine omni lepore, & sine suauitate,  
Nisi multa aqua & diu macerantur.  
Olent, salsa sunt, tangere ut uon uelis: item nos sumus  
Eiusmodi, mulieres sunt insulse  
Admodum atq; inuenustæ, sine munditia & sumtu.

MI. Coqa est hæc quidem Agorastocles, ut ego opinor,  
Scit muriatica ut macerent. AG. quid molestus?

AD. Soror parçè amabo, sat est istuc alios dicere nobis,  
Ne nosmet nostra etiam uitia loquamur.

AN. Quiesco. AD. ergo amo te. sed hoc nunc responde mihi,  
Sunt hic omnia quæ ad deum pacem oportet adesse? (plenum

AN. Omnia accurau. AG. diem pulcrum & celebrem & uenustatis  
Dignum Veneri pol, cui sunt Aphrodisia hodie.

MI. Ecquid gratiæ cum huc foras te euocau, nunc iam  
Me decet donari cado uini ueteris, dic dari  
Nihil respondes? lingua huic excidit, ut ego opinor. quid malum  
Astans obstipuisti? AG. sine amem, ne me obturba, ac tace.

MI. Taceo. AG. si tacuisses, iam istuc taceo non natum foret. (rogas?

AN. Eamus soror mea. AD. hoc amabo. quid illò nunc properas? AN.  
Quia herus nos apud eadè Veneris mātat. AD. maneat pol. ma  
Turba est nunc apud aram, an ibi uis inter istas uersarier? (ne.  
Profedas, pistorum amicas, relliquias alicarias,  
Miseras, cœno delibutas, seruilicolas sordidas.

Quæ tibi olant stabulum, statumq; sellam, et se sibilum merum.

Quas adeò haud quisquā unquā liber tetigit, neq; duxit domum.

Seruulorum sordidulorum scorta diabolaria.

MI. In malam crucem, tun' audes etiam seruos spernere?

Pro.

Propudium, quasi bella sit, quasi campse reges ductitent.  
 En monstrum mulieris, tantula tanta uerba funditat,  
 Quis ego obulo arato septem noctes non enam.

AG. *Dij immortales omnipotentes, quid est apud uos pulcrius,  
 Quid habetis, mage qui immortales uos credam esse, quam e-  
 go siem?*

*Qui hæc tanta oculis bona concipio: nam Venus nõ est Venus.  
 Hæc equidẽ Venerem uenerabor me ut amet posthac propitia.  
 Milphio heus Milphio ubi es? MI. assum apud te eccũ. A G. at  
 ego elixus sis uolo.*

MI. *Enimuero here facis delicias. A G. de te quidã hæc didici om-  
 nia.* (est.)

MI. *Etiã ne ut ames eam, quã nunquã tetigeris, nihil illic quidem*  
 AG. *Deos quoq; edepol & amo & metuo, quibus ego tamen absti-  
 neo manus.*

AD. *Hec, ecastor cum ornatum aspicio nostrum ambarũ, p̄c̄nitet,  
 Exornate ut simus. AN. immo uero sanẽ commodẽ.  
 Nam pro herili nostro quæstu satis bene exornatæ sumus.  
 Nõ enim potest quæstus cõsistere, si eũ sumtus superat soror.  
 Eò illud satiu' st̄ satis quod satis est, habitus plus quàm sat est.*

AG. *Ita me di ament, ut illa me amet malim, quàm di Milphio.  
 Nam illa mulier lapidem silicem subigere ut se amet, potest.*

MI. *Polid quidem haud mentire. nam tu es lapide silice stultior  
 Qui hanc ames. AG. ac uide sis, cũ illa nunquã limaui caput.*

MI. *Currã igitur aliquò ad piscinã, aut ad lacum, limum petam.*

AG. *Quid eo opu' st̄. MI. ego dicam ut tibi & illi limem caput.*

AG. *I in malam rem. MI. ibi sum equidẽ. AG. perdis. MI. taceo. AG.  
 at perpetuo uolo.*

MI. *Enimuero here meo me lace sis ludo & delicias facis.*

AN. *Satis nunc lepidẽ ornata credo soror te tibi uid eris,  
 Sed ubi exempla conferentur meretricum aliarũ, ibi tibi  
 Erit cordolium, si quam ornata melius fortẽ conspexeris.*

AD. *Inuidia in me nunquam innata st̄, neq; malitia mea soror.*



Bono ingenio me esse ornatam, quàm auro multo mauolo.  
 Aurum in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum.  
 Bonam ego quàm beatam me esse nimio dici mauolo.  
 Meretricem pudorem gerere magis decet, quàm purpuram  
 Magis quàm meretricem pudorē, quàm aurum gerere concedet.  
 Pulcrum ornatum turpes mores peius coeno collinunt.  
 Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.

AG. Eho tu, uin tu facinus facere lepidum & festiuum? MI. Volo.

AG. Potes ne mihi auscultare? MI. Possum. AG. abi domum ac sus-  
 sponde te.

MI. Quamobrē? AG. quia nunquam audebis uerba tot tā suauia.  
 Quid tibi opus est uixisse? auscultam tibi modo, ac susponde te.

MI. Siquidem tu es mecum futurus pro uua passa pensilis.

AG. At ego amo hanc. MI. at ego esse & bibere. A D. eho tu quid  
 ais? AN. quid rogas?

AD. Vident' tu pleni oculi sordium qui erant, iam splendent tibi?

AN. Immo etiam in medio oculo parum sordis est. AD. cedo sis de-  
 xteram.

AG. Vt tu quidem huius oculos illotis manibus tractes ac teras?

AN. Nimia nos socordia hodie tenuit. AD. qua de re obsecro?

AN. Quia iam nondudum ante lucem ad ædem Veneris uenimus,  
 Prima ut inferremus ignē in aram. AD. ah non factus est opus.

Quæ habent nocturna ora, noctu sacrificatum ire occupant,

Priusquam Venus expergiscatur, prius deproperant sedulo

Sacrificare. nam uigilante Venere si ueniant eæ,

Ita sunt turpes, credo ecastor Venere ipsam è sano fugent.

AG. Milphio. MI. Edepol Milphionem miserū, quid nunc uis tibi?

AG. Obsecro hercle ut malsa loquitur. MI. nihil nisi laterculos,  
 Sesamum, papaueremque, triticum & frictas nucas. (amat.

AG. Ecquid amare uideor. MI. damnum quod Mercurius minimè

AG. Nanque edepol lucrum amare nullum amatorem addecet.

AN. Eamus mea germana. AD. age sis ut lubet. sequere hac. AN. se

sequor.

- AG. Eunt hæc. quid si adeamus? MI. adeas. AG. primum prima salua  
Et secunda tu secundo salua in precio, tertia (fis,  
Salua extra precium. MI. tū pol ego & oleū & operā perdidit.
- AG. Quò te agis? AD. ego ne in ædē Veneris. AG. quid eò? AD. ut  
Venerem propiciem.
- AG. Ehon irata est? propicia hercle est. Vel ego pro illa spondeo.
- AD. Quid tu agis, quid mihi molestus obsecro. AG. ab tā sœuiter.
- AD. Mitte amabo, quid festinas, turba nunc illi est. AD. scio,  
Sunt illi alie quas spectare ego, & me spectari uolo.
- AG. Quid lubet spectare turpis, pulcrā spectandam dare?
- AD. Quia apud ædem Veneris hodie est mercatus meretricius.  
Eò conueniunt mercatores: ibi ego me ostendi uolo.
- AG. Inuendibili merce oportet ultrò emtorem adducere,  
Proba merx facile emtorē reperit, tametsi in abstruso sita est.  
Quid ais tu quando illi apud me necum caput & corpus co-
- AD. Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiserit. (pulas.
- AG. Sunt mihi intus nescio quot nummi aurei lymphatici.
- MI. Deferto ad me, saxo actutum constiterit lymphaticum.  
Bellula hercle. AG. I dierectē in maximam malam crucem.
- MI. Quam magis aspecto, tam magis est nimbata, & nuge meræ.
- AD. Segrega sermonē. tædet. AG. age sustolle hoc amiculum.
- AD. Pura sum comperce, amabo me attrectare Agorastocles.
- AG. Quid agā nunc? MI. si sapias, curā hęc facere compendi potes.
- AG. Quid ego nunc curē, quid agis Milphio. MI. Ecce odiū meum,  
Quid meuis? AG. cur mihi hęc irata est? MI. cur hęc tibi irata  
Cur ego id curem? nanq; istæc magis tua est curatio. (est?
- AG. Iam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tranquillam facis,  
Quam mare est olim cum ibi alcedo pullos educit suos.
- MI. Quid faciā? AG. exora, blandire, expalpa. MI. faciam sedulo.  
Sed uide sis, ne tu oratorem hunc pugnis peetas postea.
- AG. Non faciā. AD. nos eamus. nunc etiam morare. AG. malefacis.
- AD. Bene promittis multa ex multis, omnia incassum cadunt.  
Librare iurauisti me haud semel, sed centies.



Dum te expecto, neq; usq; aliam mihi paravi copiam,  
 Neque istuc usquam apparet. ita nunc seruiò nihilo minus.  
 I soror, abscede tu à me. AG. perij, cho quid agis Milphio?

MI. Mea uoluptas, mea delicia, mea uita, mea amcenitas,  
 Meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum sauium,  
 Meum mel, meū cor, mea collustra, meus molliculus caseus.

AD. Me ne ego illæ patiar præsentè dici? discrucior miser.  
 Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi.

MI. Noli amabo succensere hero meo causa mea.

AD. Ego saxo sine. MI. irata es nimium, argentum pro te dabit,  
 Atq; te faciet ut sis ciuis Attica atq; libera.

AD. Quam abire sinis. quid uis tibi? qui beneuolunt, bene uisitent.

MI. Si antè quidem mentitus est, nunc iam dehinc erit uerax tibi.

AD. Abscede hinc sis sycophanta. MI. pareo. AD. scin quomodo?

MI. Sine te exorem, sine te prendam auriculis, sine dem sauium.

Iam ego hercle faciã plorantem illū, nisi te facio propitiam.

Atq; hic me ne uerberet, illud faciet nisi te propitio.

Malè formido, noui ego huius mores morosi malos,

Quam obrem amabo te mea uoluptas sine te exorarier.

AG. Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigia

Exturbo oculos atq; dentes, hem uoluptatem tibi,

Hem mel, hem cor, hem labellum, hem salutem, hem sauium.

MI. Impie siccine oratorem uerberas? AG. iam istoc magis.

Et iam ocellum addam, & labellum, & linguam. MI. Ecquid

facies modi?

AG. Siccine ego te orare iussi? MI. quomodo ergo orē? AG. rogas?

Sic enim diceres, scelestè huius uoluptas te obsecro,

Huius mel, huius cor, huius labellū, huius lingua, huius sauium,

Huius colustra, huius dulciculus caseus, mastigia,

Huius cor, huius studium, huius sauium, mastigia.

Omnia illa quæ dicebas tua esse, ea memorares mea.

MI. Obsecro hercle te, uoluptas huius, atq; odium meum.

Huius amica Mammeata, mea inimica & maleuola

- Oculus huius, lippitudo mea. mel huius, fel meum.  
 Vt huic irata ne sis: aut si id fieri non potest.
- AD. Capias restim, ac te suspendas cum hero & uostra familia.
- MI. Hem mihi iam uideo propter te uicitanum sorbilo.  
 Itaq; iam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito, (las,  
 Propter amorem uestrum. AD. amabo meri prohibere postu  
 Ne te uerberet, magis quam mendax me aduersum fiet.
- AN. Aliquid huic responde amabo commodè, ne incommodus  
 Nobis sit. nam detinet nos de nostro negotio.
- AD. Verum etiam tibi hanc amittam noxiam unam Agorastocles.  
 Non sum irata. AG. non es? AD. non sum. A G. da ergo ut cre-  
 dam sauium.
- AD. Mox dabo, cum ab re diuina rediero. AG. I ergo strenuè.
- AD. Sequere me soror. AG. atq; audiri etiam, Veneri dicitò  
 Multam meis uerbis salutem. AD. dicam. AG. atq; hoc etiam  
 audi. AD. quid est?
- AG. Paucis uerbis rem diuinam facito, atq; audiri respice.  
 Respexit. idem pol Venerem credo facturam tibi.

AGORASTOCLES adulescens. MIL-  
 PHIO seruus.

- Quid nunc mihi es auctor Milphio? MIL. ut me uerbe-  
 Atq; autionem facias. nam impuni simè (res,  
 Tibi quidem hercle uendere hasce ædis licet.
- AG. Quid iam? MI. maiorem parte minore habitas mea.
- AG. Superfede istis uerbis. MI. quid nunc uis tibi?  
 Trecentos Philippos Colabisco uillico  
 Dedi dudum, priusquam me euocasti foras.  
 Nunc obsecro te Milphio hanc per dexteram,  
 Perq; hanc sororem læuam, perq; oculos tuos,  
 Perq; meos amores, perq; Adelpasium meam,  
 Perq; tuam libertatem. MI. hem nunc nihil obsecras.
- AG. Mi Milphidisce, mea commoditas, mea salus,  
 Fac quod facturum te esse promisisti mihi,

Vt ego



Vt ego hunc lenonem perdam. MI. per facile id quidem est.

Adduce testis tecum, ego intus interim

Iam et ornamentis meis et sycophantijs

Tuum exornabo uillicum: propera atq; abi.

AG. Fugio. MI. meum est istuc magis officium, quam tuum.

AG. Ego ne? ego ne si istuc lepidè effexis? MI. I modò.

AG. Vt non ego te hodie? MI. abi modo. AG. emittam manu.

MI. I modo. AG. non hercle meream, ah. MI. Vah abi modò.

AG. Quantum Acherunte et mortuorum. MI. Etiam ne abis?

AG. Neq; quantum aquæ est in mari. MI. abiturus ne es?

AG. Neque nubes omnes quantum. MI. pergin pergeres?

AG. Neque stelle in cælo. MI. pergin aures tundere?

AG. Neque hoc, neq; illuc, neq; enim uero serio,  
Neque hercle uerò. quid opus est uerbis quippini

Quod uno uerbo dicere hic quiduis licet,

Neque hercle uerò serio. scin quomodo?

Ita me dii amabunt. uin bona dicam fide?

Quod hic inter uos liceat. ita me Iuppiter,

Scin quam? uide tu. Credin, quod ego fabuler?

MI. Si nequeo facere ut abeas, egomet abiero.

Nam isti quidem hercle orationi Oedipo

Opus comiectore est, qui sphyngi interpres fuit.

AG. Illic hinc iratus abiit. nunc mihi cautio est,

Ne mea met culpa meo amori obiexim moram:

Ibo atq; arcesam testis, quando amor iubet,

Meo me obedientem esse seruo liberum.

LYCVS leno. ANTHÆMON IDESMiles.

**D**illum infelice omnes, qui post hunc diem

Leno ullam Veneri unquam immolarit hostiam,

Qui ne ullum turis granum sacrificauerit.

Nam ego hodie infelix dis meis iratissimis,

Sex agnos immolauit. nec potui tamen

Propitiam Venerem facere, uti esset mihi.

Quoniam litare nequeo, abij illinc illico  
 Iratus uetui exta proficariet,  
 Neque ea aspicere uolui. quoniam illa non bona  
 Aruspex dixit, deum esse indignam credidi.  
 Eo pacto auaræ Veneri pulcrè adij manum.  
 Quando id quod sat erat, satis habere noluit,  
 Ego pausam feci, sic ago, sic me decet.  
 Ego faxo posthac di de eiq; ceteri  
 Contentiores magis erunt, atq; auidi minus,  
 Cum scibunt Veneri, ut adierit leno manum,  
 Condigne aruspex, non homo trioboli,  
 Omnibus in extis aiebat portendi mihi  
 Malum damnunq; & deos esse iratos mihi.  
 Quid ei diuini aut humani æquum est credere?  
 Mina mihi argenti dono post illa data est.  
 Sed queso ubinam illic restitit miles modò  
 Qui hanc mihi donauit? quem ego uocaui ad prandium?  
 Sed eccum incedit. AN. ita ut occepi dicere  
 Lenulle de illac pugna pentethronica,  
 Qua sexaginta milia hominum uno die,  
 Volaticorum, manibus occidi meis.

LY. Ehem uolaticorum hominum. AN. ita dico quidem.  
 LY. An obsecro usquam sunt homines uolatici?  
 AN. Fuere. uerum ego interfeci. LY. quomodo  
 Potuisti? AN. dicam. Viscum legioni dedi,  
 Fundasq; eo presternebant folia farsari.  
 LY. Cui rei? AN. Ne ad fundas uiscus adheresceret.  
 LY. Perge optime hercle periuras. quid postea?  
 AN. In fundas infundebam grandiculos globos,  
 Eo illos uolantis iussi funditariet.  
 Quid multa uerba? quenquam uisco offenderant,  
 Tam crebri ad terram decidebant quam pira,  
 Ut quisque ceciderat, eum necabant illico.



Per cerebrum pinna sua sibi quasi turturcm.

- LY. Si hercle istuc unquam factum est, tum me Iuppiter  
Faciatur, ut semper sacrificem, nec unquam litem.
- AN. An mihi hæc nõ credis? LY. credo, ut mihi est equũ credier.
- AN. Age eamus intro, dum exta referuntur: uolo  
Narrare tibi etiam unam pugnam. LY. non moror.
- AN. Ausculta. LY. non hercle. AN. immo iam elidam caput  
Nisi auscultas, aut is hinc in malam crucem.
- LY. Malam crucem ibo potius. AN. certum 'ne est tibi?
- LY. Certum. AN. tum tu igitur die bono Aphrodisijs  
Addice tuam mihi meretricem minusculam.  
Ita res diuina mihi fuerit. res serias  
Omnis extollo ex hoc die in alium diem,  
Profecto festos habeam decretum est mihi.  
Nunc hinc eamus intro. LY. sequere hac me. AN. sequor,  
In hunc diem iam tuus sum mercenarius.

AGORASTOCLES adolescens. AD-  
VOCATI.

**I**Ta me Di ament, tardo amico nihil est quicquam iniquius,  
Præsertim homini amanti, qui qcq̄d agit, properat omnia.  
Sicut ego hos duco aduocatos homines sp̄si gradissimos,  
Tardiores quàm corbitæ sunt in tranquillo mari.  
Atq; equidem hercle dedita opera amicos fugitavi sens.  
Scibam etate tardiores. metuo meo amori moram.  
Nec quicquam hos procos mihi elegi: loripedis, tardissimos,  
Qui sitituri estis hodie, ite, aut ite hinc in malam crucem.  
Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?  
Nam iste quidem gradus succretu'st cribro pollinario,  
Nisi cum pedicis condidicistis sic occassari gradu.

AD. Heus tu, quanquam nos uidemur tibi plebei & pauperes,  
Si nec rectè dicis nobis, diues de summo loco,  
Diuitem audacter solemus mactare infortunio.  
Nec tibi nos obnoxij sumus istuc quid tu ames aut oderis.

Cum argētum pro capite dedimus, nostrū dedimus, non tuū.  
 Liberas nos esse oportet, nos te nihili pendimus,  
 Ne tuo nos amori seruos tuos esse addictos censeas.  
 Liberos homines per urbem modico magis par est gradu  
 Ire, seruire esse duco festinantem currere,  
 Præsertim in re populi placida atq; interfectis hostibus.  
 Non decet tumultuari, sed si properabas magis  
 Pridie nos te aduocatos huc duxisse oportuit.  
 Ne tu opinere, haud quisquā hodie nostrūm curret per uias.  
 Neque nos populus pro ceritis insectabit lapidibus.

- AG. At si adprandium me in eadem uos dixissem ducere,  
 Vinceretis ceruum cursu, uel gralatorem gradu,  
 Nunc uos quia mihi aduocatos dixi & testis ducere,  
 Podagrosi estis, ac uicistis cocleam tarditudine.
- AD. At uerò non iusta causa est quo curratur celeriter,  
 Vbi bibas edas de alieno quantum uelis usq; affatim,  
 Quod inuitus tu nunquam reddas domino de quo edcris.  
 Sed tamen quomodocunq; quanquam sumus pauperculi  
 Est domi quod edimus, ne nos tam contemptim conteras.  
 Quicquid est pauxillulum illuc nostrū, illud omne intus est.  
 Neque nos quenquam flagitamus, neq; uos quisquā flagitat.  
 Tua causa nemo nostrūm est suos rupturus ramices.
- AG. Nimis iracundi estis, equidem hæc uobis dixi per iocum.
- AD. Per iocum item dictum habeto, quæ nos tibi respondimus.
- AG. Obsecro hercle operam celocē hanc mihi, ne corbitam date,  
 Attrepidate saltem. nam uos appropere hanc haud postulo.
- AD. Si quid tu placidè ocio seq; agere uis, operam damus:  
 Si properas, cursores meliùs te aduocatos ducere.
- AG. Scitis, rem narraui uobis, quod uestra opera mihi opus fiet.  
 De lenone hoc, qui me amantem ludificatur tam diu,  
 Ei paratæ ut sint insidie, de auro & de seruo meo.
- AD. Omnia istæc scimus iam nos, si hi spectatores sciant,  
 Horum hic nunc causa hæc agitur spectatorum fabula.



Hosce satius est docere, ut quando agas, quid agant sciant.  
 Nos tu ne curabis, scimus rem omnem: quippe omnes simul  
 Didicimus tecum unâ, ut respondere possimus tibi.

AG. Ita profectò est; sed agite igitur ut sciam uos scire rem  
 Expedite, & mihi quæ dudum uobis dixi, dicite.

AD. Ita ne tentas an sciamus? non meminisse nos ratus,  
 Quomodo trecentos Philippeos Colabisco uillico  
 Dederis, quos deferet huc ad lenonem inimicum tuum,  
 Isq; se ut assimularet peregrinum esse aliunde ex alio oppido.  
 Vbi is detulerit, tu eò quæsitum seruuum aduentes tuum,  
 Cum pecunia. AG. meministis memoriter, seruastis me.

AD. Ille negabit, Milphionem quæri censebit tuum,  
 Id duplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.  
 Ad eam rem nos esse testis uis tibi. AG. tenetis rem.

AD. Vix quidem hercle, ita pauxilla est, digitulis primoribus.

AG. Hoc citò & cursum est agendum, propera iam quantum potest.

AD. Bene uale igitur, te aduocatos melius celeris ducere,  
 Tardi sumus nos. AG. optimè itis, pèsumè hercle dicitis.  
 Quin etiam deciderint uobis femina in talos uelim.

AD. At edepol nos tibi in lumbos linguam, atq; oculos in solum.

AG. Eia haud uostrum est iracundos esse, quod dixi ioco.

AD. Nec tuum quidem est, amicis per iocum iniuste loqui.

AG. Mittite istæc, quid uelim uos scitis. AD. callenus probè.

MILPHIO seruus. COLABISCVS uillicus. A GO-  
 RASTOCLES adolescens. AD VOCATI,

**I** Am tenes præcepta in corde. CO. pulcrè. MI. uide sis cal-  
 leas.

CO. Quid opus est uerbis? calli aprugnum callere æquè nō sinam.

MI. Fac modò ut conducta tibi sint dicta ad hanc fallaciam.

CO. Quin edepol conductior sum, quàm tragedi aut comici.

MI. Probus homo est. AG. ad eam propius, assunt testes. MI. tot qui-  
 dem

Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos.

- Nam istorum nullus nefastus est, comitiales sunt meri.  
 Ibi habitant, ibi eos conspicias, quam prætorem sapius.  
 Hodie iuris doctiores non sunt, qui lites creant,  
 Quam sunt hi: qui si nihil est litium, lites serunt. (tamen)
- AD. Dite perdant. MI. uos quidem hercle cōmendo, qom, qui qui,  
 Et bene, & benignè facitis, qom hero amanti operam datis.  
 Sed isti iam sciunt negotij quid sit. AG. omnem rem ordine.
- MI. Tum uos animum aduortite igitur, hunc uos lenonem Lycum  
 Nouistis. AD. facile. CO. at ego pol eum qua sit facie nescio.  
 Eum uolo mihi demonstratis hominem. AD. nos curabimus.  
 Satis præceptū. AG. hic trecentos nummos numeratos habet.
- AD. Ergo nos inspicere oportet istuc aurum Agorastocles,  
 Ut sciamus quid dicamus mox pro testimonio.
- AG. Agite, inspicite, aurum est. CO. profecto spectatores comiciū,  
 Macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boues.  
 Verum ad hanc rem agundam Philippum est. AD. ita nos aspi  
 mulabimus.
- CO. Sed ita assimulatote, quasi ego sim peregrinus. AD. scilicet.  
 Et quidem quasi tu nobiscum adueniens hodie oraueris,  
 Liberum ut commonstrarem tibi locum & uoluptarium,  
 Vbi ames, potes, pergræcere. MI. heu edepol mortales malos.
- AG. Ego enim docui. MI. quis te porrò. CO. agite intrò abite, Ago  
 rastocles,  
 Ne hic uos mecum conspicietur leno, neu fallacie  
 Præpedimentum obijciatur. MI. hic homo sapienter sapit.
- AG. Facite quod iubet, abeamus, sed uos satis dictum est? CO. abi.
- AG. Abeo. quaeso Di immortales. CO. quin abis? AG. abeo. MI. sapis.
- CO. St tace. AD. quid est? CO. fores hæ fecerūt magnū flagitium
- AD. Quid est flagitij? CO. crepuerūt clare. AD. Dite perduint. (modò.  
 Pone nos recede. CO. fiat. AD. nos priores ibimus.
- CO. Faciunt scurræ quod consueuerunt, pone sese homines locant.
- AD. Illic homo est qui egreditur leno. CO. bonus: nam similis est ma  
 lam nunc ego illi egredienti sanguinem exugam procul. (lo,  
 LYCVS



LYCVS leno. Aduocati. COLABISCVS uillicus.

**I**Am istuc ego reuortar, miles conuiuas uolo  
Reperire nobis commodos qui unà sient,  
Interibi attulcrint exta, atq; eadem mulieres  
Iam ab re diuina credo apparebunt domi.  
Sed quid huc tantum hominum incedunt? ecquid nam afferunt?  
Et ille chlamydatas quis nam est, qui sequitur procul?

Aetolus haud est. AD. te salutamus Lyce,  
Quanquam hanc salutem ferimus inuiti tibi,  
Et quanquam bene uolumus leuiter lenonibus.

LY. Fortunati omnes sitis, quod certè scio

Nec fore, nec fortunam id situram fieri.

AD. Istic est thesaurus stultis in lingua situs,  
Ut questui habeant, malè loqui melioribus.

LY. Viam qui nescit, qua deueniat ad mare,  
Eum oportet amnem querere comitem sibi,  
Ego malè loquendi uobis nesciui uiam.  
Nunc uos mihi amnes estis, uos certum est sequi.  
Si bene dicetis, uostra ripa uos sequar:  
Si malè dicetis, uostro gradiar limite.

AD. Malo bene facere, tantundum est periculum,  
Quantum bono malefacere. LY. qui uerò? AD. scies,  
Malo si quid benefacias, id beneficium interit.  
Bono si quid malefacias, etatem expetit.

LY. Facetè dictum, sed quid istuc ad me attinet?

AD. Quia nos honoris tui causa huc ad te uenimus.  
Quanquam bene uolumus leuiter lenonibus.

LY. Si quid boni apportatis, habeo gratiam.

AD. Boni de nostro tibi nec ferimus, nec damus,  
Neq; pollicemur, neq; ad eò uolumus datum.

LY. Credo hercle uobis, ita uestra est benignitas.  
Sed quid nunc uultis? AD. hunc chlamydatum quem uides,  
Ei Mars iratus est. LY. capite uestro istuc quidem,

Hunc

- AD. Hunc nunc Lyce ad te diripiendum adducimus,  
Cum præda hic hodie incedit uenator domum.  
Canes compellunt in plagas lepide Lycum.
- LY. Quis hic est? AD. nescimus nos istum quidem qui fiet,  
Nisi dudum à mani ut ad portum processimus,  
Atq; istunc è nauì exeuntem oneraria  
Videmus, adijt ad nos extemplò exiens,  
Salutat, respondemus. CO. mortales malos,  
Vt ingrediuntur doctè in sycophantiam.
- LY. Quid deinde? AD. sermonem nobiscum ibi copulat.  
Ait se peregrinum esse huius ignarum oppidi,  
Locum sibi uelle liberum præberier,  
Vbi nequam faciat, nos hominem ad te adduximus.  
Tu, si te dij amant, agere tuam rem occasio est.
- LY. Ita' ne ille est cupiens? AD. aurum habet. LY. præda hæc mea  
AD. Potare amare uolt: ne qui sciant, (est.)  
Ne' ue arbiter sit, nam hic latro in Sparta fuit.  
Vt quidem ipse nobis dixit, apud regem Attalum.  
Inde huc aufugit, quoniam capitur oppidum.
- CO. Nimis lepide de latrone, de Sparta optumè.
- LY. Di dea q; uobis multa bona dent, cum mihi  
Et bene præcipitis, & bonam prædam datis.
- AD. Immo ut ipse nobis dixit, quo accures magis,  
Trecentos nummos Philippos portat, præ sibi.
- LY. Rex sum, si ego illum hodie hominem ad me allexero.
- AD. Quin hic quidem tuus est. LY. obsecro hercle hortamini,  
Vt diuortatur ad me in hospitium optimum.
- AD. Neq; nos hortari, neq; dehortari decet  
Hominem peregrinum: tuam rem tu ages, si sapias.  
Nos tibi palumbem ad aream usq; adduximus,  
Nunc te illum melius capere, si captum esse uis.
- LY. Iam' ne itis? CO. quid quod uobis mandauì hospites.
- AD. Cum illoc te melius tuam rem adulescens loqui,



*Illic est, ad istas res probus quas queritas.*

- CO. *Videre equidem uos uellem cum huic aurum darem.*  
 A D. *Illinc procul nos istuc inspectabimus.*  
 CO. *Bonam dedistis mihi operam.* LY. *it ad me lucrum.*  
 CO. *illud quidem quorsum asinus cedit calcibus.*  
 LY. *Blandè huc hominem compellabo, hospes hospitum*  
*Salutat, saluum te aduenire gaudeo.*  
 CO. *Multa tibi di dent bona, cum me saluum esse uis.*  
 LY. *Hospitium te aiunt queritare.* CO. *querito.*  
 LY. *Ita illi dixerunt, qui hinc à me abierunt modò,*  
*Te queritare à muscis.* CO. *minimè gentium.*  
 LY. *Quid ita?* CO. *Quia à muscis si mihi hospitium quererem,*  
*Adueniens huc irem in carcerem recta uia,*  
*Ego id quero hospitium, ubi ego curer mollius*  
*Quàm regi Antiocho oculi curari solent.*  
 LY. *Edepol nã tibi possum illum festiuum dare,*  
*Siquidem potes esse pati te in lepidò loco,*  
*In lecto lepidè strato, lepidam mulierem*  
*Complexum contrectare te.* CO. *is leno uiam.*  
 LY. *Vbi tu Leucadio, Lesbio, Thasio, Coò,*  
*Vetustate uino edentulo etatem irriges.*  
*Ibi te replebo usq; unguentum echeumatis.*  
*Quid multa uerba faciam? ubi tu laueris,*  
*Ibi ut balneator faciat unguentariam.*  
*Sed hæc latrocinantur quæ ego dixi omnia.*  
 CO. *Quid ita?* LY. *quia aurum poscunt presentarium.*  
 CO. *Quin hercle accipere tu non mauius, quàm ego dare.*  
 LY. *Quin sequere intro.* CO. *duc ergo me intro, addictum tenes.*  
 A D. *Quid si euocemus foras huc Agorastoclem,*  
*Vt ipse testis sit sibi certissimus.*  
*Heus tu qui furem captas, egredere ocys,*  
*Vt tu te inspectes aurum lenoni dare.*

AGORASTOCLES adulescens, Eidem.

**Q**uid est? quid uultis testes? AG. Specta ad dexteram.  
Tuum seruum cum aurum ipsi lenoni dabit.

- CO.** Age accipe hoc sis, hic sunt numerati aurei  
Trecenti nummi, qui uocantur Philippi.  
Hinc me procura, properè hosce absumi uolo.
- LY.** Edepol fecisti prodigum promum tibi.  
Age eamus intrò. **CO.** te sequor. **LY.** age age ambula.  
Ibiq; reliqua alia fabulabimur.
- CO.** Equidem narrabo tibi res Spartiaticas.
- LY.** Quin sequere me ergo. **CO.** abduc intrò. addictum tenes.
- AG.** Quid nunc mihi autores estis? **AD.** ut frugi fies.
- AG.** Quid si animus esse non finit? **AD.** esto ut finit.
- AG.** Vidistis leno cum aurum accepit? **AD.** uidimus.
- AG.** Eum uos esse meum seruum scitis? **AD.** sciimus.
- AG.** Rem aduersus populi sæpe leges? **AD.** sciimus.
- AG.** Hem istæc uolo ergo uos commemorasse omnia,  
Mox cum ad prætorem usus ueniet. **AD.** meminimus.
- AG.** Quid si recent ire ædis pultem? **AD.** censeo.
- AG.** Si pultem, non recludet. **AD.** panem frangito.
- AG.** Si exierit leno, censetis hominem interrogem,  
Meus seruus si ad eum uenerit nec ne? **AD.** quippini?
- AG.** Cum auri ducentis nummis Philippis. **AD.** quippini?
- AG.** Ibi extemplò leno errabit. **AD.** qua de re? **AG.** rogas?  
Quia centum nummis minus dicitur. **AD.** bene putas.
- AG.** Alium censebit queritari. **AD.** scilicet.
- AG.** Extemplò denegabit. **AD.** iuratus quidem.
- AG.** Homo furti se astringit. **AD.** haud dubium id quidem est.
- AG.** Quantum quantum ad eum erit delatum. **AD.** quippini.
- AG.** Diespiter nos perdui. **AD.** te quippini.
- AG.** Ibo & pultabo ianuam hanc. **AD.** ita quippini.
- AG.** Tacendi tempus est, nam crepuerunt fores.  
Foràs egreditur, uideo lenonem Lycum,



Adeste queso. AD. quippini si tu uoles  
Operire capita, ne nos leno nouerit,  
Qui illi male rei tanta fuimus illices.

LYCVS leno. AGORASTOCLES. Aduocati.

Suspendant omnes nunc iam se haruspices,  
Quid ego illis posthac, quod loquantur creduam?  
Qui in re diuina dudum dicebant mihi

Malum damnūq; maximum portendier,  
Is explicauit meam rem post illa lucro.

AG. Saluus sis leno. LY. di te ament Agorastocles.

AG. Magis me benignè nunc salutas, quàm antidiac.

LY. Tranquillitas euenit, quasi naui in mari,  
Vicunq; est uentus, exin uelum uortitur.

AG. Valeant apud te quas uolo, atq; haud te uolo.

LY. Valent ut postulatū est, uerū non tibi.

AG. Mitte ad me sodes hodie Adelphasium tuam,  
Die festo celebri nobiliq; Aphrodisijs.

LY. Calidum prandisti prandium hodie dic mihi?

AG. Quid iam? LY. quia hoc nunc frige factus cum rogas.

AG. Hoc agesis leno, seruum esse audiui meum  
Apud te. LY. apud me? nunquam factum reperies.

AG. Mentire. nam ad te uenit, aurumq; attulit.  
Ita mihi renunciatum est, quibus credo satis.

LY. Malus es, captatum me aduenis cum testibus.  
Tuorum apud me nemo est, nec quicquam tui.

AG. Mementote illuc aduocati. AD. meminimus.

LY. Ha ha he. iam teneo quid sit, perspexi modò.

Hi qui illum dudum conciliauerunt mihi

Peregrinum Spartanum. id nunc hīce \*

Me esse hos trecentos Philippos facturum lucri.

Nunc hunc inimicum quia esse sciuerunt mihi,

Eum allegauerunt, suum qui seruum diceret

Cum auro esse apud me. composita est fallacia,

Vt eo me priuent, atq; inter se diuidant.

Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt.

AG. Negas ne apud te esse aurum, nec seruum meum?

LY. Nego: et negando, si quid refert, abnuo.

AD. Peristi leno. nam iste est huius uillicus,  
 Quem tibi nos esse Spartiatem diximus,  
 Qui ad te trecentos Philippos modò detulit.  
 Idq; in istoc adeò aurum inest marsupio.

LY. Ve nostræ ætati. AD. id quidem nunc est tuæ.

AG. Age omitte actutum fuscifer marsupium,  
 Manifestò fur es mihi, quæso hercle operam date,  
 Dum me uideatis seruum ab hoc abducere.

LY. Nunc pol ego perij certò, haud arbitrario.  
 Consultò hoc factum est, mihi ut insidie fierent.  
 Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,  
 Priusquam obtorto collo ad prætorem trahor?  
 Eheu quàm ego habui ariolos aruspices,  
 Qui si quid bene promittunt, pro spisso euenit.  
 Id quod mali promittunt, præsentarium est.  
 Nunc ibo amicos consulam, quo me modo  
 Suspendere æquum censeant potissimum.

AGORASTOCLES adolescens, COLABISCVS uillicus, ADVOCATI.

AG. **A**Ge tu progredere, ut testes uideant te, istinc foras.

AG. Est ne hic seruus meus? CO. sum mehercle uerò Agorastocles.

AG. Quid nunc scelestè leno? AD. qui cum ligitas, Abscesit. AG. utinam hinc abierit malam crucem.

AD. Ita nos uelle æquum est. AG. cras subscribam homini dicam.

CO. Nunqui me? AG. abscedas, sumas ornatum tuum.

CO. Non sum nec quicquam miles factus, paululum Prædæ intus feci, dum lenonis familia Dormitat. extis sum satur factus probè.  
 Abscedam hinc intrò. AG. factum à uobis comiter,



Bonam dedistis aduocati operam mihi.  
 Cras mane quaeso in comitio estote obuiam.  
 Tu sequere me intrò, uos ualete. AD. & tu uale.  
 Iniuriam illic insignitè postulat,  
 Nostro sibi seruire nos censet cibo.  
 Verùm ita sunt isti nostri diuites,  
 Si quid bene facias, leuior pluma est gratia:  
 Si quid peccatum sit, plumbeas iras gerunt.  
 Domo: abeamus nostras sultis nunc iam,  
 Quando id quò ire operam dedimus, impetrauimus,  
 Vt perderemus corruptorem ciuium.

MILPHIO seruus.

**E**xpecto quo pacto meae technae processurae sient.  
 Studeo hunc lenonem perdere, uelut meum herum miserum macerat.

Is me autem porrò uerberat, incurSAT pugnis, calcibus.  
 Seruire amanti miseria est, praesertim qui quod amat caret.  
 Attat è fano recipere uideo se Syncerastum  
 Lenonis seruum, quid habeat sermonis auscultabo.

SYNCERASTVS, MILPHIO, serui duo.

**S**atis spectatum è deos atq; homines eius negligere gratiã,  
 Cui homini herus est consimilis, uelut ego habeo nunc hu-  
 Neq; periurior, neq; peior alter usquam est gentium, (cuiusmodi.  
 Quàm herus meus est: neq; tam luteus, neq; tã cocno collitus.  
 Ita me di ament, uel in latunijs, uel in pistrino maelim  
 Agere etatem, praepeditus latera forti ferro mea, (nus?  
 Quàm apud lenonem hunc seruitutem colere, quid illuc est ge-  
 Quae illic hominũ corruptelae fiunt? di uostram fidem  
 Quoduis genus ibi hominũ uideas, quasi Acheruntè Veneris.  
 Equitem, peditem, libertinum, furem ac fugitiuum uelis,  
 Verberatum, uinctum, addictum qui habet quod det, ut homo  
 Omnia genera recipiuntur, itaq; in totis aedibus (est,  
 Tenebrae, latebrae, bibitur estur, quasi in popina haud secus.

T Illi

- Ibi tu uideas literas fictiles epistolas,  
 Pice signatas, nomina insunt cubitum longis litteris.  
 Ita uinariorum habemus nostræ delectum domi.
- MI. Omnia edepol mira sunt, nisi herus hunc heredem facit,  
 Nam id quidem illi ut meditatur uerba facit emortuo.  
 Et adire lubet hominem, et autem nimis eum ausculto libens.
- SY. Hec cum hic uideo fieri, crucior precijs emtos maximis  
 Apud nos expeculiatos seruos fieri suis heris.  
 Sed ad postremum nihil apparet: malè partum, malè disperit.
- MI. Proinde habet hic orationem, quasi ipse sit frugi bonæ.  
 Qui ipsus hercle ignauiolem potis est facere ignauiam.
- SY. Nunc domum hæc ab æde Veneris refero uasa, ubi hostijs  
 Herus nequiuuit propitiare Venerem suo festo die.
- MI. Lepidam Venerem. SY. nam meretrices nostræ primis hostijs  
 Venerem placauere extemplo. MI. ô lepidam Venerem denuò.  
 Nunc domû ibo. MI. heus Synceraste. SY. Syncerastum quocast?
- MI. Tuus amicus. SY. haud amicè facis, qui cû onere offeras morâ.  
 MI. At ob hanc rem tibi reddam operam, ubi uoles, ubi iusseris.  
 Habe rem pactam si futurum est, do tibi operâ hæc quomodo?
- MI. Vt enim ubi mihi uapulandum est, tute corium sufferas. (lo.  
 SY. Apage, nescio quid uiri sis. MI. malus sum. SY. tibi sis. MI. te uo-  
 SY. At onus urget. MI. at tu appone, et respice ad me. SY. fecero.  
 Quanquã haud otium est. MI. saluos sis Synceraste. SY. ô Mil-  
 phio,  
 (me Milphio,  
 Di omnes de æq; ament. MI. quem nã hominem? SY. nec te, nec  
 Neq; herû meû adeò. MI. què ament igitur? SY. aliû quelibet.  
 Nã nostrorû nemo dignus est. MI. lepidè loquere. SY. me decet.
- MI. Quid agus? SY. facio quod manifestò mœchi haud fermè solet.  
 MI. Quid id è? SY. refero uasa salua. MI. di te et tuû herû perduint.  
 SY. Me non perdant, illum ut perdant facere possim, si uelim.  
 Meû herû ut perdant, ni mihi metuã Milphio. MI. quid id est  
 cedo.  
 (esse aliter decet.
- SY. Malus es. MI. malus sum. SY. malè mihi est. MI. memorandum  
 Quid



Quid est quod malè sit? cui id omne est quod edis, quod ames af  
 Neq; triobolum ullum amicæ das & duftas gratijs. (fatim,

SY. Diespiter me sic amabit. MI. ut quidem edepol dignus es.

SY. Ut ego hanc familiam interire cupio. MI. adde operam, si cupis.

SY. Sine pennis uolare haud facile est, meæ alæ pennas non habent.

MI. Nolito edepol deuellisse, iam duobus mensibus (rus.

Volucres tibi erunt hircinæ. SI. i in malam rem. MI. i tu atq; he-

SY. Verum enim qui homo eum norit, citò homo peruorti potest.

MI. Quid iam? SY. quasi tu tacere quicquam potis sis rectius.

MI. Tacitus tibi resistam, quàm quod dictum est male mulieri.

SY. Animum inducam facile, ut tibi istuc credam, ni te nouerim.

MI. Crede audacter meo periculo. SY. malè credam, et credã tamẽ.

MI. Scir tu herum tuum meo hero esse inimicũ capitalẽ? SY. scio

Propter amorem. MI. omnem operam perdis. SI. quid iam? MI.

quia doctum doces.

Quid ergo dubitas, quin lubenter tuo hero meus quod possiet

Facere, faciat malè eius merito: tum autem si quid tu adiuuas,

Eo facilius poterit facere. SY. at ego hoc metuo Milphio.

MI. Quid è quod metuas? SY. dũ hero insidias parè, ne à te perdeã.

Si herus meus me esse locutum cuiquam mortali sciat,

Continuò is me ex Syncerasto crurifragium fecerit.

MI. Nunquam edepol mortalis quisquam fiet è me certior,

Nisi hero meo uni indicasso, atq; ei quoq; ut ne enunciet

Id esse facinus ex te ortum. SY. malè credam, & credã tamen.

Sed hoc tu tecum tacitũ habeto. MI. fidei non melius creditur.

Loquere, locus occasioq; liberè est, hic soli sumus.

SY. Herus si tuus uolet facere frugẽ, meũ herũ perdet. MI. qui id po

SY. Facile. MI. fac ergo id facile noscã, ut ille possit noscere. (test?

SY. Quia Adelphastum, quam herus deamat tuus, ingenua est. MI.

quomodo? (dam? SY. quia

SY. Eodem quo soror illius altera Anterastilis. MI. sed qui id cre-

Illus emir in Anactorio paruulas, duodeuiginti minis

Deprædone Siculo. MI. quanti? SY. duo ce uiginti minis.

- MI.** Duas illas tanti queso emit? **SY.** nutricem earum tertiam,  
Et ille qui eas uendebat, dixit se furtiuas uendere,  
Ingenuas Carthagine aiebat esse. **MI.** di uostram fidem,  
Nimiū lepiāū memoras facinus. nam herus meus Agorastacles  
Ibidem gnatus inde surreptus ferē sexennis, pōst ibi  
Qui cum surripuit, huc deuexit, meoq; hero eum hic uendidit.  
Is in diuitias homo adoptauit hunc, cum diem obijt suum.
- SY.** Omnia memoras quo id facilius fiat, manu eas asserat  
Suas populares, liberali caussa. **MI.** tacitus tace modò,  
Profectò ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit.  
Quin prius disperibit faxo, quàm unum calcem ciuerit.  
Ita paratum est. **SY.** ita di faxint ne apud lenonem hūc seruiam.
- MI.** Quin hercle collibertus meus faxo eris, si di uolent.
- SY.** Ita di faxint, nunc quid aliud uis memorare Milphio? (nu.)
- MI.** Valeas, beneq; ut tibi sit. **SY.** pol istuc tibi, & tuo hero est in ma  
Vale, & hæc cura, clanculum ut sint dicta. **MI.** non dictum est,  
(nes,  
uale.
- SY.** At enim nihil est, nisi dū calet, hoc agitur. **MI.** lepidus cum mo-  
Et hoc ita fiet. **SY.** pba materies data ē, si probū adhibes fabrū.
- MI.** Potir ut taceas? **SY.** taceo atq; abeo. **MI.** mihi commoditatē cre  
Illic hinc abijt, di immortales meum herum seruatiū uolunt. (as.  
Et hunc disperditum lenonem, tantum eum instat exitij.  
Satine, priusquam unum est iniectum telū, tum instat alterum.  
Ibo intrò, hæc ut meo hero memorem. nam huc si ante aedes seuo  
Quæ audiui modò, nunc si eadē hic iterem inscitia st. (cem,  
Hero uni potius intus ero odio, quàm hic sim uobis omnibus.  
Di immortales, quid malorum, quanta aduenit calamitas  
Hodie adhunc lenonem? sed ego nunc nil est, cur me morer.  
Id negotium institutum est, non datur cessatio.  
Nam & hoc nocte consulendum quod modò concreditum st,  
Et illud autem inseruiendumst consilium uernaculum.  
Remora si sit, qui malam rem mihi det, meritò fecerit.  
Nunc intrò ibo, dum herus adueniat à foro, operiar domi.



POENVLVS,  
HANNO POENVS loquitur  
Punicè.

672

**N**Y thalonim ualon utb si corathifama confith.  
Chym lach chunyth mumys tyalmystibari imifchi  
Lipho canet byth bymitihij ad ædin bynuthij.  
Byrnarob syllo homalonin uby misyrthoho  
Bythlym mothyn noctothij nelechanti dasmachon  
Ysicle brim tyfel yth chyls chon,tem liphul  
Vth bynim yfibur thinno cuth nu Agorastocles  
Ythe manet iby chysae lycoch sith naso  
Bynni id chil lubili gubylim lasibit thym  
Bodyalyt herayn nyn nuys lym moncoth lusim  
Exanolim uolanus succuratim misti atticum esse  
Concubitum a bello cutim beant lalacant chona enus es  
Huic filec pancesse athidamascon alem induberte felono bu  
thume Stoclem  
Celtum comucro lueni, at enim auosouber hent hyach Ari-  
Et te se aneche nasotelia elicos alenus duberter mi comps ue-  
Aodeanec listor bodes iusum limnimcolus. Spiti  
Deos deasq; ueneror, qui hanc urbem colunt,  
Ut quod de mea re huc ueni, ritè uenerim.  
Measq; ut gnatas, & mei fratris filium,  
Reperire me siritis, dij uostram fidem,  
Quæ mihi surrepta sunt, & fratris filium.  
Sed hic mihi antehac hospes Antidamas fuit.  
Eum fecisse aiunt sibi quod faciundum fuit,  
Eius filium hic prædicant esse Agorastoclem,  
Deum hospitalem at tesseram mecum fero,  
In hisce habitare monstratu st regionibus:  
Hos percontabor, qui huc egrediuntur foras.

AGORASTOCLES, MILPHIO,  
POENVS.

**A**In tu dixit Syncerastum, Milphio,

T 3

Has

Has esse ingenuas ambas surreptitias  
 Carthaginiensis? MI. aio, etsi frugi esse uis,  
 Eas liberali iam asseres caussa manu.  
 Nam tuum flagitiumst tuas populares te pati  
 Seruire ante oculos, domi quæ fuerint liberae.

POE. Prò di immortales obsecro uestram fidem,  
 Creta est profectò horum hominum mihi oratio,  
 Quam orationem hanc aures dulcem deuorant?  
 Ut mihi abstiterunt omnem sorditudinem?

AG. Si ad eam rem testis habeam, faciam quod iubes.

MI. Quid tu mihi testis? quin tu insistis fortiter,  
 Aliqua fortuna fuerit adiutrix tibi.

AG. Incipere multo est, quàm impetrare, facilius.

MI. Sed quæ nam illece quis est, quæ huc cum tuniçis ad-  
 uenit,

Num nam it à balneis circumductus pallio?

Facies quidem edepol \*

Seruos quidem edepol ueteres antiquosq; habet.

AG. Quis is? M. uiden homines sarcinatos consequi?  
 Atq; ut opinor digitos in manibus non habent.

AG. Quid iam? MI. quia incedunt cum annulatis auribus,  
 Adibo ad hosce, atq; appellabo Punicè.  
 Si respondebunt, Punicè pergam loqui:  
 Si non, tum ad horum mores linguam uertero.

AG. Nihil edepol. nam qui scire potui, dic mihi,  
 Qui illinc sexennis perierim Carthagine?

POE. Prò di immortales, hunc ad plurimi modum  
 Periere pueri liberi Carthagine.

MI. Quid tu ais tu? AG. quid uis? MI. uir appellem hunc  
 Punicè?

AG. An scis? MI. nullus me est hodie Pœnus Puniior.

AG. Adi atq; appella quid uelit? quid uenerit?



*Qui sit, cuiatis, unde sit, ne parseris.*

MI. *Ano. cuiates estis? aut quo ex oppido?*

POE. *Hanno muthum balle beccha edre anech.*

AH. *Quid ait? M. Hannonem sese ait Carthagine,  
Carthaginensem, Muthum ballis filium.*

POE. *Ano. MI. salutat, POE. domni. MI. doni uult tibi  
Dare hinc nescio quid, audin pollicerier?*

AG. *Saluta hunc rursus Punicè uerbis meis.*

MI. *Ano donni. hic mihi tibi inquit uerbis suis.*

POE. *Me? bar bocca. MI. istuc sit tibi potius, quam mihi.*

AG. *Quid ait? MI. miseram esse prædicat buccam sibi.  
Fortasse medicos nos esse arbitrarier.*

AG. *Si ita est, nega esse, nolo ego errare hospitem.*

MI. *Auditurufen mico istam. AG. sic uolo,  
Profectò uera cuncta huic expedier.*

*Roga nunquid opus sit? MI. tu qui zonam non habes,  
Quid in hanc uenistis urbem, aut quid queritis?*

POE. *Muphursa. AG. quid ait? POE. mo in lechianna. AG. quid ue-  
nit?*

MI. *Non audis, mures Africanos prædicat  
In pompam ludis dare se uelle ædilibus.*

POE. *Lalech labcanani limi incoht. AGO. quid nunc ait?*

MI. *Ligulas canalis ait se aduexisse & nuces,  
Nunc orat operam ut des sibi, ut ea ueneant.*

AG. *Mercator credo est. POE. I sam aruinam. MI. quid est?*

POE. *Palum erga dectha. AG. Milphio quid nunc ait?*

MI. *Palas uendundas sibi ait, & mergas datas,  
Ut hortum fodiat, atq; ut frumentum metat.  
Ad mesim credo missus hic quidem tuam.*

AG. *Quid istuc ad me? MI. certiozem te esse uolui,  
Ne quid clam furtiue accepisse censeas.*

POE. *Muphonnum sucoram. MI. hem caue sis feceris,  
Quod hic te orat. AG. quid ait, aut orat? expedi.*

- MI. Sub cratim uti iubeas sese supponi, atq; eo  
Lapides imponi multos, ut sese neces.
- POE. Ganebel balsamen erasan, AG. narra quid est?  
Quid ait? MI. non hercle nunc quidem quicquam scio.
- POE. At tu scias nunc dehinc latine iam loquar.  
Seruum hercle te esset oportet & nequam & malum,  
Hominem peregrinum atq; aduenam qui irrideas.
- MI. At hercle te hominem & sycophantam, & subdolum,  
Qui huc aduenisti nos captatum \*  
Bijulci lingua, quasi proserpens bestia.
- AG. Maledicta hinc aufer, linguam compescas, tace.  
Maledicere huic tu temperabis, si sapis.  
Meis consanguineis nolo te iniuste loqui.  
Carthagini ego sum natus, ut tu sis sciens.
- POE. O mihi popularis, salue. AG. & tu edepol, quisquis es,  
Et si quid opus est, quaeso dic atq; impera,  
Popularitatis caussa. POE. habeo gratiam.  
Verum ego hic hospitium habeo, Antidamæ filium  
Quero, commonstra si nouisti Agorastoclem?  
Ecquem adolescentem tu hic nouisti Agorastoclem?
- AG. Siquidem Antidamarchi queris adoptaticium,  
Ego sum ipse, quem tu queris. POE. hem quid ego audio?
- AG. Antidamæ gnatum me esse. POE. si ita est, tesseram  
Conferre si uis hospitalem, eccam attuli.
- AG. Agedum huc ostende, est par probe, nam habeo domum.
- POE. O mi hospes salue multum, nam mihi tuus pater,  
Pater tuus ergo hospes Antidamas fuit,  
Hec mihi hospitalis tessera cum illo fuit.
- AG. Ergo hic apud me hospitium tibi prebebitur,  
Nam haud repudio hospitium, neq; Carthaginem,  
Inde sum oriundus. POE. di dent tibi omnes quæ uelis,  
Sed quid ais? quæ potuit fieri, ut Carthagini  
Gnat us sis, hic autem habuisti Actolum patrem?



- AG. Surreptus sum illinc, hic me Antidamas hospes tuus  
Emit me, & is me sibi adoptauit filium.
- POE. Demarcho item ipse fuit adoptatiuus.  
Sed mitto de illo, & ad te redeo, dic mihi  
Ecquid meministi tuum parentum nomina?
- AG. Patris atq; matris memini, POE. memorandum mihi,  
Si noui forte, aut si sunt cognati mihi.
- AG. Ampsigura mater mihi fuit, Iachon pater.
- POE. Patrem atq; matrem uiuerent uellem tibi.
- AG. An mortui sunt? POE. factum, quod ægrè tuli.  
Nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit.  
Pater tuus is erat frater patruelis meus,  
Et is me hæredem fecit, cum suum obiit diem.  
Quo me priuatum esse ægrè patior mortuo,  
Sed si ita est, ut tu sis Iachonis filius,  
Signum esse oportet in manu læua tibi,  
Ludenti puero quod momordit simia,  
Ostende ut inspiciam, iam aperi, audi, atq; ades.
- AG. Mi patruæ saluæ. POE. & tu salueto Agorastocles.  
Iterum mihi gnatus uideor, quia te repperi.
- MI. Polistam rem uobis bene euenisse gaudeo.  
Et te moneri non ne uis? POE. sanè uolo.
- MI. Paterna oportet reddi filio bona.  
Aequum est habere hunc bona, quæ possedit pater.
- POE. Haud postulo aliter, restituentur omnia.  
Suam rem sibi saluam sistam, si illò aduenerit.
- MI. Facito sis reddas, et si hic habitabit tamen.
- POE. Quin mea quoq; iste habebit, si quid de me fiat.
- MI. Festiuum facinus uenit mihi in mentem modò.
- POE. Quid id est? MI. tua est opus opera. POE. dic mihi quid lubet?
- POE. Profectò uteris ut uoles operam meam.
- MI. Quid est negotij? Potin fieri subdolus?
- POE. Inimico possum, amico est insipientia.

- MI. Inimicus hercle est huius. POE. male faxim lubens.  
 MI. Amat à lenone hic. POE. facere sapienter puto.  
 MI. Leno hic habitat uicinus. POE. male faxim lubens.  
 MI. Ei duæ puellæ sunt meretrices seruulæ  
 Sorores. Earum hic alteram efflictim perit,  
 Neq; eam incestauit unquam. POE. acerbam amatio est.  
 MI. Nunc leno ludificatur. POE. suum questum colit.  
 MI. Hic illi malam rem dare uolt. POE. frugi, si id facit.  
 MI. Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo,  
 Ut te allegemus, filias dicas tuas,  
 Surreptasq; esse paruulas Carthagine,  
 Manuq; liberali caussa ambas asseras,  
 Quasi filie tuæ sint ambæ. intelligis?  
 POE. Intelligo hercle. nam mihi item gnate duæ  
 Cum nutrice una surreptæ sunt paruulæ.  
 MI. Lepidè hercle a simulas, iam in principio id mihi placet.  
 POE. Pol magis quàm uellem. MIL. heu hercle mortalem  
 catum,  
 Malum crudumq; et callidum atq; subdolum,  
 Ut afflet quo illud gestu faciat facilius.  
 Me quoq; dolis iam superat architectonem.  
 POE. Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi.  
 MI. Statura haud magna, corpore aquilo est. POE. ipsa ea st.  
 MI. Specie uenusta, ore paruo, atq; oculis pernigris.  
 POE. Formam quidem hercle uerbis depinxti mihi.  
 MI. Vin eam uidere? POE. filias malo meas.  
 Sed i atq; euoca illam, si eæ meæ sunt filie,  
 Si illarum est nutrix, me continuo nouerit.  
 MI. Heus ecquis hic est? nunciate ut prodeat  
 Foràs Giddeneme, est qui illam conuentam esse uolt.

GIDDE-

GI.

GI.

GI.

POE

AG.

AG.

GI.

AG.

PV.

GI.

AG.

MI.

POE.

AG.

MI.

MI.



GIDDENE MENUTRIX. HANNO POENUS. MIL-  
PHIO SERUUS. AGORASTOCLES. PUER.

- GI. **Q**uis pultat? MI. qui te proximus est. GI. quid uis? MIL.  
Nouistin' tu illum tunicatum hominem qui fiet? (cho)
- GI. Nam quem ego aspicio, pro' supreme Iupiter,  
Herus meus hic quidem est, mearum alumnarum pater,  
Hanno Carthaginienſis. Meccē autem mala,  
Præſtigiator hic quidem Poenus probus est,  
Perduxit omnis ad ſuam ſententiam.
- GI. O mi here ſalue Hanno, inſperatiſſime  
Mibi tuisq; filiis, ſalue, atq; cho  
Mirari noli, neq; me contemplarier,  
Cognoscin Giddenemen ancillam tuam?
- POE. Noui, ſed ubi ſunt meæ gnatæ, id ſcire expeto.
- AG. Apud ædem Veneris. POE. quid ibi faciunt, dic mihi?
- AG. Aphrodiſia hodie Veneris eſt feſtus dies,  
Oratum ierunt deam, ut ſibi eſſet propitia.
- GI. Pol ſatis ſcio impetrarunt, quando hic, hic adeſt.
- AG. Eho an huius ſunt ille filie? GI. ita ut prædieas.  
Tua pietas nobis planè auxilio fuit,  
Cum huc adueniſti hodie in ipſo tempore.  
Nanq; hodie earum mutarentur nomina,  
Facerentq; indignum genere quæſtum corpore.
- PV. Handones illi hanun bene ſi illi in muſtine.
- GI. Me ipſi & eneſte dum & alamma ceſtinum.
- AG. Quid illi locuti ſunt in ter ſe? dic mihi.
- MI. Matrem ſalutat hic ſuam, hæc autem hunc filium.
- POE. Tace atq; parce muliebri ſupelleſtili.
- AG. Quæ ea eſt ſupelleſ? POE. clarus clamor, ſine modò.  
Tu adduc hos intro, & unà nutricem ſimul  
Iubeto hanc abire ad te. AG. ſic quod imperat.
- MI. Sed quis illas tibi monſtrabit? AG. ego doctiſſimè.
- MI. Ab eo igitur. AG. ſacies modò quam memores, mauelim

Patruo aduenienti cœna curetur uolo.

MI. Lachanam uos, quos ego iam detrudam ad molas,  
Inde porro ad puteum, atq; ad robustum codicem.  
Ego saxo hospitium hoc leuiter laudabitis.

AG. Audin' tu patruæ dico, ne dictum neges,  
Tuam mihi maiorem filiam despondeas.

POE. Pactam rem habeto. AG. spondes ne igitur? POE. spondeo.

AG. Mihi patruæ saluæ, nam nunc es planè meus.  
Nunc demum ego cum illa fabulabor libere.  
Nunc patruæ si uis tuas uidere filias,  
Me sequere. POE. iam dudum equidem cupio, & te sequor.

AG. Quid si eamus illis obuiam? POE. at ne inter uias  
Præterbitamus metuo. magne Iuppiter  
Restitue certas mihi ex incertis nunc opes.

AG. Ego quidem meos amores mecum confido fore.  
Sed eccas uideo ipsas. POE. hæc cine sunt meæ filiæ?  
Quantæ è quantillis iam sunt factæ? AG. scin' quid est?  
\*Sunt columnæ, sustolli solent.

MI. Opinor hercle hodie, quod ego dixi per iocum,  
Id euenturum esse, & seuerum & serium,  
Vt hæc inueniantur hodie esse huius filie.

AG. Pol istud quidem iam certum est, tu istos Milphio  
Abduce intro. nos hæc hic præstolabimur.

ADELPHASIVM. ANTHERASTILIS. A-  
GORASTOCLES. HANNO Poenus.

AD. **F**vit hodie operæ precium eius qui amabilitati animum ad-  
diceret,  
Oculis epulas dare, delubrum q' hodie ornatum cò uisere uenit.  
De amauit cæstor illic ego hodie lepidissima munera meretrici-  
cum.

Digna diua uenustissima Venere, neq; cõtemsi eius opus hodie.  
Tanta ibi copia uenustatũ aderat, in suo quæq; loco sita mūdè.  
Arabius murrhinusq; omnia odor complebat, haud sordere ui-  
sus est.

Festus



Festus dies, Venus, nec tuū sanum, tantus ibi clientarum erat numerus,

Quæ ad Calydoniam uenerant Venerem, certò enim, quod quidem ad nos duas

Attinuit, præpotentes, pulchræ, pacisq; potentes soror fuimus, Neq; ab iuuentute ibi irridiculò habitæ, quod pol soror cæteris omnibus factum est.

A N. Malim istuc alijs uideatur, quàm uti tu te collaudes. AD. spero equidem,

Vt pol ego cum ingenijs quibus sumus atq; aliæ cognosco, Eo sumus gnate genere, ut deceat nos esse à culpa castas.

POE. Iuppiter, qui genus colis, alijsq; hominum, per quem uiuimus uitalem æuam,

Quem penes spes uitæ sunt hominum omnium, da diem hunc sospitem queso

Rebus meis agundis, quibus annos multos carui, quasq; è patria Perdididi paruas, redde his ubertatem, inuictæ præmium ut esse sciam pietati.

AG. Omnia faciet Iuppiter faxo. nam mihi est obnoxius, & me me-  
POE. Tace queso. AG. ne lacruma patruæ. (tuit.

AD. Ut uoluptest homini mea soror, si quod agit, eluet uictoria:  
Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulcritudine. (cro,

A N. Stulta soror es magis quàm uolo, an uerò pulchræ uidere obse-  
Si tibi illic non os oblitū est fuligine? AG. ô patruæ mi patruissu  
(me.

POE. Quid est fratris mei gnate, mi gnate quid uis? expedi.  
A G. At enim uolo hoc agas. POE. at enim ago istuc. AG. patruæ mi  
patruissime.

POE. Quid est? AG. est lepida & lauta, ut sapit? POE. ingenium pa-  
tris habet, quod sapit.

AG. Queres iã diu edepol sapientiã tuã, hæc quidem cum abusa est.  
Nunc hinc sapit, hinc sentit, quicquid sapit è meo amore.

AD. Non eo sumus genere prognata, tamen si sumus seruæ, soror,  
Ut deceat facere nos quicquam, quod homo quisquam irrideat.

Multa

Multa sunt mulierum uitia, sed hoc è multis maximum est,  
Cum sibi nimis placent, minusq; operã dant ut placeant uiris.  
Nimie uoluptati est, quod in extis nostris portentum est soror;  
Quodq; aruspex de ambabus dixit. AG. uelim de me aliquid di-  
xerit.

AD. Nos fore inuito domino nostro diebus paucis liber as.  
Id ego nisi quid di, aut parentes faxint, quid sperem haud scio.  
AG. Mea fiducia hercle aruspex, patruelis, promisit scio  
Libertatẽ, quia me amare hãc scit. AD. soror sequere hãc. AN.  
sequor.

POE. Priusquam abitis, uos uolo ambas, nisi piget consistite.

AD. Quis reuocat? AG. qui bene uult uobis facere. AD. facere occa-  
sio est.

Sed quis homo est? A G. amicus uobis. AD. qui quidem inimi-  
cus non est.

AG. Bonus est hic homo, mea uoluptas. AD. pol istum malim, quã  
malum. (haud precor.)

A G. Siquidem amicitia est habenda, cum hoc habenda est. AD.

AG. Multa bona uobis facere uult. AD. bonus bonis benefeceris.

POE. Gaudio ero uobis. AD. at edepol nos uoluptati tibi.

POE. Libertatiq; AD. isto precio tuas nos facile feceris.

AG. Patruẽ mi, ita me di amabunt, ut ego, si sim Iuppiter,  
Iam hercle ego illam uxorem ducam, & Lunonem extrudam fo  
Ut pudicẽ uerba fecit? cogitatẽ & commodẽ. (rãs.)  
Ut modestẽ orationem præbuit? certò hãc mea est. (dẽ.)

POE. Sed ut astu sum aggressus ad eas? AG. lepidẽ hercle atq; commo  
Perge etiam tenta, rem in pauca confer, sitium qui sedent.

POE. Quid istis quod faciundum est cur nõ agimus? in tuos uos uoco.

AG. Nunc tene patruẽ. POE. tu frugi si bonã es A G. Vin ego hanc  
apprehendam? POE. tene.

AD. An patruus est Agorastocles tuus hic? AG. iam saxo scibitis.  
Nunc pol ego te ulciscar probẽ, nam saxo mea eris sponsa.

POE. Ite in ius, ne moramini. AN. antestare me atq; ducẽ.



- AG. Ego te antestabor, postea hanc amabo, atq; amplexabò.  
Sed illud quidem uolui dicere, immo dixi hercle quod uolebam.
- POE. Moramini, in ius uos uoco, nisi honestius sit prehendi.
- AD. Quid in ius uocas nos, quid tibi debemus? AG. dice tu illi.
- AD. Etiam me meæ latrant canes? AG. at tu hercle alludiato,  
Dato mihi pro offa sauium, pro osse linguam obicito.  
Ita hanc canem faciam tibi ego oleo tranquilliozem.
- POE. Ite si itis. AD. quid nos fecimus tibi? POE. fures estis ambæ.
- AG. Nos'ne tibi? POE. uos inquam. AG. atq; ego scio. AD. quid fur-  
ti est id? AG. hunc rogato.
- POE. Quia annos multos filias meas calauistis clam me,  
Atq; equidem ingenuas, liberas, summoq; genere gnatas.
- AD. Nunquam me castor reperies tu istuc probrum penes nos.
- AG. Da pignus ni nunc periures in sauium, uter utri det.
- AD. Nihil tecum ago, abscede obsecro. AG. atq; hercle mecum agen-  
dum est.
- Nam hic patruus meus est, pro hoc mihi patronus sim necesse  
Ei prædicabo quo modo uos furta faciatis multa. (est)
- Quoq; modo huiusce filias apud uos habeatis seruas,  
Quas uos ex patria liberas surreptas esse scitis.
- AD. Vbi sunt eæ, aut quæ sunt obsecro? AG. satis sunt macerate.
- POE. Quin cloquar. AG. censeo hercle patrue. AD. misera timeo  
quid
- Hoc sit negotij, mea soror ita stupida sine animo asto.
- POE. Aduortite animum mulieres primum, si id fieri possit,  
Ne indigna indignis di darent, id ego euenire uellem,  
Nunc quod boni mihi di dant, uobis uostræq; matri,  
Eas dis est æquum gratias uos agere sempiternas;  
Cum nostram pietatem approbant, decorantq; di immortales,  
Vos estis ambæ meæ filie, & hic est cognatus uester  
Huiusce fratris filius Agorastocles. AD. amabo  
Num hi falso oblectant gaudio nos? AG. at me ita di seruent,  
Vt hic pater est uester. date manus. AD. Salue in sperate nobis  
Pater,

- Pater, te complecti nos sine. POE. cupitæ atq; expectatæ.  
 AN. Pater salve, ambæ filiæ sumus, amplectamur ambæ.  
 AG. Quis me amplectetur postea? POE. nunc ego sum fortunatus,  
 Multorum annorum miseras nunc hac uoluptate sedo.  
 AD. Vix hoc uidemur credere. POE. magis qui credatis dicam.  
 Nam uostra nutrix primū me cognouit. AD. ubi ea amabo est?  
 POE. Apud hunc est. AG. quæso qui lubet tam diu tenere collum,  
 Priusquam te mihi desponderit. AD. omitto. AN. sperate salue.  
 AG. omitte

Salutem, & tu altera, nolo ego istuc, enicas me.

- POE. Condāmus alter alterum ergo in neruum brachialem.  
 Quibus nunc in terra melius est? AG. eueniunt digna dignis.  
 Tandem huic cupitum contigit. ô Apella, ô Zeuxis pictor,  
 Cur numero estis mortui? hic exemplum ut pingeretis.  
 Nam alios pictores nihil moror huiusmodi tractare exempla.

- POE. Di Deæq; omnes uobis habeo meritò magnas gratias,  
 Cum hac me letitia tanta & tantis affecistis gaudijs,  
 Ut meæ gnatæ ad me redirent in potestatem meam.  
 AD. Mi pater, tua pietas planè nobis auxilio fuit.  
 AG. Patrue, facito in memoria ut habeas tuam maiorem filiam, (ris.  
 Mihi te despondisse. POE. memini. AG. & dotis quid promise-

ANTHEMONIDES miles, & EIDEM.

**S**I ego minam non ultius fuero probè quam lenoni dedi,  
 Tum profectò me sibi habento scurræ ludificatui.  
 Is etiam me ad prandium ad se adduxit ignauissimus,  
 Ipse abijt foras, me reliquit pro Atriensi in ædibus,  
 Vbi nec leno, neq; ille redeunt, nec quod erā quidquam datur,  
 Pro minore parte prandij pignus coepi, abij foras.  
 Sic dederò, ere militari tetigero lenunculum.  
 Nactus est hominem, mina quem argenti circumduceret.  
 Sed mea amica nunc mihi irato obuiam ueniat uelim,  
 Iam pol ego illam pugnis totam faciam ut sit morula.  
 Itaq; replebo atritate atrior multo ut fiet,

Quam



Quam Aegyptij, aut qui cortinan ludis per circum ferunt.  
 AN. Tene sis me arctè mea uoluptas. malè ego metuo miluos, mala  
 illa bestia est, ne fortè me auferat pullum tuum.  
 Ut nequò satis te completi, mi pater. AN. ego me moror.  
 Propemodum hoc nunc obsonare prandium potero tibi.  
 Sed quid hoc est? quid hoc? quid hoc est? quid ego uideo?  
 quomodo?

Quid hoc est conduplicationis, quæ hæc est congemination?  
 Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer cauponius?  
 Satin' ego oculis cerno, est ne illæc mea amica Anterastri-  
 lis?

Et ea est certò, iam pridem ego me sensi nihili pendier.  
 Non pudet puellam amplexari baliolum in media uia.  
 Iam hercle ego illum excruciantum totum carnifici dabo.  
 Sanè genus hoc muliebrosum est tunicis demisicij.  
 Sed adire certum est hanc ad amatricem Aphricam.  
 Heus tu, tibi dico mulier, eequid te pudet?

Quid tibi negotij autem est cum istoc? dic mihi.

POE. Adolescens salue. AN. nolo, nihil ad te attinet.  
 Quid tibi hanc digiti tactio est? POE. quia mihi lubet.

AN. Lubet? POE. ita dico. AN. ligula i in malam crucem.

Tu ne hic amator audes esse hallex uir?  
 Aut contrectare, quod mares homines amant?

Deglupta manas, Sarapis \*

Mastruga, halagora, \* autem plenior.

\* q; quam sunt Romani remiges.

AG. Num tibi adolescens malè, an dentes pruriunt,

Qui huic es molestus? an malam rem queritas?

Cur non adhibuisti, dum istæc loquereris, tympanum?

Nam te cinædum esse arbitror magis, quam uirum.

AN. Scin, quam cinædus sum, ite istinc serui foras,

Efferte sustis. A. G. heus tu, si quid per iocum

Dixi, nolito in seruum conuertere.

- AN. Quid tibi libido est obsecro Anthemonides,  
Loqui inclementer nostro cognato & patri?  
Nam hic noster pater est, hic nos cognouit modo,  
Et hunc sui fratris filium. AN. ita me Iuppiter  
Bene amet, benefactum gaudeo, & uoluptest mihi,  
Siquidem quid lenoni obtigit magni mali,  
Cumq; e uirtute uobis fortuna obtigit.
- AD. Credibile ecastor dicit, crede huic mi pater.
- PO. Credo. AG. & ego credo, sed eccum lenonem Lycum.  
Bonum uirum eccum uideo, se recipit domum.
- POE. Quis hic est? AG. utrumuis est, & leno & Lycus.  
In seruitute hic habuit duas filias tuas.  
Et mihi hic aurifur est. POE. bellum hominem, quem no-  
ueris.
- AG. Rapiamus in ius. POE. minime. AG. quapropter? POE.

quia

Iniuriarum multo induci satius est.

LYCVS leno. AGORASTOCLES. HAN-  
NO Pænus. ANTHEMONI-  
DES miles.

- LY. **D**ecipitur nemo quidem, mea sententia,  
Qui suis amicis narrat recte res suas.  
Nam omnibus amicis meis idem unum conuenit,  
Ut me suspendam, ne addicam Agorastocli.
- AG. Leno camus in ius. LY. obsecro te Agorastocles,  
Suspendere ut me liceat. POE. Leno in ius te uoco.
- LY. Quid tibi mecum autem? POE. quia hasce aio liberas,  
Ingenuasq; esse filias ambas meas,  
Que sunt surreptæ cum nutrice paruula.
- LY. Iam pridem equidem istuc sciui, & miratus fui  
Neminem uenire, qui istas assereret manu.  
Meæ quidem profecto non sunt. AN. leno in ius eas.
- LY. De prandio tu dicit, debetur, dabo.

Duplum



- AG. Duplum pro furto mihi opus est. LY. sume hinc quidem.  
 POE. Et mihi supplicij multis. LY. sume hinc quid lubet.  
 AN. Et mihi quidem mina argenti. LY. sume hinc quid lubet.  
 Collo rem soluam iam omnibus quasi baiolus.  
 AG. Nunquid recusas contra me? LY. aduersum quidem.  
 AG. Ite igitur intrò mulieres: sed patruæ mi,  
 Tuam, ut dixisti mihi, desponde filiam.  
 POE. Haud aliter ausim. AN. bene uale. AG. & tu bene uale.  
 AN. Lenò arrabonem hoc pro mina mecum fero.  
 LY. Perij hercle. AG. imò haud multo pòst in ius ueneris.  
 LY. Quin egomet tibi me addico, quid prætore opus est?  
 Verùm obsecro te, ut liceat simplum soluere.  
 Trecentos Philippos, credo, corradi potest,  
 Cras auctionem faciam. AG. tantisper quidem,  
 Ut sis apud me lignea in custodia.  
 LY. Fiat. AG. sequere intrò patruæ mi, ut hunc festum diem  
 Habeamus hilarem, huius malo, & nostro bono.  
 Multum ualete, multa uerba fecimus.  
 Malum postremò omne ad lenonem redit.  
 Nunc quod postremum est condimentum fabule,  
 Si placuit, plausum postulat comædia.

F I N I S.

V 2

AN.



Pæno Pænulus est forma diminutionis. Pæ-  
nus aut *φεινίξ*. In prologo & patruus memo-  
ratur. nam Pænus ille qui introducitur, pa-  
truus est adolescentis, cuius sunt primæ par-  
tes in fabula. Res autem exposita talis est. Qui-  
dam adolescens Carthaginienſis furtim sur-  
reptus, aueritur Calydonia in Aetoliam, & ibi uēditur ſeni ciui.  
hic adoptauit illum, & moriens reliquit hæredem. Amabat ado-  
leſcens puellam popularem & cognatam: patruſ enim ea filia es-  
rat, quod ipſe nesciebat. Nam prædones ruri depræhenſas duas  
paruulas filias huius, unā cum nutrice abductas lenoni Caly-  
donio uendiderant in Anaſtorio, quod nomen loci & oppidi  
fuit in Acarnania. Cum nihil æqui adoleſcens à lenone de ſuis  
amorib. impetrare poſſet, uſus ſerui ſui conſilio, inſidias ſecit le-  
noni. ut ille furti manifeſti condemnaretur. Interea iudicium ſit  
puellas eſſe Carthaginienſes ingenuas, & pater illarū qui ubiq;  
gentium ipſas quærebat, aduenit, & eas agnoſcit, & maiorē na-  
tu nuptrum dat fratris filio. Perſonæ fabulæ ſunt: *ἀγοραστὸνδῆ*,  
à foro, ſeu forenſibus & nundinalibus negotijs, & fama. Mil-  
phio ſimiliter ut ſuprà de Milphidippa, qui ſit dubito, niſi *μυλο-  
φίω* eſt ἀπὸ *ἡ μύλος*. ἀδελφάσιον, factum ad eam formam quam ha-  
bet *φειλοκομάσιον*, habet fratris aut ſororis ſignificationem. ἀντιμ-  
φιλίς, à mutuo amore. λύκος, lupus eſt. ἀνθημονίδης, patronymica  
forma floridus. κολαβίσιον, ſicut *συρίσιον*, ἀπὸ *ἡ κολάβιον*, uilibus pa-  
nibus: niſi fortè eſt ἀπὸ *ἡ τοῦ κολοβίου κολοβίου*: nā in ueteri libro ali-  
cubi collubiſcū legimus. *συγκίρωσιον*, de hoc nihil & ipſe habeo,  
niſi quod apud Varronem legitur. Synceraſtū eſt omne medul-  
lium, antiquo uocabulo Græco. Hanno & Giddeneme, Punica  
ſunt nomina. Fit & Antidamæ mērio, qui idem eſt ἀντιδάμωχος,  
à contrādomādo & principatu, abbreviato nomine. Et *ἀντιμάρω*  
quoq; uocabulo, Græci interpretati fuere tribunos plebis.

Achillem Ariſtarchi.) Ennius ſcripſit Achillem Ariſtarchi, ut  
adducitur à Nonio, prolato ære. Sunt autem ſimiliter ut argu-  
menti, ita huius ſcenæ uerſus iambici ſenarij.

Finitor.)



*Finitor.*) penultima breui, dimensor . & mox, Latine Plautus patruus: fortasse, Plauti patruus.

*Vos iuratores.*) Vel iuratores, uel uiratores, de ueterib. libris.

*Sape ego.*) Versus sunt iambici huius scenæ senarij.

*Gerræ germanæ.*) De cæteris nihil potui comminisci. Nā quod reposuerunt alij, ἄλλω πρὸς τὸ πρῶτον. in ueterib. libris extāt, si quis fortè possit excogitare aliquid, hæc literæ, hæc decolylræ lyre.

*Negotij sibi.*) Versus ab initio aliquot sunt τριμετροὶ καλαυητικοί, confusis permistisq; numeris; aliqui etiam postea lōgiore: usq; ad hunc, Ecquid gratiæ cum huc. à quo deinceps explicatiores sunt τετραμετροὶ καλαυητικοὶ τροχέιστοις.

*Facere.*) Deest aliquid, fortasse modum.

*Obulo arato.*) Alibi, cuius ego nebulae cyatho.

*Quid nunc mihi.*) Versus huius & mox sequentis scenæ sunt iambici senarij.

*Folia farfari.*) Nescio an Seruius Aeneid. 7. hunc locū, an aliū adduxerit. Farfarsus autem fluius Italiæ.

*Ita me di.*) Huius scenæ uersus sunt τετραμετροὶ καλαυητικοὶ τροχέιστοις: itemq; mox sequentis scenæ.

*Hos procos.*) Liquidè hoc extat in nostro libro. Et antiquum nomen procos est, neq; ego scripturam temerè mutare uolui.

*Digitulis prim.*) Et in Bacchidib. & hic relinquo quærendum, sit ne primoribus, an primioribus. Hoc quidem loco numeris, primioribus, conuenit.

*Vos quidem hercle commendo.*) Hoc commendo irrepsit huc, factum de scriptura ueterum librorum inexplicabili: sed & illud, Quiqui tamen, suspectum est.

*Iam istuc ego.*) Versus sunt huius scenæ & duarum mox sequentium, iambici senarij.

*Coo.*) Reliquimus scripturam ueteris libri. Quomodo autè corripatur penultima, quærendum. nisi fortè transponenda uerba sunt, ut fiat, Coo, Thasio. Et mox, Vnguentum ecchematis, ἰνχοῦμασι: id est, Vnguentorum effusionibus. hæc isti emēdatōres nescio è quibus zeugmatis è Persia usq; aduexerūt. Panē frāgito.) Planè in nostris perscribitur, et ioco dictū apparet.

*Id nunc hisce.*) In altero libro ueteri hoc loco lacuna est: in al-

tero extant quædam literis inconfentanea. de quibus tamen coniectando fieri possit, Cor uritur.

Expecto.) Quatuor primi uersus *τιτράμτροι ιαμβικοί* sunt *ἀνωτάτα λαντι*, duo ultimi *καταλυτικὸι*.

Satis spectatum est.) Versus huius scenæ sunt *τιτράμτροι παλαιὰ τινὸι τροχίσφοι*.

Tacitus tibi.) Sed puto integrū esse, Tacitius: id ē, magis tacitū. Perdeā.) Interposita litera d, ut scpe numerorū causa: id ē, Pereā.

Quam unam calcem ciuerit.) Expressa est scriptura nostrorum librorum: sed Nonius unum calcem legit.

Deos deasq; ueneror.) Hi uersus, & mox hanc sequentis scenæ, sunt iambici senarij: itemq; deinceps tertix.

Memorand.) Scriptura ueteris libri expressa est, & hoc & paulo superiori loco: etsi puto uerū esse, memoradū, sicut ad esdum.

Greta est.) Trāslatē dixit per apposit ionem, candidum & faustum esse sermonem illum.

Facies quidem.) In utroq; libro ueteri deest finis huius uersus, hunc igitur adder, quem quisq; uoluerit.

Nos captatum.) Nescio quid addendū sit, Punicū ne quippiam an latinum: in nostris est micdilia, de quo magdalia fecerunt.

Sunt columnæ.) Huius uersus initiū quale esse deberet, de litu ris potius, quàm scriptura ueterum librorū inuenire certò non potuimus: ij qui ediderunt Plautū, hoc etiam loco audacissimè effinxerunt, quicquid libuit. Quod si cōminisci aliquid & nos uellemus, Hetruscæ, facere poteramus: sed maluimus in incerto potius rem relinquere.

Fuit hodie.) Huius scenæ uersus sunt tetrametri, & iambici, & numeris confusi, itemq; excurrentes aliqui longius. aliqui *καταλυτικὸι*, tam hipponactei, quàm Archilochij, unus *ἀμύρο*. Etiam me meæ.) De unius libri lituris fieri potuisset, etiam ne me allatrant canes?

Si ego minā.) Versus sunt ab initio 25, *τιτράμτροι καταλυτικὸι τροχίλοι*. Reliqui senarij iambici, usq; ad finem fabulæ.

De glupta manas.) Hos tres uersus maluimus edere mutilos, quàm incertis coniecturis explere. Si quis tamen fortè amplius cogitare uoluerit, is sciat in nostris libris legi post Sarapis, Sementium: post halagora, samatū. Et mox initio tertij Alijulpi.



## P E R S A.

## DRAMATIS PERSONAE.

TOXILVS,	seruos.
SAGARISTIO,	seruos.
SATVRIO,	parasitus.
SOPHOCLIDISCA,	ancilla,
LEMNIS ELENE.	
PAEGRIVM,	puer.
PERSA,	uirgo.
DORDALVS,	leno.

## A R G V M E N T V M.

Profecto domino suos amores Toxilus  
Emit, atq; curat leno, ut emittat manu,  
Raptamq; ut emeret de praedone uirginem  
Subornatam, suadet, sui parasiti filiam,  
Atq; ita intricatum ludit potans Dordalum.

TOXILVS, SAGARISTIO, serui duo.

**Q**ui amans egēs ingressus est princeps in amoris uias,  
Superauit arumnis is suis arumnas Herculis:

Nam cum leone, & cum excetra, cū ccruo, cū apro Aetolico,  
Cum auib; Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim,  
Quam cum amore. ita fio miser querendo argento mutuo,  
Nec quicquam, nisi Non est, sciunt mi respōdere, quos rogo.

**S. A.** Qui hero suo seruire uult bene seruus seruitutem,  
Næ edepol illum multa in pectore suo collocare oportet,  
Quæ hero placere censeat presenti atq; absenti suo.  
Ego neq; libenter seruiō, neq; satis sum hero ex sententia,  
Sed quasi lippo oculo me herus meus manū abstinere haud quit  
Quin mihi imperet, quin me suis negotijs praefulciat. (tamen,  
Quis illic est, qui cōtra me astat? T O. quis hic est, qui cōtra me  
astat? (est.

Similis est Sagaristionis. **S. A.** Toxilus hic quidem meus amicus

- T O. Is est profectò. S A. cum esse opinor. T O. congregiar, S A. con-  
 trà aggrediar.  
 T O. O' Sagariſtio, di ament te. S A. ô Toxile, dabūt di quæ exoptes,  
 Vt uales? T O. ut queo. S A. quid agitur? T O. uiuitur.  
 S A. Satir' ergo exſententia? T O. ſi eueniūt quæ exopto, ſatis.  
 S A. Nimis ſtultè amicis utere. T O. quid iam? S A. quia iam impera-  
 re oportet,  
 T O. Mihi quidem tu iam eras mortuus, quia te non uifiſtaui.  
 S A. Negotium edepol' fuit. T O. ferreū ſortaffe, S A. pluſculū annum  
 Fui præferratus apud molas tribunus uapularis.  
 T O. Vetus iam iſt' ec militia eſt tua. S A. ſatir' tu uſq; ualuſti? T O.  
 haud probè,  
 S A. Ergo edepol' palles. T O. ſaucius factus ſum in Veneris prælio,  
 Sagitta Cupido cor meum tranſfixit, S A. iam ſerui hic amant,  
 T O. Quid ergo faciã? diſ ne aduorſer, quaſi Titani cū diſ belligerẽ?  
 Quibus ſat eſſe non queam.  
 S A. Vide modò ulmeæ catapulæ tuum ne tranſfigant latus.  
 T O. Biſilicè agito, cleuiheria, S A. quid iam?  
 T O. Quia herus peregrè eſt. S A. ain' tu peregrè eſt?  
 T O. Si tute tibi bene eſſe potes pati, ueni, uiues mecum,  
 Biſilico accipiere uictu. S A. uah iam ſcapulæ prurunt,  
 Quia te iſt' ec audiui loqui. T O. ſed hoc me unum excruciat.  
 S A. Quid nam id eſt? T O. hæc die: ſumma hodiè eſt, mea amica  
 ſit' ne libera,  
 An ſempiternam ſeruitutem ſeruiat? S A. quid nunc uis ergo?  
 T O. Facere amicum tibi me potis eſt ſempiternū. S A. quem admodū?  
 T O. Vt mihi des nummos ſexcentos, quos pro capite illius pendam,  
 Quos continuo tibi reponam in hoc triduo, aut quatriduo.  
 Age ſi benignus, ſubueni.  
 S A. Qua confidentia rogare tu à me argentum tantum audeſ  
 Impudens? quin ſi egomet totus ueneam, uix recipi poteſſit  
 Quod tu me rogas. nam tu aquam è pumice nunc poſtulas,  
 Qui ipſus ſitiat. T O. ſiccine hoc te mihi facere? S A. quid faciã  
 am: T O. rogas ne? Alio



Alicunde exora mutuum. S. A. tu fac idem quod rogas me.

TO. Quæsiui, nusquam repperi. S. A. quæram equidẽ, si quis credat.

TO. Nempe habeo in mûdo. S. A. si id domi esset mihi, iã pollicerer.  
Hoc meũ est, ut faciã sedulò. T. O. quicquid erit, recipe te ad me.

S. A. Quære tamen, ego item sedulò si quid erit, faciã ut scias.

TO. Obsecro te, refsecro, operã da hanc mihi fidelem. S. A. ab odio  
me enicas.

TO. Amoris uitio, non meo, nunc tibi morologus fio. (bulato.

S. A. At pol ego abs te concessero. T. O. iãm ne abis? S. A. bene an.

TO. Sed recipe te quamprimum potes, caue suas mihi in questione:  
Vsq; ero domi, dum excoxero lenoni malum.

## S A T V R I O parasitus.

V Eterem atq; antiquum questum meum alimonia:  
Seruo atq; obtineo, & cum magna cura colo.

Nam nunquam quisquam meorum maiorum fuit,

Quin parasitando pauerint uentres suos;

Pater, auos, proauos, abauos, atauos, tritauos,

Quasi mures semper edere alienum cibum,

Neq; edacitate eos quisquam poterat uincere.

His cognomentum erat duris capitonibus.

Vnde hunc ego questum obtineo, & maiorum locum.

Neq; quadruplari me uolo, neq; enim decet,

Sine meo periculo ire aliena ereptum bona:

Neq; illi qui faciunt, mihi placent, planè loquor.

Nam publicæ rei causã quicumq; id facit

Magis, quàm sui quæsti, animus induci potest,

Eum esse ciuem & fidelem & bonum.

Sed legirupam qui damnet, det in publicum

Dimidium, atq; etiam in ea lege ascribier,

Vbi quadruplator quempiam iniexit manum,

Tantidem ille illi rursus iniiciat manum,

Vt æqua patri prodeant ad tres uiros.

Si id fiat, nã isti saxim nusquam appareant,

Qui hic alborete aliena oppugnant bona.  
 Sed sum ne ego stultus, qui rem curo publicam,  
 Vbi sunt magistratus, quos curare oporteat.  
 Nunc huc introibo, uisam hesternas reliquias,  
 Quicuerint rectè nec ne, num infuerit febris,  
 Opertæ ne fuerint, nequis obreptaerit.  
 Sed aperiuntur ades, remorandus est gradus.

TOXILVS seruus, SATVRIO  
 parasitus.

- O**Mnem rem inueni, ut sua sibi pecunia  
 Hodie illam faciat leno libertam suam.  
 Sed ecum parasitum, cuius mihi auxilio est opus,  
 Simulabo quasi non uideam, ita alliciam uirum.  
 Curate istic uos, atq; appropriate ocyus.  
 Ne mihi moræ sit quicquam, ubi ego intrò aduenero.  
 Commisce mulsam, struthæa, coluthæaq; appara.  
 Bene ut in scutris concaleat, et calamum iniice.  
 Iam pol ille hic aderit, credo, congerro meus.
- S A.** Me dicit euge. **T O.** lautum credo à balneis  
 Iam hic affuturum. **S A.** ut ordine omnem rem tenet.
- T O.** Collyræ facite ut madeant, et colliphia.  
 Ne mi hæc incocta detis. **S A.** rem loquitur meram,  
 Nihil sunt cruda, nisi quas madidas glutias.  
 Tum nisi cremore crasso est ius collyricum,  
 Nihil est, macrum illud, Epicrocum, pellucidum,  
 Quasi iuream esse ius decet collyricum.  
 Nolo in uesticam, quod eat in uentrem uolo.
- T O.** Propè me hic nescio quis loquitur. **S A.** ô mi Iuppiter,  
 Terrestris te coepulonus compellat tuus.
- T O.** O' Saturio opportunè aduenisti mihi.
- S A.** Mendacium edepol dicis, atq; haud te decet.  
 Nam esurio uenio, non aduenio Saturio.
- T O.** At edes: nam iam intus uentris fumant focula.



Calefieri iussi reliquias. S A. pernam quidem  
Ius est apponi frigidam postridiè.

TO. Ita fieri iussi. S A. ecquid alecis? TO. uah rogas.

SA. Sapis multum ad genium. TO. sed ecquid meministi here,  
Qua de re ego tecum mentionem feceram?

SA. Memini, ut murena & conger ne calefierent.

Nam nimio melius oppectuntur frigida.

Sed quid cessamus prælium committere?

Dum mane est, omneis esse mortalis decet.

TO. Nimis penè manest. S A. mane, quod tu occæperis

Negotium agere, id totum procedit diem.

TO. Quæso animum aduerte, hoc enim iam here narraui tibi,

Tecumq; orauit, ut nummos sexcentos mihi

Dares utendos mutuos. S A. memini & scio,

Et te me orare, & mihi non esse quod darem.

Nihili parasitus est, cui argentum domi est.

Lubido extemplo cœpere est conuiuium,

Tuburcinari de suo si quid domi est.

Cynicam esse gentem oportet parasitum probè,

Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium,

Marsupium habeat, inibi paulum præsidij,

Qui familiarem suam uitam oblectet modò.

TO. Iam nolo argentum, filiam utendam tuam

Mihi da. S A. nunquam edepol cuiquam etiam utendam dedi.

TO. Non ad istoc quod tu insimulas. S A. quid eam uis? TO. scies.

Quia forma lepida & liberali est. SA. res ita st.

TO. Hic leno neq; te nouit, neq; gnatam tuam.

SA. Me ut quisquam norit, nisi ille qui præbet cibum?

TO. Ita est, hoc tu mihi reperire argentum potes.

SA. Cupio hercle. TO. tum tu me sine illam uendere.

SA. Tur illam uendas? TO. immò alium allegauero

Qui uendat, qui esse se peregrinum prædicet.

Siquidem hic leno nondum sex menses Megaribus

- Huc est cum commigravit. S A. percunt reliquiæ.  
 Posterius istuc tamen potest. T O. scin quàm potest?  
 Nunquam hercle hodie hic prius edis, ne frustra sis,  
 Quàm te hoc facturum, quod rogo, affirmas mihi.  
 Atq; nisi gnatam tecum huc iam quantum potest  
 Adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria.  
 Quid nunc, quid est? quin dicis quid factururus sis?  
 S A. Quæso hercle me quoq; etiam uendas, si lubet,  
 Dum saturum uendas. T O. hoc si factururus face.  
 S A. Faciam equidem quæ uis. T O. benefacis, propera, abi domum.  
 Præmonstra doctè, præcipe astu filia,  
 Quid fabuletur, ubi se natam prædicet,  
 Qui sibi parentes fuerint, unde serrupta sit.  
 Sed longè ab Athenis esse se gnatam autumet:  
 Et ut affleat, cum ea memoret. S A. etiam tu taces?  
 Ter tanto peior ipsa est, quàm illam tu esse uis.  
 T O. Lepidè hercle dicis, sed scin' quid facias? cape  
 Tunicam atq; zonam, & chlamydem afferto & causiam,  
 Quam ille habeat, qui hæc lenoni huic uendat. S A. heu probè.  
 T O. Quasi sit peregrinus. S A. laudo. T O. & tu tuam gnatã tamen  
 Ornatam adduce, lepidè in peregrinum modum.  
 S A. Sed πόνερον ornamenta? T O. abs chorago sumito,  
 Dare debet, præbenda ædiles locauerunt.  
 S A. iam saxo hic aderunt, sed ego horum nihil scio.  
 T O. Nihil hercle uerò? nam ubi ego argentum accepero,  
 Continuo tu illam à lenone asserito manu.  
 S A. Sibi habeat, si non extemplò ab eo abduxero.  
 T O. Abi, et istuc cura, ego puerum uolo  
 Mittere ad amicam meam, ut habeat animum bonum,  
 Me esse effectum hodie, nimis longum loquor.  
 SOPHOCLIDISCA, LEM-  
 NISELENE.  
 S Atis fuit indoctæ, immemori, insipienti dicere toties.



Nimis tandē me quidem pro barda et pro rustica reor habitam  
Esse abs te, quanquam ego uinum bibo, at mandata non consue-  
ui simul bibere.

Nam me quidem iam satis tibi spectatam censueram esse, &  
meos mores: (iam credo

Nam equidem iam te sector quintum hunc annum, cum interea  
Canis si in ludū iret, potuisset iam fieri ut probē literas sciret,  
Cum interim tu meum ingenium fans non edidicisti, atq; infans.  
Potir' ut taceas? potir' ne moneas? memini & scio & calleo, &  
commemini,

Amas pol' misera, id tuus scatet animus, ego istuc placidum tibi  
Ut sit faciam. L E. miser est qui amat. (uita est?)

S O. Certō is quidem nihili est, qui nihili amat, quid ei homini opus  
Ire decet me, ut herae obsequēs fiā, libera mea opera ociosus sit.  
Cōueniā hunc Toxilū, eius aurcis quæ mandata sunt, onerabo.

TOXILVS seruus. PAEGNIVM puer. SO-  
PHOCLIDISCA ancilla.

S Atir hęc tibi sunt plana & certa? satir' hęc meministi et  
tenes?

P AE. Melius quā qui docuisti. T O. ain' uerō uerbereum caput?

P AE. Aio enim uero. T O. quid ergo dixi? P AE. ego rectē apud illā  
dixero. (scio.

T O. Non edepol' scis. P AE. da hercle pignus, ni omnia memini &

T O. Equidem fscis tute, quot habeas hodie digitos in manu,  
Eo dem pignus tecum. P AE. audacter si lubido est perdere.

T O. Bona pax sit potius. P AE. tum igitur sine me ire. T O. & iubeo  
& sino.

Sed ita uolo te curare, ut domi sis, cum ego te esse illi censeam.

P AE. Faciam. T O. quō ergo is nunc? P AE. domum, uti domi sim cū  
illi censeas.

T O. Scelus tu pueri es, atq; ob istam rem ego aliquid te peculiabo.

P AE. Scio fidei hercle herili, ut soleat impudicitia opprobri.

Nec subigi queantur unquam, ut pro ea fide habeant indicem.

- TO. Abi modò. PAE. ergo laudabis faxo. TO. sed has tabellas Pe-  
 ipsi Lemniseleae fac des, & que iussi nunciato. (gnium,  
 SO. Cesso ire ego quò missa sum?  
 PAE. Eo ego. TO. i sanè, ego domū ibo, face rem hāc cū cura geras.  
 Vola curriculo. PAE. istuc marinus passer per circum solet,  
 Illic abijt hinc intrò huc. sed quis hęc que me aduorsū incedit?  
 SO. Pagnium hic quidem est. PAE. Sophoclidisca hęc peculiaris  
 est eius, (perhibetur,  
 Quò ego sum missus. SO. nullus esse hodie hoc puero peior  
 Compellabo. PAE. commorandum' st mihi apud hanc.  
 SO. Pagnium deliciae pueri, salue. quid agis? ut uales?  
 PAE. Sophoclidisca di me amabunt. SO. quid me? utrum? PAE. her-  
 cle nescio.  
 Sed si ut digna es faciant, odio hercle habeant, et faciant malè.  
 SO. Mitte malè loqui. PAE. cum ut digna es, dico, benè nò malè lo-  
 quor.  
 SO. Quid agis. PAE. foeminam scelestam te astans contrà contuor.  
 SO. Certè equidem puerum peiorem, quàm te noui neminem.  
 PAE. Quid mali facio, aut cui malè dico? SO. cui pol cūq; occasio ē.  
 PAE. Nemo homo unquā ita arbitatus est. SO. at pol multi esse ita  
 PAE. Eia. S. cia. PAE. tuo ex ingenio mores alienos probas. (sciunt.  
 SO. Fateor ego profectò, me esse ut decet lenonis familie.  
 PAE. Satis iam dictū habeo. SO. sed quid tu? confitere, ut te autumo?  
 PAE. Fatear, si ita sim. SO. iam abi, uicisti. PAE. abi nunc iam. SO. er  
 go hoc mihi expedi, (scies.  
 Quò agis? PAE. quò tu. SO. dic tu, prior rogau. PAE. at pòst  
 SO. Eo ego hinc haud longè. PAE. & quidem ego haud longè. SO.  
 quò ergo scelus? (scies.  
 PAE. Nisi sciero prius ex te, tu ex me nunquam hoc quod rogitas,  
 SO. Nunquam ecastor hodie scibus, priusquam ex te audiuero.  
 PAE. Itā ne est? SO. itā ne est? PAE. mala es. SO. scelestus. PAE. de-  
 cet me. SO. me quidem haud decet.  
 PAE. Quid ais, certum ne est celare, quò iter facias psumas?



SO. Offirmastin' occultare, quò te immittas pessumè?

PAE. Par pari respondes dicto. abi iam, quando ita certa res est.

Nihili facio scire, ualeas. SO. asta. PAE. at propero. SO. & pol ego item.

PAE. Ecquid habes? SO. ecquid tu? PAE. nihil equidem. SO. cedo manum ergo. PAE. est ne hæc manus? (lam attuli.

SO. Vbi illa altera est furtifica leua? PAE. domi. eccam huc nul-

SO. Habes nescio quid. PAE. ne me attrecta subagitatric. SO. sin te amo? (ingratum amas.

PAE. Malè operam locas. SO. qui? PAE. quia enim nihil amas, cum

SO. Tempori hanc uigilare oportet formulam, atq; etatulam:

Ne ubi capillus uersipellis fiat, scedè semper seruias,

Tu quidem haud etiã es octoginta pondo. PAE. at confidentia illa militia militatur multo magis, quàm pon dere.

Atq; ego hanc nunc operam perdo. SO. quid iam? PAE. quia pe rite prædico. (Scio

Sed ego cesso. SO. mane. PAE. molesta es. SO. ero quoq; nisi

Quò agas te. PAE. ad uos. SO. & pol ego ad uos. PAE. quid eò? SO. quid id ad te attinet?

PAE. Enim non ibis nunc uicissim, nisi scio. SO. odiosus es. PAE. lu- bet. (ego siem.

Nunquam hercle istuc exterebrabis tu, ut sis peior quam

SO. Malitia certare tecum, miseria est. PAE. merx tu mala es.

SO. Quid est quod metuas? PAE. idem istuc quod tu. SO. dic ergo, quid est? (prius.

PAE. Ne hoc cuiquam homini edicerem, omnes muti ut loquerentur

Edictum est magnopere mihi, ne cuiquam homini crederem,

Omnes muti, ut loquerentur prius hoc, q̃ ego. S. at tu hoc face,

Fide data credamus. PAE. noui, omnes sunt lenæ leuisidæ:

Neq; tipulæ leuius pondus est, quàm fides lenonia. (tras.

SO. Dic amabò. PAE. dic amabò. SO. nolo ames. P. facile impe-

SO. Tecū habeto. P. & tu hoc taceto. SO. tacitū erit. P. celabitur.

SO. Toxilo has fero tabellas tuo hero. P. abi, eccillum domi.

At ego hanc ad Lemniscelenen tuam heram obfignatam abietē.  
 SO. Quid istuc scriptum? PAE. iuxta tecum. si tu nescis, nescio.  
 Nisi fortasse blanda uerba. SO. abeo. PAE. at ego abiero.  
 SO. ambula.

## SAGARISTIO seruus.

**I**oui opulento, inclyto, Ope gnato, supremo, ualido, uiripotententi,

Opes, spes, bonas copias commodanti lubens, uitulorq; merito,  
 Quia meo amico amicititer hanc commoditatis copiam

Dauunt argenti mutui, uti egenti opem afferam:

Quod ego non magis somniabā, neq; opinabar, neq; censebam.  
 Nā herus meus me Eretriā misit, domitos boues uti mercarer.

Eam fore mihi occasionem, ea nunc quasi decidit de caelo,  
 Dedit argentum: nam ubi mercatum dixit esse die septimi,

Stultus qui hoc mihi daret argentum, cuius ingenium nouerat.  
 Nam hoc argentū alibi abutar, boues quos emerem, non erant.

Nunc et amico meo prosperabo, et Genio meo multa bona faciam.  
 (non curo.)

Diu quod bene erit, die uno absoluan: tax tax tergo meo crit,  
 Nunc amico homini bobus domitis, mea ex crumena largiar.

Nam id demum lepidum est, triparcos homines, uetulos auidos,  
 aridos

Bene admordere, qui salinum seruo obfignant cum sale.

Virtus est, ubi occasio admonet dispicere. quid faciet mihi?

Verberibus cædi iusserit, compedes imponi, uapulem,

Ne sibi me credat supplicem fore. uæ illi, mihi iam nihil noui.

Offerri potest, quin sim peritus: sed Toxili puerum Pægnium  
 eccum.

PAE GNIVM puer. SAGARISTIO seruus.

**P**ensum meum quod datum est confeci, nunc propero domum. SA. mane, etsi

Properas, Pægnium auscultia. PAE. emere oportet, quem tibi  
 obedire uelis.



- SA. Asta.PAE.exhibeas molestiam,ut opinor,si quid debeam,  
Qui nunc sic tam es molestus.SA.sceleratè etiam respicis?
- PAE. Scio ego quid at atis sim, eo istuc maledictum impune auferes?
- SA. Vbi Toxilus est tuus herus? PAE ubi illi libet, neq; te consulit.
- SA. Etiam ne dicis ubi sit uenefice? P. nescio inquam ulmitriba tu.
- SA. Maledicis maiori.PAE.prior promeritus,perpetiarc:  
Seruã operam, linguam liberam herus meus me iussit habere.
- SA. Dicis ne mihi ubi sit Toxilus? PAE.dico, ut perpetuò percas.  
Cedere hodie tu restibus.PAE.tua quidem cucule causa.  
Non hercle si os præciderim tibi met uam morticine.
- SA. Vidco ego te iam.PAE.ita sum,quid id attinet ad te?  
At non sum ita ut tu.SA.confidens.PAE.sum hercle uerò.  
Nam ego me confido liberum fore,tu te nunquam speras.
- SA. Potin ut molestus ne fies.PAE.quod dicis, facere nõ quis.
- SA. Abi in malam rem.PAE.at tu domum,nam tibi tibi parata præ  
sto st.
- SA. Vadatur hic me.PAE.utinam uades desint,in carcere ut sis.
- SA. Quid hoc? PAE. quid est? SA. etiã scelus malè loquere: PAE. tã  
dem ut liceat,  
Cum seruus sis, seruum tibi maledicere.SA.itã ne? specta  
Quid dederò.PAE.nihil,iã nihil habes. SA. di de æq; te om-  
nes perdant,  
Nisi te hodie, si præbendero, defigam in terram colaphis.
- PAE. Amicus sum, eueniant uolo tibi quæ optas, atq; id fiat:  
Tu me defigas, te cruci ipsum propediem affigent alij.
- SA. Quin te di de æq; scis quid hinc porro dicturus fuerim,  
Ni lingue moderari queam.potin' abeas? PAE.abigis facile.  
Nam umbra mea intus uapulat.SA.ut istunc di de æq; perdant.  
Tanquam proserpens bestia est, bilinguis & scelestus.  
Heracle illum abijisse gaudeo, fores aperite: eccere autem,  
Quem conuenire maximè cupiebam, egreditur foras.

**P**Aratum iam esse dicito, unde argentum sit futurum:  
 lubeto habere animū bonum, dic me illā amare multū,  
 Vbi se alluat, ibi me alluat. quæ dixi ut nunciare,  
 Satin' ea tenes? S O. magis calleo quā aprugnū callum callet.

**TO.** Propera, abi domum. S A. nūc ego huic graphicè facetus fiam.  
 Subnixis alis me inferam atq; amicibor gloriose.

**TO.** Sed quis hic ansatus ambulat? S A. magnificè consecrabor.

**TO.** Sagaristio hic quidem est. quid agitur Sagaristio? ut ualeatur?  
**TO.** Eequid quod mandavi tibi? est ne quid in te specule? S. adito.  
 Videbitur, factum uolo, uenito, promoueto.

**TO.** Quid hoc hic in collo tibi tuncet? S. uomica? st. pressare parce.  
 Nam ubi quis mala tetigit manu, dolores cooriuntur.

**TO.** Quando istæc innata? st nam tibi? S A. hodie. **TO.** secari iubeas.

**SA.** Metuo ne immaturam secem, ne exhibeat plus negotij.

**TO.** Inspicere morbum tuum lubet. S A. abi atq; cauesis  
 A cornu. **TO.** quid iā? S. quia boues bini hic sunt in crumena.

**TO.** Emitte sodes. ne enices fame, sine ire pastum.

**SA.** Enim metuo, ut possim in bubilem reijcere ne uagentur.

**TO.** Ego reijciam. S. habe animum bonum, creditur, commodabo.  
 Sequere hæc sis, argentum hic est, quod me dudum rogasti.

**TO.** Quid tu ais? S. dominus me boues mercatum Eretriam misit:  
 Nunc mihi Eretria erit hæc tua domus. **TO.** nimis tu facietelo  
 Atq; ego omne argētum tibi actutū incolume redigā: (quere.  
 Nam iam omnes sycophantias instruxi & comparauui,  
 Quo pacto ab lenone auferam hoc argentum. S. tātō melior.

**TO.** Et mulier ut sit libera, atq; ipse ultrò det argentum. (re ut uis.  
 Sed sequere me, ad eam rem usus est tua mihi opera. S A. ute-

PARASITVS. VIRGO.

**Q**uæ res bene uortant mihi & tibi & uentri meo,  
 Perennitatisq; adeò huic perpetuo cibo,  
 Ut mihi supersit, suppetat, superstitet,



- Sequere hac mea gnata me, cum dijs uolentibus.  
 Cui rei opera detur scis, tenes, intelligis,  
 Communicauit tecum consilia omnia.  
 Ea caussa ad hoc exemplum te exornauit ego,  
 Venibis tu hodie uirgo? VI. amabo mi pater,  
 Quamquam libenter es scis alienis studes,  
 Tuim uentris caussa filiam uendis tuam?
- PA. Mirum, quin regis Philippi caussa, aut Attali  
 Te potius uendam, quam mea, qua sis mea.
- VI. Vtrum tu pro ancilla me habes, an pro filia?
- PA. Vtrum hercle magis in uentris rem uidebitur:  
 Meum opinor imperium in te, non in me tibi st.
- VI. Tua istaec potestas est pater. ueruntamen  
 Quamquam res nostrae sunt pater paupercule,  
 Modice & modeste melius est uitam uiuere:  
 Nam si ad paupertatem admigrant infamiae,  
 Grauior paupertas fit, fides sublestior.
- PA. Enim uero odiosa es. VI. non sum, neq; me esse arbitror.  
 Cum parua natura recte praecipio pater.  
 Nam inimici famam non ita ut nata est, ferunt.
- PA. Ferant, eantq; in maximam malam crucem:  
 Non ego inimicitias omnis plaris aestimo,  
 Quam mensa inanis nunc si apponatur mihi.
- VI. Pater, hominum immortalis est infamia,  
 Etiam tum uiuit, cum esse credas mortuam.
- PA. Quid? metuis ne te uendam? VI. non metuo pater,  
 Verum insimulari nolo. PA. at ne quicquam ne uis,  
 Meo modo istud potius fiet, quam tuo.
- VIR. Fiet. PA. quae haec res sunt? VIR. cogita hoc uerbum pater,  
 Herus si minatus est malum seruo suo,  
 Tametsi id futurum non est, ubi captum est flagrum.  
 Dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria?  
 Ego tunc quod non futurum est formido tamen.

- PA. Virgo atq; mulier nulla erit quin sit mala,  
*Quæ præter sapiet quam placet parentibus.*
- VIR. Virgo atq; mulier nulla erit, quin sit mala,  
*Quæ reticet si quid fieri peruorse uidet.*
- PA. Malo cauere melius est te. VIR. at si non licet  
*Cauere, quid agam? nam ego tibi cautum uolo.*
- PA. Malus ne ego sum? VIR. non es, neq; me dignum sit dicere:  
*Verum ei rei operam do, ne alij dicant quibus licet.*
- PA. Dicat quod quisq; uult, ego de hac sententia  
*Non demouebor. VIR. at, meo si liceat modo  
 Sapienter potius facias, quam stulte. PA. libet.*
- VIR. Lubere per me tibi, licere intelligo,  
*Verum libere haud liceat, si lubeat mihi.*
- PA. Futura es dicto obœdiens, an non patr:?  
 VIR. Futura. PA. Scis nam tibi quæ precipio? VIR. omnia.
- PA. Et id, ut surrupta fueris? VIR. doctè & alio.
- PA. Et qui parentes fuerim? VIR. habeo in memoria.  
*Necessitate me, mala ut siam, facis.  
 Verum uideto, ubi me uoles nuptum dare,  
 Ne hæc fama faciat repudiosas nuptias.*
- PA. Tace stulta, non tu nunc hominum mores uides,  
*Quoiusmodi hic, cum fama facile nubitur?  
 Dum dos sit, nullum uicium uitio uortitur.*
- VIR. Ergo istuc facito, ut ueniat in mentem tibi,  
*Me esse indotatam. PA. cauesis tu istuc dixeris.  
 Pol deum uirtute dicam, & maiorum meum,  
 Ne te indotatam dicas, cui dos sit domi.  
 Librorum eccillum habeo plenum Soracum.  
 Si hoc accurassis lepidè cui rei operam damus,  
 Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi,  
 Atq; Attici omnes, nullum Siculum acceperis,  
 Cum hac dote poteris uel mendico nubere.*
- VIR. Quin tu me ducis, si quo ducturus pater.



Vel tu me uende, uel face quod tibi lubet.

PA. Bonum æquumq; oras, sequere hæc. VIR. dicto sum audiens.  
DORDALVS leno.

Q Vid' nam esse acturum hunc dicam uicinum meum,  
Qui mihi iuratus est, sese hodie argentum dare?  
Quod si non dederit, atq; hæc dies præterierit,

Ego argentum, ille iusurandum amiserit.

Sed ibi concrepuit foris, quis' nam egreditur foras?

TOXILLVS seruus. DORDA-  
LVS leno.

DO. CVrate istuc intus, iam ego domum me recipiam.

Toxile quid agitur? TO. eho lutum lenonium,

Commixtum cœno, sterquilinum publicum,

Inpure, inhoneste, iniure, illex, labes populi,

Pecuniæ accipiter, auide atq; inuide,

Procax, rapax, trahax, trece. tis uersibus

Tuas impurities traloqui nemo potest.

Accipin' argentum? accipe sis argentum impudens,

Tene sis argentum, etiam tu argentum tenes?

Possum te facere, ut argentum accipias lutum?

Qui nisi iurato mihi nihil ausus credere.

DO. Sine respirare me, tibi ut respondeam.

Vir summe populi, stabulum seruitricium,

Scortorum liberator, subiculum flagri,

Compedium tritor, pistrinorum ciuitas,

Perennis serue, lurco, edax, furax, fugax,

Cedo sis mihi argentum, da mihi argentum impudens.

Possum à te exigere argentum, argentum inquam cedo.

Quin tu mihi argentum reddis, nihil' ne te pudet?

Leno te argentum poscit, solida seruitus,

Pro liberanda amica, ut omnes audiunt.

TO. Tace obsecro hercle, nã tua uox ualidè ualet.

X 3

DO.

- DO. Referunda ego habeo linguam natam gratie.  
Eodem mihi preciosal perhibetur, quo tibi.  
Nisi me hæc defendet, nunquam delinget salem.
- TO. Iam omitto iratus esse: id tibi succensusi,  
Quia te negabas credere argentum mihi.
- DO. Mirum, quin tibi ego crederem, ut ipse idem mihi  
Faceres, quod partim faciunt argentarij.  
Vbi quid credideris, citius extemplo à foro  
Fugiunt, quàm ex porta ludis cum emissis sit lepus.
- TO. Cape hoc sis. DO. quin das? TO. nummi sexcenti hic erunt  
Probi, numerati: fac sit mulier libera,  
Atq; huc continuo adduce. DO. iam faxo hic erit,  
Non hercle cui nunc hoc dem spectandum scio.
- TO. Fortasse metuis in manum concredere.
- DO. Mirum, quin citius iam à foro argentarij  
Abcunt, quàm in cursu rotula circumuortitur.
- TO. Abi istac auorsis angiportis ad forum,  
Eadem istæc facito mulier ad me transeat  
Per hortum. DO. iam hic faxo aderit. TO. at ne propalam.
- DO. Sapienter sanè. TO. supplicatum cras eat.
- DO. Ita hercle uerò. TO. dum stas, reditum oportuit.

## TOXILVS.

**S**I quam rem accures sobriè aut frugaliter,  
Solet illa rectè sub manus succedere.  
Atq; edepol firmè, ut quisq; rem accurat suam,  
Sic ei procedit, post principia deniq;  
Si malus aut nequam sit, malè res uertunt, quas agit:  
Sin autem frugi sit, eueniunt frugaliter.  
Hanc ego rem exorsus sum faceté & callidè,  
Igitur prouenturam bene confido mihi.  
Nunc ego lenonem ita intricatum dabo,  
Vt ipse sese, quàm se expediat, nesciat.  
Sagaristio heus exi, atq; educe uirginem,



Et istas tabellas, quas consignavi tibi,  
 Quas tu attulisti mihi ab hero meo usq; è Persia.

SAGARISTIO, TOXILVS serui.

**N**Unquid moror? TO. euge euge exornatus basilicè,  
 Tiara ornatum lepidè condecorat tuum.

Tum hanc hospitam autem crepidula ut graphicè decet:  
 Sed satin estis meditati? SA. tragici atq; comici

Nunquam æquè sunt meditati. TO. lepidè hercle adiuuus.

SA. Age illuc aspice deprocul in conspectum. TO. tace.

Vbi cum lenone me uidebis colloqui,

Id erit ad eundi tempus, nunc agite ite uos.

DORDALVS leno. TOXILVS

seruus.

**C**Vi homini Di propitij sunt, aliquid obijciunt lucri.

Nam ego hodie compendi feci binos panes indies,  
 Ita ancilla mea quæ hodie fuit, sua nunc est, argento uicit,

Iam hodie alienum cœnabit, nihil gustabit de meo.

Sum ne probus? sum lepidus ciuis, qui Atticâ hodie ciuitatem

Maximam maiorem feci, atq; auxi ciui scemina.

Sed ut ego hodie fui benignus, ut ego multis credidi?

Nec satis à quiquam homine accepi, ita prorsum credebam om-  
 nibus,

Nec metui quib. credidi hodie, nequis mihi in iure abiurasset.

Bonus uolo iam ex hoc die esse, quod neq; fiet, neq; fuit.

TO. Hunc ego hominem hodie in transennam doctis ducam dolis;

Itaq; huic insidiæ paratæ sunt probè, aggrediar uirum.

Quid agis, cedo? unde agis te nunc Dordale? DO. credo tibi.

TO. Di dent quæ uelis, cho an iam manu emisisti mulierem?

DO. Credo pol, credo inquam tibi. TO. iam liberta auctus es. D. e-  
 nicas.

Quin tibi me dico credere. TO. dic bona fide, iam libera este

DO. Hi, ad forum, ad prætorem, exquire, si quidem credere mihi nõ  
 uis,

Libera inquam est, ecquid audis? TO. at tibi Di benefaciant omnes,

Nunquam enim posthac tibi, nec tuorum quod nolis uolam.

DO. Abi, ne iura, satis credo. TO. ubi nunc tua liberta est? DO. apud te. TO. ain,

Apud me est? DO. aio inquam, apud te est inquam. TO. ita me di ament, ut ob istam rem,

Tibi multa bona instant à me: nam est res quaedam quam occultabam

Tibi dicere: nunc eam narrabo, unde prægrande lucrum facias,

Faciam ut mei memineris dum uita uiuas. DO. benedictis

Tuis benefacta aures meæ auxilium expostulant.

TO. Tuum pro meritum est, merito ut faciam. & ut me scias esse facturum,

Tabellas tene has, pellege. DO. hæc quid ad me? TO. immò ad te attinent,

Et tua refert, nam è Persia ad me allatæ modò sunt istæ à meo domino.

DO. Quando? TO. haud dudum. DO. quid istæc narrant? TO. percunctare ex ipsis,

Ipsæ tibi narrabunt. DO. cedo sanè mihi. TO. at clarè recitatio.

DO. Tace dum pellege. TO. haud uerbam faciam.

DO. Salutem dicit Toxilo Timarchides,

Et familie omni: Si ualetis, gaudeo.

Ego ualeo rectè, & rem gero, & facio lucrum.

Neq; isto redire his octo possum mensibus.

Itaq; hic est quod me detinet negotium.

Eleusipolim Persæ capere urbem in Arabia,

Plenam bonarum rerum, atq; antiquum oppidum,

Ea comparatur præda, ut fiat auctio

Publicitus, ea res me domo expertem facit.

Operam atq; hospitium ego isti præberi uolo,



Qui tibi tabellas affert, cura quæ is uolet,  
Nan his mihi honores suæ domi habuit maximos.

DO. Quid id ad me, aut ad meam rem refert, Persæ quid rerum gerant,  
Aut quid herus tuus? TO. tace stultiloque, nescis quid instet boni,

Nequicquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere uolt.

DO. Quæ istæc fortuna lucrifica est? TO. istas, quæ norunt, roga.  
Ego tantumdem scio, quantum tu, nisi quod pellegi prior.  
Sed ut occœpisti, ex tabellis nosce rem. DO. bene me mones,  
Fac silentium. TO. nunc ad illud uenies, quod refert tua.

DO. Iste qui tabellas affert, adduxit simul  
Forma expetenda liberalem mulierem,  
Furtiuam, aduectam ex Arabia penitissima,  
Eam te uolo accurare, ut istic ueneat,  
Ac suo periculo is emat, qui eam mercabitur:  
Mancipio neq; promittet, neq; quisquam dabit.  
Probum numeratum argentum ut accipiat, face.  
Hec cura, & hospes cura ut curetur, uale.

TO. Quid igitur, postquam recitasti quod erat cœræ creditum,  
Iam mihi credis. DO. ubi nunc ille st hospes, qui hasce attulit?

TO. Iam hic credo a derit, accersit illam à nauî. DO. nihil mihi opus est

Litibus, neq; tricis: quamobrem ego argentum numerè foras,  
Nisi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio?

TO. Taceri an non taces? nunquam ego te tam esse matulâ credidi.  
Quid metuis? DO. metuo hercle uerò, scnsi ego iam compluribus,

Neq; mihi haud imperito eueniet, tali ut in ludo hæream.

TO. Nihil periculi uidetur. DO. scio istuc, sed metuo mihi.

TO. Mæa quidem istuc nihil refert, tua ego refero gratia,  
Ut tibi rectè conciliandi primò facerem copiam.

- DO. Gratiam habeo, sed te de alijs, quàm alios de te suauius fieri doctos. TO. nequis uerò ex Barbaria penitissuma Persequatur, etiam tu illam destinas? DO. uide am modò Mercimoniū. TO. aqua dicis, sed optimè ecum ipse aduenit, Hospes ille, qui has tabellas attulit. DO. hiccine est? T. hic est.
- DO. Hecine illa est furtiua uirgo? TO. iuxta tecum æquè scio, Nisi quia aspexi equidem edepol liberali est, quisquis est.
- DO. Sat edepol concinna est facie. TO. ut contemtim carnis fex Taciti contemtemur formam. DO. laudo consilium tuum.

SAGARISTIO. VIRGO. TOXI-  
LVS. DORDALVS leno.

- VIR. **S**Atim Athenæ tibi uise fortunata atq; opiparæ? Urbis speciem uidi, hominum mores perspexi parum.
- TO. Nunquid in principio cessauit uerbum doctè dicere?
- DO. Haud potui etiam in primo uerbo perspicere sapientiam.
- SA. Quid id quod uidiisti, ut munitū muro tibi uisum est oppidum?
- VIR. Si incolæ bene sunt morati, pulcrè munitum arbitror, Perfidia & peculatus ex urbe & auaritia si exulant: Quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obrestatio, Septimum periurium. TO. euge. VIR. octaua indiligentia. Nona iniuria, decimum quod pessimum aggressu scelus: Hec nisi unde aberunt, centuplex murus rebus seruandis parum est.
- TO. Quid ais tu? DO. quid uis? TO. tu in illis es decem sodalibus, Te in exilium ire hinc oportet. DO. quid iam? TO. quia periurus es.
- DO. Verba quidem haud indoctè fecit. TO. ex tuo inquã usu est, e-me hanc.
- DO. Edepol qui cum hanc magis contemplo, magis placet. TO. si hanc emeris,  
Di immortales, nullus leno te alter erit opulentior.  
Euortes tuo arbitrato homines fundis, familijs.  
Cum optimis uiris rem habebis, gratiam cupient tuam,  
Venient



- Venient ad te commensatum. DO. at ego intromitti \*
- TO. At enim illi noctu occentabunt hostium, exurent fores:  
Proinde tu tibi iubeas concludi aedes foribus ferreis,  
Ferreas aedes commutes, limina indas ferrea.  
Ferream seram atq; anulum, ne si ferro parseris,  
Ferreas tute tibi impingi iubeas crassas compedis.
- DO. I in malū cruciatum. TO. i sanè, hanc eme atq; ausculta mihi.
- DO. Modò ut sciam quanti indicet. TO. uir huc uocem? DO. egò  
illò acceßero.
- TO. Quid ais hospes? SA. uenio, adduco hanc, uti dudum dixeram.  
Nam heri in portum noctu nauis uenit, uenire hanc uolo  
Si potest: si non potest, ire hinc uolo, quantum potest.
- DO. Saluus sis adolescens. SA. siquidem hanc uendidero precio suo.
- TO. Atqui aut hoc emtore uendes pulcrè, aut alio non potes.
- SA. Es ne tu huic amicus? TO. tanquam Di omnes qui cælū colūt.
- DO. Tum tu mihi es inimicus certus, nam generi lenonio  
Nunquam ullus Deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius.
- SA. Hoc age, opus ne sit hac tibi empta? DO. si tibi uenisse sit o-  
pus,  
Mihi quoq; empta est: si tibi subiti nihil est, tantundem sit mihi.
- SA. Indica, fac precium. DO. tua merx est, tua indicatio est.
- TO. Aequum hic orat. SA. uir bene emere? DO. uir tu pulcrè uen-  
dere?
- TO. Ego scio hercle utrunq; uelle. DO. age indica prognariter.
- SA. Prius dico hanc mancupio nemo tibi dabit, iam scis? DO. scio,  
indica minimo daturus qui sis, qui duci queat?
- TO. Tace tace, nimis tu quidem hercle homo stultus es pueriliter.
- DO. Quid ita? TO. quia enim te ex puella prius percontari uolo,  
Que ad rē referunt. D. & quidè hercle tu me monuisti haud  
Videsis ego ille doctus leno penè in foueam decidi, (malè,  
Nisi hic adesses: quantum est adhibere hominem amicum ubi  
quid gerat.

- TO. Quo genere, aut qua in patria sit nata, aut quibus parentibus,  
Ne temerè hanc te emisse dicas suasu atq; impulsu meo.  
Nisi molestū est, percontari hanc paucis hic uolt. SA. maxime,  
Suo arbitrato. TO. quid stas? abi tute, atq; ipse itidem roga,  
Vt tibi percontari liceat que uelis, etsi mihi  
Dixit dare potestatem eius: sed ego te malo tamen  
Eum ipsum adire, ut ne contēnat te ille. DO. satis rectè mones.  
Hospes, uolo ego hanc percontari. SA. à terra ad cœlum, quid  
lubet.
- TO. Iubedum ea huc accedat ad me. SA. i sane, ac morem illi gere,  
Percontare, exquire quid uis. TO. age agè nūc tu i præpara,  
Vide ut ingrediare auspicatò. DO. liquidū est auspicium. TO.  
tace.  
Concede sis, iam ego illam adducam. DO. age, ut rem esse in no  
stram putas.
- TO. Sequere me, adduco hanc: si quid uis ex hac percontarier.
- DO. Eum uolo te adesse. TO. haud possum, quin huic operam dem  
hospiti,  
Cui heus iussit. quid si hic non uult me adesse unà? SA. immò i  
modò.
- TO. Do ego tibi operam. DO. tibi ibidem das, ubi tu tuum amicum  
adiuuas.  
Exquire. TO. heus tu aduigila. VIR. satis est dictum, quanquam  
ego serua sum,  
Scio ego officium meū, ut que rogitet uera, ut accepi eloquar.
- TO. Virgo. hic homo probus est. VIR. credo. TO. nō diu apud hūc  
seruiēs.
- VIR. Ita pol spero, si parentes facient officium suum.
- DO. Nolo ego te mirari, si nos ex te percontabimur,  
Aut patriā tuā, aut parētes. VIR. cur ego id mirer, mi homo?  
Seruitus mea mihi interdixit, ne quid mirer malum  
Mcum. TO. Dij istam per dant, ita cata est & callida.

Habet



- Habet cor. quàm dicit quod opus est. DO. quid nomen tibi est?
- TO. Nunc metuo ne peccet. VIR. Lucridi nomen in patria fuit.
- TO. Nomen atq; omen quantiuis est precij. quin tu hanc emis.  
Nimis pauebam ne peccaret. expediuit. DO. si te emam,  
Mibi quoq; lucridem confido fore te. TO. tu si hanc emeris,  
Nunquam hercle hunc menssem uertentē credo scribui tibi.
- DO. Ita uelim quidem hercle. TO. optata ut conueniant, operam  
addito.
- Nihil adhuc peccauit etiã. DO. ubi tu nata es? VIR. ut mihi  
Mater dixit, in culina in angulo ad lauan manam.
- TO. Hec erit tibi fausta meretrix, nata est in calido loco,  
Vbi rerum omnium bonarum copia est sepiusimè.  
Tactus est leno, qui rogarat ubi nata esset diceret.  
Lepidè lufit. DO. at ego patriam te rogo quæ sit tua.
- VIR. Quæ mihi sit, nisi hæc ubi nunc sum? DO. at ego illam quero  
quæ fuit.
- VIR. Omne ego pro nihilo esse ducto, quod fuit, quando fuit.  
Tanquam hominem quando animam efflauit, quid eum quæ  
ras qui fuit?
- TO. Ita me Di bene ament, sapienter, atq; equidem miseret tamē.
- DO. Sed tamen uirgo, quæ patria est tua, age nūc actutū expedi.  
quid taces? (est mea.)
- VIR. Dico equidem patriam, quandoquidem hic seruo, hæc patria
- TO. Iam de istoc rogare omitte, non uides nolle eloqui,  
Ne suarum se miseriarum in memoriã inducas. DO. quid est?  
Captus ne est pater? VIR. non captus, sed quod habuit, id per-  
didit.
- TO. Hec erit bono genere nata, nihil scit nisi uerum loqui.
- DO. Quis fuit? dic nomen. VIR. quid illum miserum memorem qui  
fuit?
- Nunc & illum miserum & me miseram equū est nominarier.
- DO. Quomodo is in populo habitus est? VIR. nemo quisquam ac-  
ceptior.

Serui liberiq; amabant. TO. hominem miserum prædicat;  
Cum ipsus propè perditus est, & beneuolentis perdidit.

DO. Etiã opinor. T. etiã opinor? D. summo genere esse arbitror.

TO. Diuitias tu ex istac facies. DO. ita Di faxint. T. eme modò.

VIR. Iam hoc tibi dico, iam actutũ ecastor meus pater ubi me sciet  
Venisse huc, aderit hic, & me absentẽ redimet. quid nũc? DO.  
quid est? (men.

TO. Audin' quid ait? VIR. nam etsi res sunt fracta, amici sunt ta-

DO. Nefis plora, libera eris actutum, si crebrò cades.

Vin mea esse? VIR. dum quidem, ne nimis diu tua sim, uolo.

TO. Satin' ut meminit libertatis, dabit hæc tibi grandis bolos.

Age si quid agis, ego ad hunc redeo. sequere, reduco hanc tibi.

DO. Adolescens uir uedere istanc? SA. magis lubet quàm perdere.

DO. Tum tu pauca in uerba confer, quid datur, tanti indica.

SA. Faciam ita ut te uelle uideam, ut emas, habe trecentis minis.

DO. Ninium' st. SA. octoginta. DO. ninium' st. SA. nummus abesse  
hinc non potest, (que indica.

Quod nunc dicam. DO. quid id est, ergo eloquere actutum, at

SA. Tuo periculo sexaginta hæc datur argenti minis.

DO. Toxile quid ago? TO. Di De eq; te agitant irati, scelus,  
Qui hanc non properes destinare. DO. habebo. TO. heu præ-  
datus probè.

Abi, argentum effer huc.

Non edepol minis trecentis cara st, fecisti lucri.

SA. Heus tu etiam pro uestimentis huc decem accedant minæ.

DO. Abscedent enim, non accedent. TO. tacesis, non tu illum uides

Querere ansam, in seclũ ut faciãt. abis ne atq; argentum petis?

DO. Heus tu, serua istum. TO. quin tu is intrò. DO. abeo, atq; argen-  
tum afferro.

TOXILVS, SAGARISTIO serui.

VIRGO.

**E** Depol dedisti uirgo operam allaudabilem,

Probam & sapientem & sobriam. VIR. si quid bonis

Boni



Boni fit, esse idem & graue & gratum solet.

TO. Audin' tu Persa, ubi argentum ab hoc acceperis,  
Simulato quasi eas profum in nauem. SA. ne doce.

TO. Per angiportum rursus te ad me recipito,  
Illac per hortum. SA. quod futurum est, predicas.

TO. At ne cum argento protinam permutes domum,  
Moneo te. SA. quod te dignum sit, me dignum esse uis.

TO. Tace, parce uoci, praeda progreditur foras.  
DORDALVS leno. SAGARISTIO, TO-  
XILVS serui. VIRGO.

**P**ROBati hic argenti sunt sexaginta minæ,  
Duobus nummis minus est. SA. quid ei nummi sciunt.

DO. Crumenam hanc emere, aut facere ut remigret domum.

SA. Ne non sat esses leno, id metuebas miser,  
Impure, auare, ne crumenam amitteres.

TO. Sine quaeso quando leno' sit, nihil mirum facit.

DO. Lucro faciundo ego auspicaui in hunc diem:  
Nihil mihi tam parui sit, quin id me pigeat perdere.

Age, accipe hoc sis. SA. hunc in collum, nisi piget,

Impone. DO. uerò fiat. SA. nunquid ceterum

Me uoltis? TO. quid tam properas? SA. ita negotium' sit,

Mandatae quæ sunt, uolo deferre epistolas.

Geminum autem fratrem seruire audiui hic meum,

Eum ego ut requiram atq; ut redimam, uolo.

TO. Atque edepol tu me commonuisti haud malè.

Videor uidiſſe hic forma perſimilem tui,

Eadem ſtatura. SA. quippe qui frater fiet.

TO. Quid attinet nomen ſcire? SA. auſculta ergo ut ſcias:

Vaniloquidorus, Virginiſuendonides,

Nugipolyloquides, argentiextenebronides,

Tedigniloquides, nummorum expalponides,

Quod ſemel arripides, nunquam poſtea eripides.

- DO. Heu hercle nomen multas modis scriptum st tuum.  
 SA. Ita sunt Persarum mores, longa nomina  
 Contortuplicata habemus. nunquid ceterum  
 Voltis? DO. uale. SA. Et uos. nam animus in nauis meus.  
 DO. Cras ires potius, hodie hic cenares. Vale.

## TOXILVS. DORDALVS. SATVRIO

parasitus. VIRGO.

- POSTquam illic abiit, dicere hic quiduis licet  
 Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis:  
 Nam non emisti hanc, uerum fecisti lucri.  
 DO. Ille quidem iam scit quid negotij gesserit,  
 Qui mihi furtiuam meo periculo uendidit,  
 Argentum accepit, abiit. quid ego nunc scio,  
 An iam asseratur hæc manu? quò illum sequar?  
 In Persas? nugas. TO. credidi gratum fore  
 Beneficium meum apud te. DO. immò equidem gratiam  
 Tibi Toxile habeo, nam sensi te sedulo  
 Mibi dare bonam operam. TO. tibi? ego? immò.  
 DO. Atat oblitus sum intus dudum edicere  
 Quæ uolui edicta, asserua hanc. TO. salua st hæc quidem.  
 VIR. Pater nunc cessat. TO. quid si admoneam. VIR. tempus est.  
 Heus Saturio exi, nunc est illa occasio  
 Inimicum ulciscier. SA. ecce me, nunquid moror?  
 TO. Age illuc abscede procul è conspectu. SA. tace.  
 TO. Vbi cum lenone me uidebis colloqui,  
 Tum turbam facito. SA. dictum sapienti sat est.

DORDALVS leno. TOXILVS  
seruus.

- TRANscidi loris omnis adueniens domi,  
 Ita mihi supellex squalet, atq; ædes meæ.  
 TO. Redis tu tandem. DO. redeo. TO. næ ego hodie tibi  
 Bonam uitam feci. DO. fateor, habeoque gratiam.  
 TO. Num quippiam aliud me uis. DO. ut bene sit tibi.

TO.



TO. Polistuc quidem omne iam ego usurpabo domi,  
Nam iam inclinabo me cum liberta tua.

SATVRIOPARASITUS. DORDALVS.  
VIRGO.

**N**isi ego illunc hominem perdo. DO. perij. SA atq; opti  
me,

Eccum ipsum ante aedes. VIR. salue multum mi pater.

SA. Salue mea gnata. DO. Persa me pessundedit.

VIR. Pater hic meus est. DO. hem quid pater? perij oppido.

Quid ego igitur cesso infelix lamentarier

Minas sexaginta. SA. ego pol te faciam scelus,

Te quoq; etiam ipsum ut lamenteris. DO. occidi.

SA. Age ambula in ius leno. DO. quid me in ius uocas?

SA. Illi apud praetorem dicam, sed ego in ius uoco.

DO. Nonne antestaris? SA. Tuam ego causa carnufex

Cuiquam mortali libero auris atteram?

Qui hic commercaris ciues homines liberos.

DO. Sine dicam. SA. nolo. DO. audi. SA. surdus sum, ambula,

Sequere hac. DO. scelesti feles uirginaria.

SA. Sequere hac mea nata me usque ad praetorem. VIR. sequor.

TOXILVS, SAGARISTIO, serui.

LEMNISELENE.

**H**ostibus uictis, ciuibus saluis, re placida, pacibus perfe-  
ctis,

Bello extincto, re bene gesta, integro exercitu et praesidijs,

Cum bene nos Iuppiter iuuisi, Diq; alij omnes coelipotentes,

Ea uobis grates habeo, atque ago, quia probe sum ultus meum  
inimicum.

Nunc ob eam rem inter participes diuidam praedam, et parti-  
cipabo.

(accipere.

Ite foras, hic uolo ante ostium et ianuam meos participes bene

Statuite hic lectulos; ponite hic quae a solent. hic statui uolo,

primum

Vnde ego omnes hilares, ludentis, latificantis faciam, ut fiant  
aliqua mihi, (fieri.)

Quorum opera hæc mihi facilia factu facta sunt, quæ uolui ef  
Nam improbus est homo, qui beneficium scit sumere, & redde  
re nescit. (age dum ergo,

LEM. Toxile mi, cur ego sine te sum? cur autem tu sine me es? T O.  
Accedir' ad me, atq; ample cteris? LEM. ego uero? oh nihil ma  
gis dulce st.

Sed amabo oculus meus, quin lectis nos actutū commendamus?  
Omnia quæ tu uis, ea cupio. T O. mutua fiunt à me, age, age, a-  
ge, ergo (parem quem pepigi.

Tu Sagaristio accumbe in summo. S A. ego nihil moror, cedo

TO. Temperi. S A. mihi istuc temperi sero st. T O. hoc age accumbe,  
hunc diem suauem (te mensam.

Meū natalem agitemus amœnum: date aquā manibus, apponi  
Do hanc tibi florentem florenti, tu hic eris dictatrix nobis. a-  
ge puere (propera.

A summo septenis cyathis committe hos ludos, moue manus,  
Pegnum tarde cyathos mihi das, cedo sanè, benè mihi, benè uo  
bis, bene amicæ meæ, (me amplecti.

Optatus hic mihi dies datus hodie st à dis, quia te licet liberam

LEM. Tua factum opera benè omnibus nobis, hoc mea manus tuæ po  
culum donat, (ei qui inuidet mihi,

Vt amantem amanti decet. T O. cedo. L E M. accipe. T O. bene  
Et ei qui hoc gaudet \*

DORDALVS. SAGARISTIO. LEM-  
NISELENE. PAEGNIVM puer.

Q Vi sunt, qui erunt, quiq; fuerunt, quiq; futuri sunt,  
posthac (uam.

Solus ego omnibus antideo, facile miserrimus hominum ut ui-  
Perij, interij. pessimus hic mihi dies hodie illuxit, corruptor  
Ita me Toxilus per fabricauit, itaq; meam rem diuexauit.  
Vehiculum argenti miser eieci, amisi: neque quam obrem eieci,  
habeo. Qui



Qui illū Persam, atq; omnes Persas, atq; etiā omnes personas.  
 Malē Di omnes perdāt, ita miser. Toxilus hęc mihi conciuit.  
 Quia ei fidē nō habui argenti, eo mihi eas machinas molitu st:  
 Quē pol ego ut non in cruciatū atq; in cōpedis cogā, si uiuā,  
 Siquidem huc unquā herus redierit eius, quod spero: sed quid  
 ego aspicio?

Hoc uide, quæ hęc familia est? pol hic quidem potant, aggrega-  
 diar, obone uir

Salueto, & tu bona liberta. TO. Dordalus hic quidem est. S. A.  
 quin iube adire.

TO. Adi, si libet, agite applaudamus. Dordale homo lepidissime sal-  
 ue. (tu puer?

Locus hic tuus est, hic accumbe, ferte aquam pedibus, præber

DO. Ne sis me uno digito attigeris, ne te ad terram scelus affligam.

PV. At tibi ego hoc continuo cyatho oculum excutiam tuum.

DO. Quid ais crux, stimulorum tritor, quō me hodie uersauisti?

Vt me in tricās coniecisti, quomodo de Persa manus mihi adi-  
 ta st? (sti,

TO. Iurgium hinc auferas, si sapias. DO. at bona liberta hęc sciu-

Et me celauisti. LEM. stulticia st, cui bene esse licet, eum præ-  
 uorti (cor mihi.

Litibus. posterius istæc te magis par agere st. DO. uritur cor

TO. Da illi cantharum, extingue ignem, si cor uritur, caput ne ar-  
 descat. (Pegnum?

DO. Ludos me facitis, intelligo. TO. Vin cinædum nouum tibi darē

DO. Quin elude, ut soles, quando liber locu st hic.

TO. Hui babæ basilicē te intulisti & faceret.

PV. Decet me facetum esse, & hunc irridere

Lenonem lubido st, quando dignus st.

TO. Perge ut cœperas. PV. hoc leno tibi.

DO. Perij, perculit me propè. PV. hem seruatursum.

DO. Delude ut lubet, herus dum hinc abest.

PV. Viden ut tuis dictis parco.

Sed quin tu meis contrà item dictis seruis  
Atq; hoc quod tibi suadeo facis. DO. quid est id?

PV. Restim tibi cape crassam, ac suspende te.

DO. Caue sis me attigas, ne tibi hoc scipione  
Malum magnam dem. PV. utere, te condono.

TO. Iamiam Pagnium da pausam.

DO. Ego pol uos eradicabo. PV. at te ille qui supra nos habitat,  
Qui tibi malè uolt, maleq; faciet, non hi dicunt, uerùm ego.

TO. Age circumfer mulsum bibere, da usq; plenis cantharis.  
Iamdiu factum est postquam bibimus, nimis diu sicci sumus.

DO. Di faciant ut id bibatis, quod uos nunquam transeat.

PV. Nequeo leno quin tibi saltem staticulum olim quem Hegea  
Faciebat, uide uerò si tibi satis placet. SA. me quoq; uolo  
Reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia.

DO. Malū ego uobis dabo, nisi abitis. SA. etiam mutis impudens?  
Iam ego tibi, si me irritas sis, Persam adducam denuò.

Iam taceo hercle, atq; tu Persa es, qui me usq; admutilauisti ad  
cutem. (geminissimus.

TO. Tace stulte, hic eius geminus est frater. DO. hiccine st? TO. ac

DO. D: D: æq; & te, & geminū fratrem excrucient. SA. qui te per  
didit: (uolo.

Nā ego nihil merui. DO. at enim quod ille meruit, tibi id obfit

TO. Agite sultis hunc ludificemus, nisi nō dignus st. SA. nō opu st.

LEM. At me haud par est. TO. eo credo, quia non inconciliauit cum  
te emo.

LEM. Attamen non tamen. TO. caue ergo sis malo, & sequere me.

Te mihi dicto audientem esse addeceat. nam hercle absque me

Foret et meo praesidio, hic faceret te prostibilem propediem.

Sed ita pars libertinorum est, nisi patrono qui aduersatus est,

Nec satis liber sibi uidetur, nec satis frugi, nec satis honestus.

Ni id efficit, ni ci maledixit, ni grato ingratus repertus est.

LEM. Pol benefacta tua me hortantur, tuo ut imperio paream.

TO. Ego sum tibi patronus planè, qui huic argentum pro te dedi.



Pro hisce, hunc uolo ludificari. LE. meo ego in loco sedulo curabo.

DO. Certo illi homines mihi nescio quid mali consulunt, quid faciant. SA. heu uos.

TO. Quid ais? SA. hiccine Dordalus est leno, qui hic liberat uirgines?

Hiccine est, qui fuit quondam fortis? DO. quæ hæc res est? heicolaphum icit,

Malum uobis dabo. TO. at tibi nos dedimus, dabimusq; etiam. DO. hei nates peruellit.

PV. Licet diu sepe sunt expunctæ. DO. loquere tu etiam frustum pueri.

LE. Patrone i intro amabo, ad cœnam. DO. mea ignauia, tu nunc me irrides?

LE. Quia ne te uoco, bene ut tibi sit. DO. nolo mihi bene esse. LE. ne sit.

TO. Quid igitur, sexcenti nummi quid agunt, quas turbas danunt?

DO. Male disperij, sciunt referre probe inimico gratiam.

TO. Satis sum simus supplicij iã. DO. fateor, manus uobis do. TO. et post dabis

Sub furcis, abi intro. SA. in crucem. DO. anne hic parum exercitum

Hisce me habent? TO. conuenisse te Toxilum memineris.

Spectatores bene ualete. leno perijt. Plaudite.

Y 3 ANNO-

FINIS.



Rgumentum fabulæ est exile, amationis seruilis, & iocolum ac plausibile in lenonis circumuentione. Etiam parasiticæ leuitatis exagitationem cõtinet, dum Saturio suam filiam, cibi causa, non dubitat uendere. Nomina personarum hæc sunt: Ἰοφίλῳ, ἀπὸ τῆς ἰοφίλης, sicut Ἡρόδοτος. σαγαριστίου, σάγαρις, securim aut ensem significat. Atque inde erit scilicet Sagaristio. Saturio est σατυρίου. Et si ad Latinum satietatis nomen alludit in fabula Plautus. σοφοκλέιδιον, ἀ σοφοκλῆϊς, σοφοκλέιδης, & σοφοκλείδιον, sicut παιδίσκη. λιμνισελῆς, ἀ Lemno & luna. In editis exemplaribus est Lemniscelene, hoc fieret ἀ lemniscis. πάλυριον, ἀ ἰοκίς & ludis. Dordalus, ridicula appellatione. Vel Pordalus, ἀπὸ τῆς πόρδης. Alibi reperi, Dorpalus, hic esset ἀπὸ τοῦ δόρπη, id est, ἀ conuiuio.

Profecto domino.) Senarij iambici.

Qui amans.) Versus tetrametri acatalecti catalectici, archilochij & hipponactei. Itemq; dimetri, unus & alter.

Basilicè agito.) Hic & sequens uersus in ueteri coniunctim perscripti erant. itaq; reponendi sunt.

Vsq; ero domi.) Vereor ut hic uersus integer sit.

Veterem atq;.) Versus sunt senarij iambici, eorumq; similes prox. sequentes.

Infuerit ne feb.) Apud Sext. Pomp. citatur de Plauto, Inijt te nūquam febris. nescio ex hoc ne loco, an alio. Nos scripturam ueteris libri curauimus exprimi.

Sed legirupam.) Vereor ut hæc in integrum restituta sint: ueterum quidem librorum hæc scriptura est, nisi quod ibi legitur, Legerumpam. Iniexit autē, erit iniecerit, figura sermonis iudicialia. qua & in Truculentro usus est.

In scutris.) Inde sunt. scutulæ & scutellæ: ut ἀ culcitra. culcitula.

Alecis.) Ηαλεξ ἰχθύος τριταρχου μελιῶ, inquit Charisius. sed significat uocabulum & salsuginem atq; liquorem, in quo pisces seruantur. Est sceminini alex, & neutri, alec.

Megaribus.) Pro Megaris, metaplasmò sanè mirifico, si locus mendo uacat.



*Quasi sit.*) Versus est in cocinnior. Planè decurreret, si legeretur, & tu gnata[m] tuam.

*Locauerunt.*) Sicut, Steteruntq; comæ penultima correpta.

*Satis fuit.*) Tetrametri uersus sunt confusi & obscuri numeris, unus dimeter.

*Satin hæc*) Tetrametri acatalecti & catalectici trochaici. Itém que hipponactei. Vnus dimeter, caduntq; multi in formam anapesticam.

*Commorandum.*) Nō est absolutus uersus. De uestigijs scripturæ ueteris, puto nō malè legi posse, mihi hic apud hæc obijcem.

*Neq; tipulæ.*) Sextus Pompeius bestiolam esse hanc ait leuissimam In nostro libro legebatur stipulæ. Sed tipulæ, uerum esse puto. hanc *ἀσναπίδα* esse Gazæ placuit.

*Ioui opulento.*) Huius & sequentis item scenæ uersus genere tetrametri sunt, numeris obscuri & confusi.

*Hofibus ut Elis.*) Manifesta est forma hipponacteorū uersuū.

*Boues bini.*) Id est, iuga bouum.

*Quæ res.*) Senarij sunt iambici huius, & quatuor sequentium scenarum.

*Edax, fugax, furax.*) Legendum, furax, fugax, ut numeri constant.

*Cui homini.*) Versus tetrametri confusis numeris, usq; ad hūc *Tace dum pel.* A quo deinceps epistola exponitur senarijs iambicis. Post quam sequuntur, Archilochij trochaici. Et rursum epistolæ uersus iambici senarij, & postea iterum trochaici.

*Tace dum pel.*) Fortasse, faciam iam.

*Concinna est facie.*) Fortasse concinna est facies,

*Satin Athenæ.*) Versus trochaici archilochij.

*Buortes tuo arb.*) Fortasse, tuo arbitrato tu hom.

*Venient ad te.*) Finis uersus deest. addi possit tale quippiam, non uolo. aut, Vetuero.

*Quoimodi.*) Hoc loco de orthographia nominum, in quibus scribitur litera q, aliquid dicendum putauimus. K & Q constat esse potestate pares literæ C, & harum figuras ueteres Latinos non usurpasse scribendo. Postea sequente a, max. bre.

Y 4 ui, K

ui, & præposuerunt, ut Karthago, Kalamitas, etiam Kalendæ. Sequentem autem u, placuit uti litera q, non c. ut, Quando, quis, quare, quoniam, æquus. hoc ferè obseruarunt, si esset u pro cõsonante. Sed fecere tamen & in alijs. ut, Qur, qum, hirqus, coqus, quius. In quæ postea infererunt alterum u, ut esset pronuntiatio plenior: ita factum fuit, quur, quũ, hirquus, coquus, quuius, Et antiquo more quom, coquos, quouiusmodi. Cum in his omnibus & similibus appareat superfluum esse alterũ u.

*Abi argent.*) Si est hic uersus integer, ut mihi esse nõ uidetur, erit dimeter iambicus *ἑξαδάκτυλος*.

*Edepol ded.*) Versus huius & sequentium quatuor scenarum, sunt iambici senarij.

*Hõslibus uctis.*) Tetrametri numeris confusi & obscuri.

*Accedin ad me.*) In altero nostro libro hæc: in altero talis scriptura erat, Accede ad me, atq; amplectere sis.

*Bene mihi.*) Hilaritatis *ὀφνημία*. ut & in Sticho, Bene nos, bene te, bene me. Fastorum secundo:

Et bene nos, bene te, patriæ pater optime Cæsar.

*Et ei qui hoc.*) Deficiens sine uersus.

*Qui sunt.*) Admodum incerti numeris hi uersus sunt tetrametri & trimetri, *οὐκ καταλόγοι*. Neq; de distinctione tamen quicquam affirmo.

RVDENS.

FINIS.



223

# R V D E N S.

## DRAMATIS PERSONAE.

ARCTVRVS	Prologus.
SCEPARNIO	seruus.
PLEVSIDIPPVS	adolescens.
DAEMONES	senex.
PALAE STRA	mulier.
AMPELISCA	mulier.
SACERDOS	anus.
PISCATORES.	
TRACHALIO	seruus.
LABRAX	leno.
CHARMIDES	parasitus.
LORARII.	
GRIPVS.	piscator.

## ARGVMENTVM.

*Reti piscator de mari extraxit uidulum.  
 Vbi erant herilis filiae crepundia,  
 Dominum ad lenonem quae surrepta uenerat:  
 Ea in clientelam suapte imprudens patris  
 Naufragio eiecta deuenit, cognoscitur,  
 Suoq; amico Pleusidippo iungitur.*

## A R C T U R U S.

### PROLOGVS.

**Q**ui gentes omnes, mariaq; et terras mouet,  
 Eius sum cuius ciuitate caelitem.  
 Ita sum, ut uidetis, splendens stella, candida,  
 Signum quod semper tempore exoritur suo,  
 Hic atq; in caelo nomen Arcturo est mihi.  
 Noctu sum in caelo clarus, atq; inter deos,  
 Inter mortales ambulo interdiu,

Y s Et alia

Et alia signa de cœlo ad terram occidunt.  
 Qui est imperator diuū atq; hominum Iuppiter,  
 Is nos per gentis alium alia dispartat,  
 Hominum qui facta, mores, pietatem & fidem  
 Noscamus, ut quæq; adiuet opulentiā,  
 Qui falsas litis falsis testimonijs  
 Petunt, quiq; in iure abiurant pecuniam,  
 Eorum referimus nomina, exscripta ad Iouem,  
 Cotidie ille scit, quis hic querat malum.  
 Qui hic litem apisci postulant periurio,  
 Mali res falsas qui impetrant apud iudicem,  
 Iterum ille eam rem iudicatam iudicat,  
 Maiore multa multat. quam litem auferunt,  
 Bonos in alijs tabulis exscriptos habet:  
 Atq; hoc scelesti illi in animum inducunt suum,  
 Iouem se placare posse donis hostijs,  
 Et operam & sumtum perdunt: ideo fit, quis  
 Nihil ei acceptum est à periuris supplicij.  
 Facilius si qui pius est à dis supplicans,  
 Quam qui scelestus est, inueniet ueniam sibi.  
 Iccirco moneo uos ego hæc, qui estis boni,  
 Quiq; etatem agitis cum pietate & cum fide,  
 Retinete porro, post factum ut letemini.  
 Nunc, huc qua caussa ueni, argumentum eloquar.  
 Primum dum huic esse nomen urbi Diphilus  
 Cyrenas uoluit, illic habitat Demones  
 In agro atq; uilla proxima propter mare,  
 Senex, qui huc Athenis exul uenit, haud malus.  
 Neq; is adeò propter malitiam patria caret:  
 Sed dum alios seruat, se impediuit interim,  
 Rem bene paratam comitate perdidit:  
 Huic filiola uirgo perijt paruula,  
 Eam de prædone uir mercatur psumus,



Is eam huc Cyrenas leno aduexit uirginem.  
 Adolescens quidam ciuis huius Atticus  
 Eam uidit ire è ludo fidicino domum.  
 Amare occæpit, ad lenonem deuenit,  
 Minis triginta sibi puellam destinat,  
 Datq; arabonem, & iureiurando alligat.  
 Is leno, ut se æquum est, flocci non fecit fidem,  
 Neq; quod iuratus adolescenti dixerat:  
 Ei erat hospes par illius Siculus, senex  
 Scelestus, Agrigentinus, urbis proditor,  
 Is illius laudare insit formam uirginis,  
 Et aliarum itidem quæ eius erant mulierculæ.  
 Insit lenoni suadere, ut secum simul  
 Eat in Siciliam: ibi esse homines uoluptarios  
 Dicit, potesse ibi fieri cum diuitem,  
 Ibi esse quæstum maximum meretricibus  
 Persuadet. nauis clanculum conducitur,  
 Quicquid erat noctu in nauem comportat domo  
 Leno: adolescenti qui puellam ab eo emerat,  
 Ait sese Veneri uelle uotum soluere.  
 Id hic est fanum Veneris, & eò ad prandium  
 Vocauit adolescentem huc: ipse hinc illico  
 Nauem conscendit. auchit meretriculas.  
 Adolescenti alij narrant, ut res gesta sit,  
 Lenonem abiuisse. ad portum adolescens uenit,  
 Illorum nauis longè in altum abscesserat.  
 Ego quoniam uideo uirginem asportarier,  
 Tetuli ei auxilium & lenoni exitium simul:  
 Increpui hibernum, & fluctus moui maritimos.  
 Nanq; Arcturus signum omnium sum acerrimum,  
 Vehemens sum exoriens: cum occido, uehementior,  
 Nunc ambo illi in saxo leno atq; hospes simul  
 Sedent eis et, nauis contracta est ibus.

Illa autem uirgo, atq; altera itidem ancillula,  
 De nauī timidæ de siluerunt in scapham,  
 Nunc eas ab saxo fluctus ad terram ferunt,  
 Ad uillam illius exul ubi habitat senex,  
 Cuius deturbauit uentus tectum ex tegulas,  
 Et seruus illic est eius qui egreditur foras.  
 Adolescens huc iam adueniet quem uidebitis,  
 Qui illam mercatus est de lenone uirginem.  
 Valete, ut hostes uestri diffidant sibi.

## ACTUS PRIMUS.

SCEPARNIO seruus.

**P**roh di immortales tempestatem cuiusmodi  
 Neptunus nobis nocte hac misit proxima:  
 Detexit uentus uillam, quid uerbis opus est?  
 Non uentus fuit, uerum Alcumena Euripidi,  
 Ita omnes de tecto deturbauit tegulas,  
 Illustrioris fecit, fenestrasq; indidit.

PLEVSIDIPPVS adolescens. DAEMONES. SCEPARNIO seruus.

**E**t uos à uostri abduxi negotijs,  
 Neq; id proceffit, qua uos duxi gratia,  
 Neq; quui lenonem ad portum præbendere,  
 Sed mea desidia spem deserere nolui,  
 Eo uos amici detinui diutius.  
 Nunc huc ad Veneris sanum uenio uisere,  
 Vbi rem diuinam se facturum dixerat.

SC. Si sapiam, hoc quod me mactat, concinnem lutum.

PL. Prope me hic nescio quis loquitur. DAE. heus Sceparnio.

SC. Qui nominat me? DAE. qui pro te argentum dedit.

SC. Quasi me tuum esse seruum dicas Dæmones?

DAE. Luto usus multo, multam terram confode,

Villam integundam intellego totam mihi:

Nam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius.



- PL. Pater salueto, amboq; adeo. DAE. saluus stes.
- SC. Sed utrum tu mas an scemina es, qui illum patrem  
Voces? PL. uir sum equidem. DAE. quere uir porro patrem,  
Filiolam ego unam habui, eam unam perdidit.  
Virile sexus nunquam ullum habui. PL. at di dabunt.
- SC. Tibi quidem hercle quisquis es magnum malum,  
Qui oratione hic nos occupatos occupes.
- PL. Isticcine uos habitatis? SC. quid tu id quaritas?  
An quo furatum uenias mox uestigas loca?
- PL. Peculiosum eum esse decet seruum & probum,  
Quem hero presente pretereat oratio,  
Aut qui inclementer dicat homini libero.
- SC. Et impudicum & impudentem hominem addecet,  
Molestum ultrò aduenire ad alienam domum,  
Cui debeatur nihil. DAE. tace Sceparnio.  
Quid opus est adolescens? PL. isti infortunium,  
Qui praestinet ubi herus astitit praeloqui.  
Sed, nisi molestum sit, paucis percontarier  
Volo ego ex te. DAE. dabitur opera atq; in negotio.
- SC. Quin tu in paludem is, exizisq; arundines,  
Qui pertegamus uillam, dum sudum sit. DAE. tace.  
Tu si quid opus est dice. PL. dic quod te rogo.  
Ecquem tu hic hominem crispum, incanum uideris,  
Malum, periurum, palpatores? DAE. plurimos.  
Nam ego propter eiusmodi uiros uiuo miser.
- PL. Hic dico in sanum Veneris qui mulierculas  
Duas secum adduxit, quiq; adornarit sibi  
Ut rem diuinam faciat aut hodie, aut heri.
- DAE. Non hercle adolescens iam hos dies complusculos  
Quenquam istic uidi sacrificare: neq; potest  
Clam me esse, si qui sacrificant semper petunt  
Aquam hinc, aut ignem, aut uascula, aut cultrum, aut uerum,  
Aut anlam extarem, aut aliquid: quid uerbis opus sit?

Veneri

- Veneri paravi uasa, & puteum, non mihi,  
Nunc interuallum iam hos dies multos fuit.
- PL. Vt uerba perhibes, me perijisse prædicas.
- DAE. Mea quidem hercle caussa saluus sis licet.
- SC. Heus tu qui phana uentris caussa circuis,  
Iubere melius est prandium ornari domi:  
Fortasse tu huc uocatus es ad prandium,  
Ille qui uocauit, nullus uenit. PL. admodum.
- SC. Nullum est periculum te hinc ire impransum domum.  
Cererem te melius quam Venerem sectarier,  
Amore hæc curat, tritico curat Ceres.
- PL. Deludificauit me ille homo indignis modis.
- DAE. Proh dii immortales, quid illuc est Sceparnio  
Hominum secundum littus? SC. ut mea est opinio,  
Propter uiam illi sunt uocati ad prandium.
- DAE. Qui? SC. quia post cœnam credo lauerunt heri.  
Confracta nauis in mari est illis. DAE. ita est.
- SC. At hercle nobis uilla in terra & tegula. DAE. hui  
Homunculi quanti estis eiectioni, ut natant.
- PL. Vbi sunt ij homines obsecro? DAE. hac ad dexteram,  
Vident secundum littus? PL. uideo, sequimini.  
Vtinam sit is, quem ego quero, uir facerrimus,  
Valete. SC. si non moneas, nosmet meminimus.  
Sed ô Palæmon sancte Neptuni comes,  
Quiq; hercule illi socius esse diceris,  
Quod facinus uideo: DAE. quid uides? SC. muliercuas  
Video sedentis in scapha solas duas,  
Vt affliantur miseræ, euge euge perbene,  
Ab saxo auortit fluctus ad littus scapham:  
Neq; gubernator usquam illis esse potuit?  
Non uidisse undas me maioris censeo.  
Saluæ sunt, si illos fluctus deuitauerint.  
Nunc nunc periculum est, eiecit alteram,



At in uado st, iam facile enabit, euge p.e.  
 Viden' alteram illam ut fluctus eiecit foras?  
 Surrexit, horsum se capefit, salua res.  
 Defiluit hæc autem altera in terram è scapha,  
 Ut præ timore in genua in undas concidit:  
 Salua st, euasit ex aqua, iam in litore est.  
 Sed dextrouorsum auersa it in malam crucem.  
 Hem errabit illæc hodie. DAE. quid id refert tua?

SC. Si ad saxum quod capefit, ea deorsum cadit,  
 Errationis fecerit compendium.

DAE. Si tu de illarum cœnaturus uesperis es,  
 Illis curandum censeo Sceparnio:

Si apud me esurus es, mihi dari operam uolo.

SC. Bonum æquumq; oras. DAE. sequere me hac ergo. SC. sequor.

PALÆSTRÆ mulier.

**N**imio hominum fortunæ minus misere memorantur,  
 Quam reapse experiundo ijs datur acerbum:  
 Hoc deo complacitum est? me hoc ornato ornatam  
 In incertas regiones timidam, eiectam,  
 Hancine ego ad rem natam miseram me memorabo?  
 Hancine ego partem capio ob pietatem præcipuam?  
 Nam hoc mihi haud labori est laborem hunc potiri,  
 Si erga parentem aut deos me impiaui:  
 Sed id si paratè curauit ut cauerem,  
 Tum hoc mihi indecorè, iniquè, immodestè  
 Datis di. nam quid habebunt sibi igitur impij  
 Posthac, si ad hunc modum est innoxij honor  
 Apud uos? nam me? si sciam fecisse  
 Aut parentis scelestè, minus me miserer:  
 Sed herile scelus me sollicitat, eius me impietas malè  
 Habet. is nauem atq; omnia perdidit in mari,  
 Hæc bonorum eius sunt reliquie: etiam quæ simul  
 Vesta mecum in scapha st, excidit, ego nunc sola solum,

Quo

Quæ si mihi foret salua saltem, labor  
 Lenior eset hic mihi eius opera.  
 Nunc quam spem, aut opem, aut consilij quid capeffam?  
 Ita hic solis locis compedita sum,  
 Hic saxa sunt, hic mare sonat, nec quisquam  
 Homo mihi obuiam uenit,  
 Hoc quod induta sum, summæ opes oppido,  
 Nec cibo, nec loco tecta quo sim scio.  
 Quæ mihi est spes, qua me nunc uiuere uelim?  
 Nec loci gnara sum, nec diu hic fui.  
 Saltem aliquem uelim, qui mihi ex his locis,  
 Aut uiam, aut semitam monstret: ita nunc hæc  
 An illac eam, incerta consilij sum,  
 Nec prope usquam hic quidem cultum agrum conspico.  
 Algor, error, pauor membra omnia tenent:  
 Hæc parentes haud mei scitis miseri,  
 Me nunc miseram ita esse uti sum. libera ego  
 Prognata fui maximè, nec quicquam fui,  
 Nunc qui minus serui, quàm si forem serua nata,  
 Neq; quicquam unquam ijs profui qui me sibi eduxerunt.

AMPELISCA. PALAESTRA.

mulieres due.

**Q**uid mihi melius est? quid magis in rem est, quàm cor  
 pore uitam secludam,  
 Ita malè uiuo, atq; ita mihi multæ in pectore sunt curæ exani-  
 males.  
 Nunc dein uitæ haud parco, perdidi spem, qua me oblectabã.  
 Omnia iã circumcurfui, atq; omnibus in latebris perreptaui  
 Querere conseruam, uoce, oculis, auribus, ut peruestigarem.  
 Neq; eã usq; inuenio, neq; quò eã, neq; quã querã cõsultum st,  
 Neq; quem rogitem responsorum quenquam interea inuenio.  
 Neq; magis solæ terræ solæ sunt, q̃ hæc loca atq; hæc regiones.  
 Neq; si uiuit, eam uiuam unquam quin inueniam, desistam.

Que



- PA. *Quenam uox mihi propè hic sonat? AM. pertimui,  
Quis hic loquitur propè? PA. spes bona obsecro subuenta  
Mibi. AM. mulier est, muliebris uox mihi ad aures  
Venit. PA. an eximes ex hoc miseram metus?*
- AM. *Certè uox muliebris auris tetigit meas.*
- PA. *Num Ampelisca obsecro st? AM. ten' Palestra audio?*
- PA. *Quin uoco, ut me audiat nomine illam suo,  
Ampelisca? AM. hem quis est? PA. ego Palestra sum.*
- AM. *Dic ubi es? PA. pol ego nunc in malis plurimis.*
- AM. *Socia sum, nec minor pars mea st, quàm tua,  
Sed uidere expeto te. PA. mihi es amula.*
- AM. *Consequamur gradu uocem, ubi es? PA. ecce me,  
Accede ad me, atq; adi contra. AM. sit sedulo.*
- PA. *Cedo manum. AM. accipe. PA. dic uiuis' ne obsecro?*
- AM. *Tu facis me quidem ut uiuere nunc uelim,  
Quando mihi te licet tangere, ut uix mihi  
Credo ego hoc, te tenere, obsecro amplectere,  
Spes mea, ut me omnium iam laborum leuas.*
- PA. *Occupas præloqui, que mea est oratio.  
Nunc abire hinc decet nos. AM. quò amabo ibimus?*
- PA. *Litus hoc persequamur. AM. sequor quò lubet.*
- PA. *Siccine hic cum uuida ueste grassabimur?*
- AM. *Hoc quod est, id necessarium est perpeti.  
Sed quid hoc obsecro est? PA. quid? AM. uiden' amabo  
Phanum uides ne hoc? PA. ubi est? AM. ad dexteram.*
- PA. *Video decorum dis locum uiderier.*
- AM. *Haud longè abesse oportet homines hinc, ita hic  
Lepidu' st locus. nunc quisquis est deus ueneror,  
Vt nos ex hac ærumna eximat miseram,  
Inopis, ærumnosas, aliquo auxilio ut adiuuet.*

SACERDOS, ET EAEDEM

MVLIERES.

Q Vi sunt, qui à patrona preces mea expetesunt?

Z

Nam

Nam uox precantum me huc foras excitauit,  
Bonam atq; obsequentem deam, atq; haud grauatam  
Patronam exequuntur, benignamq; multum.

PA. Iubemus te saluere mater. SA. saluete

Puella, sed unde uos ire cum uiuida

Ueste dicam obsecro, tam maestiter uestitae?

PA. Illico hinc inus, haud longule ex hoc loco.

Verum longè hinc abest, unde huc uectae sumus.

SA. Nempe equo ligneo per uias caeruleas

Estis uectae. PA. admodum. SA. ergo aequius uos erat

Candidatas uenire, hostiatasq; ad hoc

Fanum ad istunc modum non ueniri solet.

PA. Quae nunc eiectae è mari sumus ambae, obsecro

Vnde nos hostias agere uoluisti huc?

Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum,

Quae in locis nescijs nescia spe sumus,

Vt tuo recipias tecto, seruesq; nos,

Miserarumq; te ambarum uti misereat,

Quibus nec locus ullus, nec spes parata est,

Neq; hoc amplius quam quod uides nobis quicquam st.

SA. Manus mihi date, exurgite à genibus ambae:

Misericordior nulla me est sceminarum.

Sed haec pauperes res sunt, inopesq; puellae:

Egomet uix uitam colo, Veneri cibo meo

Seruo. AM. Veneris phanum obsecro hoc est? SA. fateor ego,

Huius phani sacerdos clueo. uerum quicquid est,

Comiter fiet à me, quo non copia

Valebit. ite hac mecum. PA. amice benigneq;

Honorem mater nostrum habes. SA. oportet.

## ACTUS SECUNDUS.

### PISCATORES.

**O**mnibus modis q; pauperes sunt homines miseri uiuunt,  
Praesertim quibus nec quaestus est, nec didicere artem  
ullam,  
Nec csi-



Necessitate quicquid est domi, id sat est habendum.

Nos iam de ornatu propemodum ut locupletes simus, scitis.

Hiscæ hamæ, atq; hæ harundines sunt nobis quæstu & cultu.

\* Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum

Pro exercitu gymnastico & palæstrico, hoc habemus,

Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus, conchas,

Marinam urticam, musculos, plagustias, striatas.

Post id piscatum hamatilem & saxatilem aggredimur,

Cibum captamus è mari: sin euentus non uenit,

Neq; quicquam captum est piscium, salsi lautiq; purè

Domum redimus clanculum, dormimus incœnati.

Atq; ut nunc ualidè fluctuat mare, nulla nobis spes est.

Nisi quid concharū capsimus, incœnati sumus profectò, (die.

Nūc Venerè hæc ueneremur bonā, ut nos lepidè adiuerit ho

TRACHALIO seruus. ET EIDEM

PISCATORES.

**A** Nimo aduersari sedulo, ne herum usquā præterirem.

Nā cū modo exibat foras, ad portū se aiebat ire.

Me huc obuiam iussit sibi uenire ad Veneris phanum.

Sed quos perconter cōmodè eccos uideo astare, adibo.

Saluete fures maritimi, conchitæ atq; hamiotæ,

Famelica hominum natio, quid agitis? ut peritis?

PI. Vt piscatorè æquū est, fame, siti, speq;. TR. ecquē adolescentem

Dū hic astatis, strenua facie, rubicundū, fortè, qui tres (huc,

Duceret chlamydatos cum macherijis, uidistis uenire?

PI. Nullū istac facie, ut prædicas, uenisse huc scimus. TR. ecquem

Recalum ac Silanum senem, statutum, uentriosum,

Tortis supercilijs, contracta fronte, fraudulentum,

Deorum odiū atq; hominū, malū, mali uicij probriq; plenum,

Qui duceret mulierculas duas secum satis uenustas?

PL. Cum istiusmodi uirtutibus operisq; natus qui sit,

Eū quidè ad carnificè est æquius, quàm ad Venerè commcare.

TR. At si uidistis, dicite. PL. huc profectò nullus uenit,

X 2

Vale.

Vale. TR. ualete, credidi, factum est quod suspicabar.  
 Data uerba hero sunt, leno abiit scelestus exulatum,  
 In nauem ascendit, mulieres auexit, ariolus sum.  
 Is huc herum etiam ad prandium uocauit sceleris semen.  
 Nūquid mihi melius est, quam illico hic operiar herū dū ueniat?  
 Eadem, hanc sacer dotem Veneriam, si quid amplius scit,  
 Si uidero, exquisi uero, faciet me certiozem.

AMPELISCA mulier. TRACHA-

LIO seruus.

**I**ntelligo, hanc, quæ proxima est, uillā Veneris phano me  
 Pulsare iussisti, atq; aquam rogare. TR. cui ad auris  
 Vox mihi aduolauit? AM. obsecro, quis hic loquitur? quem e-  
 go uideo?

TR. Est ne Ampelisca hæc quæ foras è phano hoc egreditur?

AM. Est ne hic Trachalio, quem conspicio, calator Pleusidippi?

TR. Ea est. AM. is est. Trachalio salue. TR. salue Ampelisca.

Quid agis tu hic? AM. etatè haud mala malè. TR. melius omi

AM. Verū omnes sapientes decet conferre & fabulari. (nare,

Sed Pleusidippus tuus herus ubi amabo est? TR. eia uerò,

Quasi nō sit intus. AM. neq; pol est, neq; ullus quæ huc uenit.

TR. Non uenit? AM. uera prædicas. TR. non est meū Ampelisca.

Sed quæ mox coctū est prandiū? AM. quod prandiū obsecro te?

TR. Nempe rem diuinā facitis hic. AM. quid somnias amabo?

TR. Certè Labrax huc Pleusidippum ad prandium uocauit

Herum meū, herus uester. AM. pol haud miranda facta dicis,

Si deos decepit & homines, lenonum more fecit.

TR. Non rem diuinam facitis hic uos, neq; herus? AM. ariolare.

TR. Quid tu agis hic igitur? AM. ex malis multis, metuq; summo,

Capitaliq; ex periculo, orbas auxiliq; opumq; huc

Recepit ad se Veneria hæc sacerdos me & Palesttram.

TR. An hic Palestra st obsecro te heri mei amica? AM. certò.

TR. Inest lepos in nuncio tuo magnus mea Ampelisca.

Sed istuc periculum perlubet quod fuerit uobis scire.

Confra-



AM. *Confracta mi Trachalio est hac nocte nauis nobis.*

TR. *Quid nauis? que istaec fabula est? A M. non audiuisti amabo,  
Quo pacto leno clanculum nos hinc auferre uoluit  
In Siciliam, & quicquid domi fuit, in nauem imposuit,  
Ea nunc perierunt omnia. TR. oh Neptunne lepide salue,  
Nec te aleator ullus est sapientior, profe etò  
Nimis lepide iecisti bolum, periurum perdidisti.  
Sed nunc ubi est leno Labrax? A M. perit potando opinor.  
Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.  
Credo hercle Ananceo datū quod biberet. TR. ut ego amo te  
Mea Ampelisca, ut dulcis es, ut mulsā dicta dicis.  
Sed tu & Palestira quo modo saluæ estis? A M. scibis faxo.  
E' nauī timide ambæ in scapham insiluimus, quia uidemus  
Ad saxa nauem ferrier, properans exolui restim,  
Dum illi timent, nos cum scapha tempestas dextrouor sum  
Differt ab illis. itaq; nos uentisq; fluctibusq;  
Iactatæ exemplis plurimis miseræ perpetuam noctem,  
Vix hodie ad litus pertulit nos uentus exanimatas.*

TR. *Noui, Neptunus ita solet, quamuis fastidiosus  
Aedilis est, si quæ improbæ sunt merces iactat omnes.*

AM. *Ve capiti atq; etati tuæ. TR. tuo mea Ampelisca  
Sciui lenonem facturum hoc quod fecit, sepe dixi.  
Capillum promittam, optimumst occipiamq; ariolari.*

AM. *Cauistis ergo tu atq; herus ne abiret cum scibatis.*

TR. *Quid faceret? A M. si amabat, rogas quid faceret? asseruaret?  
Dies noctesq; in custodia esset semper. uerum ccastor  
Ut multi, fecit, ita probè curauit Pleusidippus.*

TR. *Cur tu istuc dicis? A M. res palam est. TR. scintu etiā, qui itla-  
In balneas, ibi cum sedulo sua uestimenta seruat, (uatum  
Tamen surripitur, quippe qui quæ illorū obseruet falsus est.  
Fur facile quem obseruet uidet: custos, qui fur sit, nescit.  
Sed duce me ad illam, ubi est? A M. i sanè in Veneris phanum  
huc intro,*

Sedentem flentemq; opprimes. TR. ut iã istuc mihi molestũ st.

Sed quid flet? AM. ego dicam tibi, hoc sese excruciat animi,

Quia leno ademit cistulam ei, quam habebat, ubiq; habebat

Qui suos parentis noscere posset, eam ueretur

Ne perierit. TR. ubi nam ea fuit cistellula? AM. ibidẽ in nauì.

Conclussit ipse in uidulum, ne copia esset eius

Qui suos parentes noscret. TR. ò facinus impudicum,

Quam liberam esse oporteat. seruire postulare.

AM. Nunc eam cum nauì scilicet abiuisse p̄sum in altum,

Et aurum & argentum fuit lenonis omne ibidem,

Credo aliquẽ immerfisse, atq; eũ excepisse, id misera mœsta st

Sibi eorũ eucnisse inopiam. TR. iam istoc magis usus factõ st

Vt eam intro, consolercq; eam ne se sic excruciet animi.

Nam multa pr̄ter sp̄em, scio multis bona euenisse.

AM. At ego etiam qui sperauerint, sp̄em decepisse multos.

TR. Ergo animus equus optimum est erumne condimentum,

Ego eo intro, nisi quid uis. AM. eas: ego quod mihi imperauit

Sacerdos, id faciam, atq; aquam hinc de proximo rogabo.

Nam ex templõ si uerbis suis peterem, daturos dixit:

Neg; digniorem censeo uidisse anum me quenquam,

Cui deos atq; homines censeam bene facere magis decere.

Vt lepidẽ, ut liberaliter, ut honestẽ, atq; haud grauatẽ

Timidas, egentes, humidas, eiectas, exanimatas.

Accipit ad sese: haud secus, quã si ex se simus natæ:

Vt capse sic succincta aquam calefactat, ut lauemus.

Nunc ne mora illi sim, petã hinc aquam, unde mihi imperauit.

Hec quis in uilla st? ec quis recludit? ec quis prodiit?

SCEPARNIO seruus, AMPELI

SCA mulier.

AM. **Q** Vis est qui nostris tã proteruẽ forib. facit iniuriam?  
Ego sum. SCE. Hem quid hoc boni est? heu cã pol sp̄e  
cie lepida mulier.

AM. Salue adolefcens. SCE, Et tu multum salueto adolefcntula.



- AM. Ad uos uenio. SCE. Accipiam hospitio, si mox uenis  
 Item ut affectam, nam nunc nihil est qui te inanem.  
 Sed quid ais mea lepida hilara? AM. aha nimium familiariter  
 Me attrectas. S. Pro di immortales Veneris effigia hæc quidem  
 Vi in ocellis hilaritudo est, eia corpus cuiusmodi, (est,  
 Subuolturium? illud quidem subaquilum uolui dicere,  
 Vel papillæ cuiusmodi? tum quæ indoles in sauius est?
- AM. Non ego sum pollucta pago, potin ut me abstineas manum?  
 SC. Non licet te sicce placidè bellam bellè tangere?
- AM. Ociam ubi erit, tum tibi operam ludo & deliciæ dabo. (ges.  
 Nunc quamobrè hic sum missa amabo uel tu mihi aias, uel ne-
- SC. Quid nunc uis? AM. sapièti ornatus quid uelim, indicium facit.  
 SC. Meus quoq; hîc sapienti ornatus quid uelim, indicium facit.
- AM. Hæc sacerdos Veneris hinc me petere iussit à uobis aquam.  
 SC. At ego Basilicus sum. quem nisi oras, guttam non feres.  
 Nostro illum puleum periculo & ferramentis fodimus,  
 Nisi multis blanditijs à me gutta non ferri potest.
- AM. Cur tu aquã grauari amabo, quam hostis hosti commodat?  
 SC. Cur tu operam grauari mihi, quam ciuis ciui commodat?
- AM. Imò etiam tibi, mea uoluptas, quæ uoles faciam omnia.  
 SC. Euge saluus sum, hæc iam me suam uoluptatem uocat:  
 Dabitur tibi aqua ne quicquam me ames, cedo mihi urnã. AM.  
 cape.
- Propera amabo efferre. SC. mãta. iam hîc ero uoluptas mea.
- AM. Quid sacerdoti meæ dicam, hîc demoratam tam diu?  
 Ut etiam nunc misera timeo, ubi oculis intueor mare.  
 Sed quid ego misera uideo procul in littore,  
 Meum herum lenonem, Siciliensemq; hospitem,  
 Quos perijsse ambos misera censebam in mari,  
 Iam illud mali plus nobis uiuit, quàm ratæ.  
 Sed quid ego cesso fugere in phanum, ac dicere hæc  
 Palæstræ, in aram uti confugiamus prius,  
 Quam huc scelestus leno ueniat, nosq; hic opprimat.

Confugiam hinc, res ita suppetit subito mihi.

SCEPARNIO seruus.

**P**roh di immortales, in aqua nunquam credidi  
Voluptatem inesse tantam, ut hanc traxi lubens,  
Nimio minus altus puteus uisus est, quam prius,  
Ut sine labore hanc extraxi præfiscissimè.  
Satis nequam sum, ut pote qui hodie inceperim  
Amare, hem tibi aquam, mea tu bella, hem sic uolo  
Te ferre honestè, ut ego fero, ut placeas mihi,  
Sed ubi tu es delicata? cape aquam hanc sis, ubi es?  
Amat hercle me ut ego opinor, delituit mala,  
Vbi tu es? etiã ne hanc urnam es acceptura? ubi es?  
Commodulè melius, tandem uerò serio,  
Etiam es acceptura urnam hanc? ubi tu es gentium?  
Nusquam hercle equidem illam uideo, ludos me facit.  
Apponam hercle urnam iam ego hanc in media uia.  
Sed autem, quid si hanc hinc abstulerit quispiam  
Sacram urnam Veneris? mihi exhibeat negotium.  
Metuo hercle ne illa mulier mihi insidias locet,  
Ut comprehendar cum sacra urna Veneria.  
Nempe optimo me iure in uinculis enicet  
Magistratus, si quis me hanc habere uiderit.  
Nam hæc literata? st, ab se cantat cuiã sit,  
Iam hercle euocabo hinc hanc sacerdotem foras,  
Ut hanc accipiat urnam, accedam huc ad fores.  
Heus sis Ptoleocratia cape hanc urnam tibi.  
Mulier cula hanc nescio quæ huc ad me detulit,  
In proferunda abiit, reperi negotium,  
Si quidem his ultro mihi aggerunda etiam est aqua.

LABRAX leno. CHARMIDES

Siculus.

**Q**ui homo sese miserum & mendicum uolet,  
Neptumo credat sese, atque ætatem suam:



- Nam si quis quid cum eo rei commiscuit,  
 Ad hoc exemplum amittit ornatum, domum.  
 Edepol libertas lepida es, quæ nunquam pedem  
 Voluisti in nauem cum Hercule unâ imponere.  
 Sed ubi ille meus est hospes qui me perdidit?  
 Atq; eccum incedit. CH. quò, malum, properas Labrax?  
 Nam equidem te nequeo consequi, tam strenuè.
- LA. Vtinam te prius quàm oculis uidißem meis  
 Malo cruciatu in Sicilia perbiteres,  
 Quem propter hoc mihi obtigit misero mali.
- CH. Vtinam cum in ædes me ad te adduxisti tuas,  
 In carcere illo potius cubuißem die.  
 Deosq; immortales quæso, dum uiuas, uti  
 Omnes tui similes hospites habeas tibi.
- LA. Malam fortunam in ædis te adduxi meas.  
 Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio?  
 Quid' ue hinc abitio? quid' ue in nauem in scensio?  
 Vbi perdidisti etiam plus boni quàm mihi fuit.
- CH. Pol minimè miror nauis si fracta est tibi,  
 Scelus te, & scelestè parta quæ uexit bona.
- LA. Pessum dedisti me blandimentis tuis.
- CH. Scelestiorem cœnam cœnauisti tuam,  
 Quàm quæ Thyestæ quondam anteposita est, & Terco.
- LA. Perij, animo malè fit, contine quæso caput.
- CH. Pulmoneum edepol nimis uelim uomitum uomas.
- LA. Eheu Palestra atq; Ampelisca, ubi estis nunc?
- CH. Piscibus in alto credo præbent pabulum.
- LA. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua,  
 Dum tuis ausculto magnidicis mendacijs.
- CH. Bonam est quod habeas gratiam meritò mihi,  
 Qui te ex insulso falsum feci opera mea.
- LA. Quin tu hinc is à me in maximam malam crucem.
- CH. Eas, easq; res agebam commodum.

- LA. Eheu quis uiuit me mortalis miserior.
- CH. Ego multo tanto miserior quàm tu Labrax.
- LA. Qui? CH. quia ego indignus sum, tu dignus qui sies.
- LA. O scirpe scirpe laudo fortunas tuas,  
Qui semper seruas gloriam aritudinis.
- CH. Equidem me ad uelitationem exerceo,  
Nam omnia corusca præ tremore fabulor.
- LA. Edepol Neptune es balncator frigidus,  
Cum uestimentis posteaquam abs te abi, algeo.  
Ne the rmopolium quidem ullum ille instruit,  
Ita salsam præbet potionem & frigidam.
- CH. Ut fortunati sunt fabri ferrarij,  
Qui apud carbones asident, semper calent.
- LA. Utinam fortuna nunc anatina uterer,  
Vti cum exiuissem ex aqua, arerem tamen.
- CH. Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem?
- LA. Quapropter? CH. quia pol clarè crepito dentibus.  
Sed nunc iure optimo me lauuisse arbitror.
- LA. Qui? CH. quia auderem tecum in nauem ascendere,  
Qui à fundamento mihi usq; mouisti mare.
- LA. Tibi auscultauit, tu promittebas mihi  
Illi esse quæstum maximum meretricibus,  
Ibi me corruere posse aiebas diuitias.
- CH. Ian postulabas te impurata belua  
Totam Siciliam deuoraturum insulam.
- LA. Quæ nam balena meum uorauit uidulum,  
Aurum atq; argentum, ubi omne compactum fuit.
- CH. Eadem illa credo quæ meum marsupium,  
Quod plenum argenti fuit, in sacciperio.
- LA. Eheu redactus sum usq; ad hanc unam tuniculam.  
Et ad hoc misellum pallium, perij oppido.
- CH. Vel consociare mihi quidem tecum licet,  
Aequas habemus partes. LA. saltem si mihi



Mulierculæ essent saluæ, spes aliquæ forent.  
 Nunc si me adolescens Pleusidippus uiderit,  
 A quo arrabonem pro Palæstra acceperam,  
 Iam is exhibebit hic mihi negotium.

CH. Quid stultè ploras? tibi quidem edepol copia st,  
 Dum lingua uiuet, qui rem soluas omnibus.

SCEPARNIO seruus. CHARMIDES

Siculus. LABRAX leno.

Q Vid istuc est obsecro negocij, quòd duæ mulierculæ  
 Hic in phano Veneris signum stentes amplexæ tenent;  
 Nescioquæ metuètes miseræ, nocte hac uerò proxima  
 Se iactatas atq; cictas hodie esse aiunt è mari. (res?)

LA. Obsecro hercle adolescens, ubi istæc sunt, quas memoras mulie  
 SC. Hic in phano Veneris. LA. quot sunt? SC. totidem quot ego et tu  
 sumus. (tula,

LA. Nempe meæ. SC. nempe nescio istuc. LA. qua sunt facie? SC. sci  
 Vel ego amare utramuis possim, si probè appotus sicut.

LA. Nempe puellæ? SC. nempe molestus es, uise si lubet.

LA. Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Chaumides.

CH. Iuppiter te perdat, et si sunt, et si non sunt tamen. (uelim.)

LA. Intrò rumpam iam huc in Veneris phanū. CH. in baratrū ma-  
 Obsecro hospes, da mihi aliquid ubi condormiscam loci.

SC. Istic ubi uis coudormisce, nemo prohibet, publicum est.

CH. At uides me, ornatus ut sim uestimentis uuidis,  
 Recipe me in tectum, da mihi uestimenti aliquid aridi,  
 Dum mea arefcunt, in aliquo tibi referam gratiam.

SC. Tegillum eccillud mihi unum arefcit, id si uis dabo,  
 Eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluuit.  
 Tu istac mihi dato, exarefcant saxo. CH. ehò an te poenitet,  
 In mari quod elauit, nisi hic in terra iterum eluam?

SC. Eluas tu an exungare ciccum non interdum,  
 Tibi ego nunquam quicquam credam, nisi accepto pignore.  
 Tu uel suda, uel peri algu, uel tu egrota, uel uale,

Barbas

Barbarum hospitem mihi in ædeis, nihil moror, sat litium est,  
 CH. Iam ne abis? uenalis illic ductitauit quisquis est,  
 Non est misericors, sed quid ego hic asto infelix uiuidus?  
 Quin ab eo hinc in Veneris phanū, ut edormiscā hāc crapulā,  
 Quam potaui præter animi quam libuit sententiam,  
 Quasi uinis Græcis Neptunus nobis suffudit mare.  
 Itaq; aluum prodisserauit nobis salsis poculis,  
 Quid opus est uerbis? si inuitare nos paulisper pergeret,  
 Ibidem obdormissemus: nunc uix uiuos amisit domum.  
 Nunc lenonem quid agat intus uisam, conuiuiam meum.

## ACTUS TERTIUS.

## D A E M O N E S.

**M**iris modis di ludos faciunt hominibus,  
 Mirisq; exemplis somnia in somnis danunt.  
 Ne dormientis quidem finiunt quiescere.  
 Velut ego hac nocte quæ processit proxima,  
 Mirum atq; inscitum somniaui somnium.  
 Ad hirundininum nidum uisa est simia  
 Ascensionem ut faceret admolirier,  
 Neq; eas recipere quibat inde: post ibi  
 Videbatur ad me simia aggredirier,  
 Rogare scalas ut darem utendas sibi.  
 Ego ad hoc exemplum simiæ respondeo,  
 Natas ex Philomela atq; ex Progne esse hirundines,  
 Ago cum illa, nequid noceat meis popularibus,  
 Atq; illa animo iam fieri ferocior,  
 Videtur ultrò mihi malum mini tariet,  
 In ius uocat me, ibi nescio ego quomodo  
 Iratus uideor mediam arripere simiam,  
 Concludo in uincla bestiam nequissimam.  
 Nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnium,  
 Nunquam hodie quiui ad coniecturam euadere.  
 Sed quid hic in Veneris sano



Clamoris oritur? animus miratur meus.

TRACHALIO seruus. DAE MO-  
NES senex.

**P**Rò Cyrenenses populares uestram ego imploro fidem,  
Agricole, accole, propinqui, qui estis his regionibus,  
Ferte opem inopia, atq; exemplum pessimum pessundate,  
Vindicate, ne impiorum potior sit pollutia  
Quàm innocentium, qui se scelere fieri uolunt nobiles,  
Statuite exemplum impudenti, date pudori præmium,  
Facite hic lege potius liceat, quàm ut uicto uiuere.  
Currite huc in Veneris sanum, uestram iterum imploro fidem,  
Qui propè hic adestis, quiq; auditis clamorem meum,  
Ferte suppetias, qui Veneri, Veneri, q; Antistite  
More antiquo in custodiam suam commiserunt caput,  
Prætor quete iniuriæ prius collum, quàm ad uos perueniat.

DAE. Quid istuc è negocij? TR. per ego te hæc genua obtestor senex  
Quisquis es. DAE. quin tu ergo omitte genua, et quid sit mihi  
Quid tumultues. TR. teq; oro & queso, si speras tibi (expedi,  
Hoc anno multum futurum firpe & laespicium,  
Eamq; euenturam exagogam Capuam saluam & sospitem,  
Atq; ab lippitudine usq; siccitas ut sit tibi.

DAE. Sanum es? TR. seu tibi confidis fore multam maguderim,  
Ut te ne pigeat dare operam mihi quod te orabo senex.

DAE. At ego te per crura & talos, tergumq; obtestor tuum,  
Ut tibi ulmeam uberem esse speres uirgidemiam,  
Et tibi esse euenturam hoc anno uberem messem mali,  
Ut mihi istuc dicas negocij quid sit, quod tumultues.

TR. Qui lubet maledicere, equidem tibi bona exoptauit omnia.

DAE. Bene equidem tibi dico, qui te digna ut eueniant precor.

TR. Obscuro hoc reuortere. DAE. ergo quid negocij est? TR. mu-  
Dua innocentes intus hic sunt, tui indigentes auxiliij, (licres  
Quibus aduersum ius, legesq; insignite iniuria hic  
Facta est, sitq; in Veneris sano, tum sacerdos Veneria

Indi-

Indigne afflicatur. DAE. quis homo est tanta confidentia,  
 Qui sacerdotem audeat uiolare? scia. mulieres  
 Quae sunt? aut quid ijs iniqui sit? TR. si d. s. operam eloquar,  
 Veneris signum sunt amplexae, nunc  
 Eas deripere uult, eas ambas esse oportet liberas.

DAE. Quis hic est, qui deos tam parupendit? \*

TR. Fraudis, sceleris, parricidij, periurij plenissimus,  
 Legirupa impudens, impurus, inuerecundissimus:  
 Vno uerbo absoluam, Leno st, quid illum porrò praedicem?

DAE. Edepol infortunio hominem praedicas donabilem.

TR. Qui sacerdoti scelestus faucis interpresserit.

DAE. At malo cum magno suo hercle fecit, ite istinc foràs.  
 Turbalio, Sparax ubi estis? TR. i obsecro intro, subueni  
 Illis. DAE. iterum haud imperabo, sequimini hac. TR. age nunc  
 Iube oculos elidere itidem ut sepijs faciunt coqui. (iam,

DAE. Propripite hominem pedibus hac itidem quasi occisam suem.

TR. Audio tumultum, opinor leno pugnis peccitur,  
 Nimis uelim improbissimo homini malas edentauerint.  
 Sed ecce ipsae huc egrediuntur timidae è phano mulieres.

TRACHALIO seruus. PALAESTRA,  
 AMPELISCA, duae mulieres.

PA. **N**unc id est cum omnium copiarum atq; opum,  
 Auxilij, praesidij, uiduitas nos tenet,  
 Nec ulla specula est quae salutem afferat,  
 Nec scimus quam in partem ingredi persequamur.  
 Maximo miserae in metu nunc sumus ambae,  
 Tanta importunitas, tantaq; iniuria  
 Facta in nos est modò hic intus ab nostro hero,  
 Qui scelestus sacerdotem animum praecipem  
 Reppulit, propulit, perquam indignis modis,  
 Nosq; ab signo intimo ui deripuit sua.  
 Sed nunc sese ut ferunt res fortunaeq; nostrae,  
 Par est moriri, neque est melius morte in malis

Rebus



- Rebus miseris. TR. quid est? quæ illic oratio si?  
 Cesso ego has consolari? heus Palestra. PA. qui uocat?
- TR. Heus Ampelisca. AM. obsecro quis est qui uocat?
- PA. Quis is est qui nominat? TR. si respexis, scies.
- PA. O salutis meæ spes. TR. tace ac bono animo es,  
 Me uide. PA. si modò id liceat, uis ne opprimat, cepta es.  
 Quæ uis uim mihi afferam ipsa adigit. TR. ah desine, nimis in-
- AM. Desiste dictis nunc iam miseram me consolari.
- PA. Nisi quid re præsidium apparatus Trachalio, acta hæc res est:  
 Certum est moriri, quàm hunc pati grassari lenonem in me.  
 Sed muliebri animo sum tamen, miseræ ubi uenit in mentem  
 Mihi mortis, metus membra occupat edepol. TR. etsi hoc acer  
bum, (inuenitur?  
 Bonum animum habete. PA. nam obsecro unde animus mihi
- TR. Ne inquam timete, assidite hic in aram. AM. istæc quid ara  
 Prodesse nobis plus potest, quàm signum in fano hic intus.  
 Veneris, quod amplexæ modò, unde abreptæ per uim miseræ.
- TR. Sedete hic modò, ego hinc uos tamen tutabor, aram habete  
 hanc  
 Vobis pro castris mœnia, hinc ego uos defensabo,  
 Præsidio Veneris maliciæ lenonis contra incedam.
- AM. Tibi auscultamus. & Venus alma ambæ ted obsecramus,  
 Aram amplexantes hanc tuam lacrimantes, genibus nixæ,  
 Nos in custodiam tuam ut recipias, & tutere:  
 Illos scelestos, qui tuum fecerunt fanum parui,  
 Ut ulciscare nosq; ut hanc tua pace aram obsidere  
 Patiare, quæ clautæ ambæ sumus opera Neptuni noctu,  
 Ne inuisas habeas, ne ue iccirco nobis uitio uortas,  
 Si quippiamst minus quod bene esse lautum tu arbitrare.
- TR. Aequum hasce petere intelligo, decet abs te id impetrari,  
 Ignoscere his te conuenit, metus has, id ut faciant, subigit.  
 Te ex concha natâ esse autumant, caue tu harum conchas sper-  
 Sed optumè eecum exit senex, patronus mihiq; & uobis. (uas.

M. ACCII PLAVTI  
 DAEMONES senex. LABRAX leno. MV-  
 LIERES DVAE. LORARI. TRA-  
 CHALIO seruus.

- E**Xi è sano natum quantum est hominum sacrilegissime,  
 Vos in aram abite sessum, sed ubi sunt? TR. huc respice.
- DAE.** Optumè. LO. istuc uolueramus, iube modò accedat propè.
- DAE.** Tur legirupionem hic nobis cum dis facere postulas?  
 Pugnū in os impinge. LA. iniqua hæc patior cum precio tuo.
- DAE.** At etiam minitatur audax. LA. ius meum creptum est mihi,  
 Meas mihi ancillas inuito me eripis. TR. ergo dato  
 De senatu Cyrenensi quemuis opulentum arbitrum,  
 Si tuas esse oportet, ni ue eas esse oportet liberas.  
 Neu te in carcerem compingier est aquum, etate m̄q; ibi  
 Te usq; habitare, donec totum carcerem contriueris.
- LA.** Non hodie isti rei auspicaui, ut cum furcifero fabuler,  
 Te ego appello. DAE. cū istoc primū, qui te nouit, disputa.
- LA.** Tecū ago. TR. atqui mecū agēdū st, sūnt ne ille ancille tuæ?
- LA.** Sunt. TR. agēdū ergo tange utramuis digitulo minimo modò.
- LA.** Quid si attigero? TR. extēplò hercle ego te follē pugilatorium  
 Faciam, & pendentem incursabo pugnis periurissime.
- LA.** Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abducere?
- DAE.** \* Est lex apud nos. LA. mihi cum uestris legibus  
 Nihil est commercij, e quidem istas iam ambas educam forās.  
 Tu senex si istas amas, huc arido argento st opus.
- DAE.** He autem Veneri complacuerūt. LA. habeat, si argentū dabit.
- DAE.** Do tibi argentum, nunc adēo ut scias meam sententiam,  
 Occipito modò illis afferre uim ioculo pausillulum,  
 Ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipse te ut non noueris.  
 Vos adēo, ubi ego innuero uobis, si, ne ei caput exoculasitis,  
 Quasi murteta iuncis, item ego uos uirgis circumuinciam.
- LA.** Viagis mecū. TR. etiam uim opprobras flagitij flagrantia.
- LA.** Tun trifurcifer mihi audes inclementer dicere?
- TR.** Fateor, ego trifurcifer sum: tu es homo apprimè probus.



- Num qui minus hasce oportet esse liberar. L A. quid, liberar?
- TR. Atq; heras tuas quidem hercle, atq; ex germana Græcia:  
Nam altera hæc est nata Athenis ingenuis parentibus.
- DAE. Quid ego ex te audio? TR. hanc Athenis esse natam liberam.
- DAE. Mæa popularis obsecro hæc est. TR. non tu Cyrenensis es?
- DAE. Immo Athenis natus, altusq; educatusq; Atticis.
- TR. Obsecro defende ciues duas senex. DAE. ô filia (nes,  
Meâ cum ego hæc uideo, mearum me absens miseriarũ commo  
Trima que perijt mihi iam tanta esset, si uiuit, scio.
- L A. Argentum pro istis ambabus cuiæ erant domino dedi,  
Quid mea refert, Athenis hæc nata, an Thebis sicut,  
Dum mihi rectè seruitutem seruiant. TR. ita ne impudens,  
Tu ne hic falsis uirginalis liberos parentibus  
Subiectos habebis, atq; indigno quæstu conderes?  
Nam huic altera patria que sit profectò nescio,  
Nisi scio probiorem hanc esse, quam te impuratisime.
- L A. Tu eni istæ sunt? TR. contende ergo, uter sit tergo uerior.  
Ni offermentas habebis pluris in tergo tuo,  
Quam ulla nauis longa clauos, tum ego ero mendacissimus:  
Postea aspicio meum, quando ego tuum inspectauero,  
Nisi erit tam syncerum, ut quiuis dicat ampullarius,  
Optimum esse opere faciundo corium, & syncerissimum.  
Quid causæ est, quin uirgis te usq; ad saturitatem sauciem.  
Quid illas spectas? quas si attigeris, oculos eripiam tibi.
- L A. Atqui, quia uetas, utr. amq; iam mecum abducam simul.
- DAE. Quid facies? L A. Vulcanũ adducam, is Veneris est aduersarius.
- DAE. Quò illiciti? L. heus ecquis hic est? heus. DAE. si attigeris ostiũ,  
Im hercle tibi messis in ore fiet mergis pugneis.
- L O. Nullum habemus ignem, ficis uictitamus aridis.
- DAE. Ego dabo ignem, si quidem in capite tuo confladi copia st. (ris?
- L A. Ibo hercle aliquò queritatũ ignem. DAE. quid tũ cum inueni-
- L A. Ignem magnum hic faciã. DAE. quin ut tu manũ exuras tibi.
- L A. Immo hasce ambas hic in ara ut uiuas comburã. DAE. id uolo.

Nam hercle ego te barba continuo arripia, & in igne conijcia,  
 Teq; ambustulatum obijciam magnis auib; pabulum.  
 Cum coniecturam egomet mecum facio, hæc illa est simia,  
 Quæ has hirundines ex nido uolt eripere ingratijs,  
 Quod ego in somnijs somniaui. T. Scin quid: tecum oro senex.  
 Ut illas serues, uim defendas, dum ego herum adduco meum.

DAE. Quære heru, atq; adduce. T R. at hic ne? D AE. maximo malo  
 suo,

Si attigerit, siue occeptasit. T R. cura. D AE. curatum est, abi.

TR. Hunc quoq; asserua ipsum, ne quò abiat. nam promissimus  
 Carnufici aut talentum magnum, aut hunc hodie sistere.

DAEMONES senex. LABRAX leno.

PALÆSTRA, AMPELISCA.

Vtrum tu leno cum malo libentius  
 Quiescis, an sic sine malo, si copia est?

LA. Ego quæ tu loquere, flocci non facio senex.

Meas quidem te inuito, & Venere, & summo Ioue,  
 De ara capillo iam deripiam. D AE. tange dum.

LA. Tangam hercle uerò. D AE. agedum ergo accede huc modò.

LA. Iube dum recedere istos ambo illuc modo.

D AE. Imò ad te accedent. LA. non hercle egomet censeo.

D AE. Quid ages, si accedent propius? LA. ego recessero.

Verum senex si te unquam in urbe offendero,  
 Nunquam hercle quisquam me lenonem dixerit,  
 Si non te ludos pessimos dimiscro.

D AE. Facito istuc quod minitaris, sed nunc interim,  
 Si illas attigeris, dabitur tibi magnum malum.

LA. Quàm magnum uerò? D AE. quantum lenoni sat est.

LA. Minacias ego istas flocci non facio tuas:

Equidem te inuito iam iambas rapiam. D AE. tange dum.

LA. Tangam hercle uerò. DAE. tange, sed scin quomodo?

I dum Turbalio atq; curriculo asser huc

Duas clauas. LA. clauas? DAE. probas, propra citò,



Ego te hodie saxo rectè acceptum, ut dignus es.

**L. A.** Eheu scelestus galeam in naui perdidì,  
Nunc mihi opportuna hic esset, salua si foret.  
Licet saltem istas mihi appellare. **D. A. E.** non licet.  
Ehem optinè edepol eccum clauator aduenit.

**L. A.** Illud quidem edepol tinnimentum est auribus.

**D. A. E.** Age accipe illanc alteram clauam Sparax,

Age alter istinc, alter hinc assiste.

Assistite ambo sic: audite nunc iam:

Si hercle illic illas hodie digito tetigerit

Inuitas, ni istunc istis inuitasitis

Vsq; adeò, donec quà domum abeat nesciat,

Peristis ambo, si appellabit quempiam,

Vos respondetote, istinc istarum uicem:

Si uerò hic ipse abire hinc uolet, quantum potest,

Exemplò amplectiote crura sustibus.

**L. A.** Etiam me abire hinc non sinent? **D. A. E.** dixi satis.

Et ille ubi seruus cum hero huc aduenerit,

Qui herum accersiuit, itote exemplò domum,

Curate hæc sultis magna diligentia.

**L. A.** Eheu hercle, ne istic fana mutantur citò,

Iam hoc Hercules est, Veneris phanum quod fuit,

Ita duo destituit signa hic cum clauis senex.

Non hercle quò hinc nunc gentium au fugiam scio,

Ita nunc mihi utrunq; seuit & terra & mare.

Palestra? **L. O.** quid uis? **L. A.** apage controuersia est

Hec equidem Palestra, que respondit non mea est,

Heus Ampelisca. **L. O.** caue sis infortunio.

**L. A.** Vt potest ignaui homines satis rectè monent.

Sed uobis dico, heus uobis num molestia est,

Me adire ad illas propius? **L. O.** nihil nobis quidem.

**L. A.** Nunquid molestum mihi erit? **L. O.** nihil, si caueris.

**L. A.** Quid est quod caueam? **L. O.** hem à crasso infortunio.

- LA. Queso hercle abire ut liceat. L. O. abeas, si uelis.  
 LA. Bene hercle factum, habeo uobis gratiam.  
 L. O. Non, accedam potius, illic tu asta illico.  
 LA. Edepol proueni nequiter multis modis,  
 Certum est hasce hodie usq; obsidione uincere.

PLEVSIDIPPVS adolescens. TRA-  
 CHALIO seruus. MULIERES  
 DVAE. LENO. LORARI.  
 CHARMIDES.

- M**Eam ne ille amicam leno ui uolentia  
 De ara deripere Veneris uoluit? TR. admodum.  
 PL. Quin occidisti extemplo? TR. gladius non erat.  
 PL. Caperes aut fustem, aut lapidem. TR. quid ego quasi canem,  
 Hominem insectarer lapidibus nequissimum?  
 LA. Nunc pol ego perij. Pleusidippus eccum adest,  
 Conuerret iam hoc me totum cum puluisculo.  
 PL. Etiam ne in ara tunc sedebant mulieres,  
 Cum ad me profectus ire? TR. ibidem nunc sedent.  
 PL. Quis illas nunc illic seruat? TR. nescio quis senex,  
 Vicinus Veneris, is dedit operam optimam,  
 Is nunc cum seruis seruat, ego mandaueram.  
 PL. Duc me ad lenonem recta, ubi illic est homo?  
 LA. Salue. PL. nihil salutem moror, opta ocys  
 Rapi te obtorto collo mauis, an trahi?  
 Vtrum uis opta, dum licet. L. A. neutrum uolo.  
 PL. Abi sane ad littus curriculo Trachalio,  
 Iube illos in urbem ire obuiam ad portum mihi,  
 Quos mecum duxi, hunc qui ad carnificem traderent,  
 Post huc redito, atq; agitato hic custodiam,  
 Ego hunc scelestum in ius rapiam exulem,  
 Age ambula in ius. L. A. quid ego deliqui? PL. rogas?  
 Quin arrabonem a me accepisti ob mulierem, &  
 Eam hinc abduxisti. L. A. non auexi. PL. cur negas?



- L A. Quia pol prouexi, auehere non quivi miser,  
Equidem tibi me dixeram præsto fore  
Apud Veneris sanum, quid multa? sum 'ne ibi?
- P L. In iure causam dicito, hic uerbum sat est.  
Sequere. L A. obsecro te subueni mi Charmides,  
Rapior obtorto collo. C H. quis me nominat?
- L A. Viden me ut rapior. C H. uideo, atq; inspecto lubens.
- L A. Non subuenire mihi audes? C H. quis homo te rapit?
- L A. Adulescens Pleusidippus. C H. ut nactus, habe  
Bono animo, melius est te in neruum correpere,  
Tibi obtigit quod plurimi exoptant sibi.
- L A. Quid id est? C H. ut id quod querant, inueniant sibi.
- L A. Sequere obsecro me. C H. pariter suades qualis es,  
Tu in neruum rapere, eò me obsecras, ut te sequar?  
Etiam retentas? L A. perij. P L. uerum sit uelim.  
Tumea Palestra & Ampelisca ibidem illico  
Mmete, dum huc ego redco. L O. equidem suadeo  
Ut ad nos abeant potius, dum recipis. P L. placet,  
Benefacitis. L A. fures mihi estis. L O. quid fures? P L. rape.
- L A. Oro obsecro Palestra. P L. sequere carnifex.
- L A. Hospes. C H. non sum hospes, repudio hospitium tuum.
- L A. Siccine me spernis? C H. sic ago, semel bibo.
- L A. Di te infelicent. C H. isti capiti dicito.  
Credo alium in aliam belluam hominem uortier.  
Illic in columbum credo leno uortitur.  
Nam in columbari collum haud multo post erit,  
In neruom ille hodie nidamenta congeret.  
Veruntamen ibo ci aduocatus ut siem,  
Si qui mea opera citius addici potest.

## ACTVS QVARTVS.

DAEMONES scenex.

**B**enefactum & uolupte est hodie me his mulierculis  
Tetulisse auxilium, iam clientas repperi,

Atq; ambas forma scitula atq; etatula.  
 Sed uxor scelestâ me omnibus seruat modis,  
 Nequid significem quippiam mulierculis.  
 Sed Gripus seruus noster, quid rerum gerat,  
 Miror, de nocte qui abiit piscatum ad mare,  
 Pot magis sapisset, si dormiuisset domi.  
 Nam nunc & operam ludos facit, & retia,  
 Vt tempestas est nunc, atq; ut noctu fuit.  
 In digitis hodie percoquam quod ceperit,  
 Ita fluctuare uideo uehementer mare.  
 Sed ad prandium uxor me uocat, redeo domum,  
 Iam opplebit me as aures sua uaniloquentia,  
 GRIPPVS piscator.

**N**Eptuno has ago meo patrono gratias,  
 Qui salis locis incolit pisculentis,  
 Cum me ex suis pulchrè ornatum expediuit  
 Templis reducem, plurima præda onustum,  
 Salute horæ quæ in mari fluctuoso  
 Piscatu nouo me uberi compotiuuit.  
 Miroq; modo, atq; incredibili hic piscatus mihi  
 Lepidè euenit, neq; piscium ullam unciam hodie  
 Pondo cepti, nisi hoc quod fero in rete.  
 Nam ut de nocte multa impigrè exurrexi,  
 Lucrum præposui sopori & quieti,  
 Tempestate seua experiri expetiui  
 Paupertatem heri, qui & meam sententiam  
 Tolerarem, opera haud sui parcus mea, nimis homo  
 Nihil est, qui piger est, nimisq; id genus odi ego malè.  
 Vigilare decet hominem, qui uult sua tempori cōficere officia.  
 Non enim illum expectare oportet, dum herus se ad suum sua  
 scitet officium,  
 Nam qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt.  
 Nam ego nunc mihi, qui impiger fui, repperi, ut piger si uelim  
 siem, Hoc



Hoc ego in mari quidquid inest reperi, quicquid inest, graue qui-  
dem est, aurum (tibi,

Hic ego inesse reor, nec mihi conscius est ullus homo. nunc haec

Occasio Gripe obtigit, ut liberet ex populo praetor te.

Nunc sic faciam, sic consilium est, ad herum ueniam doctum atque astutum,

Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber.

Iam ubi liber ero igitur, domum instruam, agrum, aedes, mancipia,

Nauius magnis mercaturam faciam, apud reges rex perhibebor.

Post animi causa mihi nauem faciam, atque imitabor Stratonicum,

Oppida circumuectabor: ubi nobilitas mea erit clara,

Oppidum magnum comunibo, eij ego urbi Gripe indam nomen,

Monimentum meae fame et factis, ibique regnum magnum instituam.

Magnas res hic agito in mentem instruere, nunc hunc uisulm  
condam.

Sed hic rex cum aceto pransurus est, et sale sine bono pulmento.

TRACHALIO seruus. GRIPVS

piscator.

**H**Eus mane. GR. quid maneam? TR. dum hanc tibi, quam  
trahis rudentem complico.

GR. Mitte modum. TR. at pro ego te adiuuabo. nam bonis quod

Bene fit, haud perit. GR. turbida tempestas heri fuit,

Nil habeo adolescens piscium, ne tu mihi esse postules.

Nam uides me referre uisulm rete, sine squamoso pecu.

TR. Non edepol piscis expeto, quam tui sermonis sum indigens.

GR. Enicas iam me odio quisquis es. TR. non finem ego abire hinc te, ma

GR. Cauesis malo, quid tu malum nam me retrahis? TR. audi. (ne.

GR. Non audio. TR. at pro quin audies post. GR. quoniam loquere quid

TR. Eodem modo, est operae precium, quod tibi ego narrare uolo. (quis?

GR. Eloquere quid id est? TR. uide nunc quispiam consequitur prope nos.

GR. Ecquid est, quod mea referat? TR. scilicet, sed boni consilij

Ecquid in te mihi est? GR. quid negotij est modum dic? TR. dicam,

Tace, si fidem modum das mihi te non fore in fidum.

GR. Do fidem tibi, fidus ero quisquis es. TR. audi fortum ego uidi

Qui faciebat, noueram dominum id cui fiebat, pōst ad  
 Furem egomet deuenio, seroq; ei conditionem hoc pacto:  
 Ego istuc furtum scio, cui factum est, nunc mihi si uis  
 Dare dimidium, indicium domino non faciam, is mihi nihil  
 Etiam respondit, quid inde æquum est dari mihi dimidium?  
 Volo ut dicas. G R. inò hercle amplius: nam nisi dat, domino di  
 Censeo. T R. tuo consilio faciam, nūc aduerte animum: (cundū  
 Nanq; hoc attinet omne ad te. G R. quid est factū? T R. uidulum  
 Istū cuius ille est, noui ego hominem iam pridem. G R. quid este

T R. Et quo pacto perijt. G R. at ego quo pacto inuentum si scio,  
 Et qui inuenit hominem noui, et dominus qui nunc est scio,  
 Nihilopol pluris tua hoc, quàm quanti illud refert mea,  
 Ego illum uoui cuius nunc est, tu illum cuius antehac fuit.  
 Hūc homo feret à me nemo, ne tute speres potius. T R. nō ferat,  
 Si dominus ueniat? G R. dominus huic nemo, ne frustra sies,  
 Nisi ego nemo natu' st, hunc qui cepi in uenatu meo.

T R. Ita'ne uerò? G R. ecquem esse dices in mari piscem meum,  
 Quos cum capio, siquidem cepi, mei sunt, habeo pro meis,  
 Nec manu afferuntur, neq; illinc partem quisquam postulat,  
 In foro palam omnes uendo pro meis uenalibus.  
 Mare quidem commune certo' st omnibus. T R. assentio,  
 Qui minus hunc communem queso mihi esse oportet uidulū.  
 In mari inuentum' st, cōmune est. G R. nā impudenter impudēs,  
 Nam si istuc ius sit quod memoras, piscatores perierint,  
 Quippe cum extemplò in macellum pisces prolati sient,  
 Nemo emat, suam quisq; partem piscium poscat sibi,  
 Dicat in mari communi captos. T R. quid ais impudens,  
 Ausus etiam comparare uidulum cum piscibus,  
 Eadem tandem res uidetur? G R. in manu non est mea,  
 Vbi demisi retem atq; hamum, quicquid hæsit, extraho.

Meum quod rete atq; hami nacti sunt, meum potissimum' st.  
 T R. Inò hercle haud est, si quidem quod uas excepiisti. G R. philoso  
 T R. Sed tur unquam piscator em uidisti uenefice (pbe.  
 Vidu-



- Vidulum piscem cepisse? aut protulisse illum in forum?  
 Non enim tu hic quidem occupabis omnis quæstus quos uoles,  
 Et uictorem & piscatorem te esse impurè postulas,  
 Vel te mihi monstrare oportet, piscis qui sit uidulus,  
 Vel quod in mari non natum est, neq; habet squamas, ne seras.
- GR. Quid tu, nunquã audiisti esse antehac uidulum piscẽ? T. scelus,  
 Nullus est. G R. immò est profectò, ego qui sum piscator scio,  
 Verò rarò capitur, nullus minus sæpe ad terram uenit.
- TR. Nil agis, dare uerba speras mihi te posse furcifer.  
 Quo colore est? G R. hoc colore capiuntur pauxilluli,  
 Sunt alij puniceo corio magni item atq; atri. T R. scio,  
 Tu hercle opinor in uidulum te piscem conuerteres, nisi caues:  
 Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuò.
- GR. Quod scelus hodie hoc inueni? T R. uerba facimus, it dies,  
 Vide sis cuius arbitrato nos facere uis? G R. uiduli  
 Arbitrato. T R. ita enim uero stultus es. G R. salue Thales.
- TR. Tu isthunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum,  
 Cuius hæc res arbitrato fiat. G R. quæso sanus es?
- TR. Elleborosus sum. G R. at ego ceritus, hunc non amittã tamen.
- TR. Verbũ adde etiam unũ, iã in cerebro colaphos abstrudam tuo.
- GR. Ego iam hic te itidem quasi penicillus nouos exurgeri solet,  
 Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi st.  
 Tange, affligam ad terram te itidem, ut piscem soleo polypum.  
 Vis pugnare? T R. quid opus st, quin tu potius prædam diuide.
- GR. Hinc tu nisi malum fruisi nihil potes, ne postules,  
 Abeo ego hinc. T R. at ego hinc offlectã nauem, ne quò abeam.
- GR. Si tu proreta isti nauis es, ego gubernator ero, (mane.  
 Mitte rudentem scelestæ. T R. mittam, omite uidulum.
- GR. Nunquam hercle hinc hodie ramenta fiet fortunator.
- TR. Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur,  
 Aut ad arbitrum reditur, aut sequestro ponitur.
- GR. Quem ne ego excepi in mari? T R. at ego inspectaui è litore.
- GR. Mca opera, labore & rete & horia. T R. num qui minus,

Si ueniat nunc dominus cuius est, ego qui inspectuū procul,  
Te hūc habere, fur sum, quā tu. G R. nihilo. T. mane maſtigia.  
Quo argumento socius non sum, et fur sum, fac dum ex te ſciā.

- G R. Nescio, neq; ego istas ueſtras leges urbanas ſcio,  
Nisi quia hunc meū esse dico. T R. & ego item esse aio meum.  
G R. Mane iam, reperi rem, quo pacto nec fur, nec socius ſies.  
T R. Quo pacto? G R. sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam uiam,  
Nec tu me cuiquam indicaſis, neq; ego tibi quicquam dabo.  
Tu taceto, ego muſitabo, hoc optimum atq; æquiſimum est.  
T R. Ecquid conditionis audes ferre? G R. iam dudum fero  
Ut abeas, rudentem amittas, mihi moleſtus ne ſies.  
T R. Mane dū refero conditionē. G R. te obſecro hercle aufer te mo-  
T R. Ecquem in his locis nouiſti? G R. oportet uicinos meos. (dō.  
T R. Vbi tu hic habitas? G R. porrō illic longē uſq; in cāpis ultimis.  
T R. Vin' qui in hac uilla habitat, eius arbitratu tu fieri?  
G R. Pauliſper remitte reſtem, dum concedo & conſulo.  
T R. Fiat. G R. euge ſalua reſ eſt, præda hæc perpetua eſt mea.  
Ad meum herum arbitrum uocat me hic intra præſepis meas.  
Nunquam hercle hodie abiudicabit ab ſuo triobolum,  
Ne iſte haud ſcit quam conditionem tetulerit, ibo ad arbitrum.  
T R. Quid igitur. G R. quanquam iſtuc eſſe tuſ meum certo ſcio,  
Fiat iſtuc potius, quā nunc pugnem tecū. T R. nunc places.  
G R. Quanquā ad ignotū arbitrum me appellis, ſi adhibebit fidem,  
Eſi eſt ignotus, notus eſt: ſi non, notus ignotiſſimus eſt.  
DAEMONES ſenex. MULIERES, PA-  
LAESTRA, AMPELIſCA, TRA-  
CHALIO, GRIPVS.  
S Erio edepol, quanquam uobis cupio quæ uoltis mulieres,  
M etuo propter uos, ne uxor mea me eſtrudat pedibus.  
Quæ me pellices adduce dicet ante oculos ſuos:  
Vos confugite in arā potius, quā ego. M V. miſere perijimus.  
DAE. Ego uos ſaluas ſiſtam, ne timeſte. ſed quid uos forās  
Proſequimini: quoniam ego aſſum, ſaciet nemo iniuriam.



Itē inquam domum ambo, nunc iam ex praesidio praesides.

GR. O here salve. DAE. salve Gripe, quid sit? TR. tuus ne hic seruus est?  
(quæso responde senex,

GR. Haud pudet. TR. nihil ago tecum. GR. ergo abi hinc sis. TR. Tuus hic seruus est? DAE. meus est. TR. hem istuc optime quādo tuus est.

Iterū te saluto. DAE. et ego te, tu'ne es qui haud multo prius Abisti hinc herum accersitum? TR. Ego is sum. DAE. quid nunc uis tibi?

TR. Nempe hic tuus est? D. meus est. TR. istuc optime quādo tuus est.

DAE. Quid negocisti? TR. uir scelestus illic est. D. quid fecit tibi Vir scelestus? TR. homini ego isti talos suffringi uolo.

DAE. Quid est, qua de re litigatis nunc inter uos? TR. eloquar.

GR. Immo ego eloquar. TR. ego opinor, rem facefso. GR. siq' em sis pudicus, hinc facefbas. D. Gripe animum aduerte ac tace.

GR. Vt in istuc prius dicat. D. Audi, loquere tu. G. alienor' prius,

Quā tuo dabis orationem? TR. ut nequitur comprime,  
Ita ut occæpi dicere, illum quem dudum \*

Lenonem extrusisti, hic eius uidulum eccillum.

GR. Non habeo. T. negas quod oculis uideo? G. at ne uideas uelim. Habeo, non habeo, quid tu me curas, quid rerum geram?

TR. Quomodo habcas illud refert, iure ne an ne iniuria?

GR. Ni istum cepi nulla causa est quin me condones cruci,

Si in mari reti adprehendi, qui tuum potius est, quā meum?

TR. Verba dat, hoc modo res gesta est, ut ego dico. G. quid tu ais?

TR. Quo ad primarius uir dicat, comprime hunc sis, si tuus est.

GR. Quid tu idem mihi uis fieri quod herus consueuit tibi?

Si ille te comprimere solitus, hic noster nos non solet.

DAE. Verbo illo modo ille uicit, quid nunc tu uis? dic mihi.

TR. Equidem neq; ego partem posco mihi istinc de istoc uidulo,

Neq; meum hodie esse unquam dixi, sed istuc inest cistellula

Huius mulieris, quam dudum dixi fuisse liberam.

DAE. Nempe tu hanc dicis, quam esse aiebas dudum popularem meā?

Admo-

- TR. Admodum, & ea quæ olim parua gesta uit crepundia,  
Istic in ista cistula insunt, quæ istic inest in uidulo,  
Hoc neq; isti usus est, & illi miseræ suppetias feret,  
Si id dederit qui suos parentes quærat. D. faciam ut det, tace.
- TR. Nihil ego hercle sum isti daturus. TR. nihil peto nisi cistulam,  
Et crepundia. GR. quid si ea sunt aurea? TR. quid istic tua?  
Aurum auro expendetur, argentum argento exæquabitur.
- GR. Facias aurum ut uideam, post ego faciam ut uideas cistulam.
- DAE. Caue malo ac tace tu, tu perge ut occæpisti dicere.
- TR. Vnum te obsecro, ut te huius commiserescat mulieris,  
Siquidem hic lenonis eius est uidulus quem suspicor.  
Hic nisi de opinione, certum nihil dico tibi.
- GR. Viden? scelestus ut aucupatur? TR. sine me ut occæpi loqui,  
Si scelesti illius est hic cuius dico uidulus,  
Hæ poterunt nouisse, ostendere his iube. GR. ain ostenderet?
- DAE. Haud iniquum dicit Gripe, ut ostendatur uidulus.
- GR. Immo hercle insignitè inique. D. qui dū? GR. quia si ostendero,  
Continuò hunc nouisse dicent scilicet. TR. scelerum caput,  
Ut tute es, item omnis censet esse? periurij caput.
- GR. Omnia istæc ego facile patior, dum hic hinc à me sentiat.
- TR. Atqui nunc abs te stat uerum hinc ibi testimonium.
- DAE. Gripe aduerte animum, tu paucis expedi quid postulas.
- TR. Dixi equidem, sed si parum intellexi, dicam denuò:  
Hæce ambas ut dudum dixi, ita esse oportet liberæ.  
Hæc Athenis parua fuit uirgo surrupta. GR. dic mihi,  
Quid ista ad uidulum pertinent, seruæ sint istæ an liberæ?
- TR. Omnia iterum uis memorari scelus, ut desiat dies.
- DAE. Abstine maledictis, & mihi quod rogauî dilue.
- TR. Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto uidulo,  
Vbi sunt signa, qui parentes noscere hæc possit suos,  
Quibus cum parua perijt Athenis, sicuti dixi prius.
- GR. Iuppiter te di que perdant, quid ais uir uenefice:  
Quid istæ mutæ sunt, quæ pro se fabulari non queant?

TR.



TR. Eò tacent, quia tacita bona st mulier semper, quàm loquens.

GR. Tum pol tu pro portione, nec uir nec mulier mihi es. (bonus.

TR. Quidum? GR. quia enim neq; loquens es, neq; tacens unquam

Quæso en unquã hodie licebit mihi loqui? DAE. si præter hac

Vnum uerbum faxis hodie, ego tibi comminuã caput.

TR. Vt id occæpi dicere senex, eam te quæso cistulam,

Vt iubeas hunc reddere illis, ob eam si quid postulat

Sibi mercedis dabitur: aliud quicquid ibi est, habeat sibi.

GR. Nunc demum istuc dicis, quoniam ius meum esse intelligis,

Dudum dimidiam petebas partem. TR. Immo etiã nunc peto.

GR. Vidi petere miluium, etiam cum nihil auferret tamen.

DAE. Non ego te comprimere possum sine malo. GR. si istic taceat,

Ego tacebo: si iste loquitur, sine me pro re mea loqui.

DAE. Cedo modò mihi istum uidulum Gripe. GR. concredam tibi,

Ac si istorum nihil sit, ut mihi reddas. D. reddetur. GR. tene.

DAE. Audi nunc iam Palæstra atq; Ampelisca hoc quòd loquor,

Est ne hic uidulus ubi cistellam tuam inesse aiebas? PA. is est.

GR. Perij hercle ego miser, ut priusquam planè aspexit, illico

Eum esse dixit. PA. Faciam ego hanc rem \*

\* planam tibi:

Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto uidulo,

Ibi ego dicam quicquid inerit nominatim, tu mihi

Nullum ostenderis. si falsa dicam, frustra dixero.

Vos tamen istæc quicquid istic inerit, uobis habebitis.

Sed si erunt uera, tum obsecro te, ut mea mihi reddantur. D. pla

lus merū oras meo quidem animo. TR. at meo hercle. \* (cet,

GR. Quid si ista aut superstitiosa, aut ariola est, atq; omnia

Quicquid insit uera dicet, an ni habebit ariola?

DAE. Non feret, nisi uera dicet, nequicquam ariolabitur.

Solue uidulū ergo, ut quid sit uerum, quamprimum sciam.

GR. Hoc habet, solutum est, aperi, uideo cistellam. DAE. hæccine

PA. Istæc est, ô mei parentes, hic uos conclusos gero, (est?

Hucopesq; spesq; uestrūm cognoscendūm condidi.

Tunc

- GR. Tunc tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es,  
Quæ parentis in tam angustum tuos locum compegeris.
- DAE. Gripe accede huc, tua res agitur, tu puella istinc procul,  
Dicito quid insit, & qua facie, memorato omnia.  
Si hercle tantillum peccassis, quod posterius postules,  
Tejad uerum conuerti, nugas mulier magnas egeris.
- GR. Ius bonum oras. TR. edepol haud orat te, nam tu iniurius.
- DAE. Loquere nunc iam puella. Gripe animum aduerte, ac tace.
- PA. Sunt crepundia. DAE. ecca uideo. perij in primo praelio.
- DAE. Mane, ne ostenderis, qua facie sunt? responde ex ordine.
- PA. Ensicula st aureolus primum literatus. DAE. dice dum,  
In eo ensicula litterarum quid est? PA. mei nomen patris,  
Post altrinssecus est securicula ancipes, item aurea  
Litterata, ibi matris nomen in securicula st. DAE. mane.  
Dic in ensiculo quod nomen est paternum? PA. Demones.
- DAE. Di immortales, ubi loci sunt spes mea? G. immò edepol mea.
- DAE. Pergite obsecro continuo placidè. GR. aut ite in malà cruccm?
- DAE. Loquere matris nomen hinc in securicula quid fiet.
- PA. Dædalis. DAE. di me seruatū cupiunt. GR. at me perditum.
- DAE. Filiam meam esse hanc oportet Gripe. GR. sit per me quidem.  
Quin te di omnes perdant, qui me hodie oculis uidisti tuis.  
M. q; adeò scelestum, qui non circumspexi centies  
Prius, me ne quis inspectaret, quàm rete extraxi ex aqua.
- PA. Post in sicilicula agenteola, & duæ connexæ manicule, &  
Sacula. GR. quin tu i die recta cum sacula & cum porculis.
- PA. Et bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die.
- DAE. Ea est profectò, contineri quin complectar non queo.  
Filia mea salue: ego is sum, qui te produxi pater,  
Ego sum Demones, & mater tua ecca hic intus Dædalis.
- PA. Salue mi pater insperate. DAE. salue, ut te amplector libens:
- TR. Volupe st, cum istuc ex pietate uestra uobis contigit.
- DAE. Capedum, hunc si potes ser intrò uidulum, age Trachalio.
- TR. Ecce Gripe scelera, cum istæc res malè euenit tibi,



Gripe gratulor. D AE. age eamus me a gnata ad matrem tuam,  
 Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere,  
 Quæ te magis tractauit, magisq; signa pernouit tua.

TR. Eamus intrò omnes, quando operam promiscam damus.

PA. Sequere me Ampelisca. A M. cū te dij amat, uoluptati est mihi.

GR. Sum 'ne ego scelestus, qui illunc hodie excepi uidulum,  
 Aut cum excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco?  
 Credebam edepol turbulentam præadam euenturam mihi,  
 Quia illa mihi turbulenta tempestate euenerat,  
 Credo edepol ego illic inesse auri & argenti largiter.  
 Quid melius est, q̄ ut hinc intrò abeā, & me suspendā clāculū,  
 Saltem tantisper dum abscedat hæc à me ægrimonia.

DAEMONES senex.

**P**Rob di immortales, quis me est fortunatior,

Qui ex improuiso filiam inueni meam?

Satin' si cui homini Dei esse benefactum uolunt,

Aliquo illud pacto obtingit optatum pijs.

Ego hodie qui neq; speraui, neq; credidi,

Is improuiso filiam inueni tamen,

Et eam de genere summo adolescenti dabo

Ingenuo, Atheniensi, & cognato meo.

Ego cum adeò accersi huc ad me quàmprimùm uolo,

Iustiꝰ; exire huc seruum eius, ut ad forum

Iret, nondum egressum esse eum id miror: tamen

Accedam opinor ad fores, quid conspicio?

Vxor complexa collo retinet filiam,

Nimis inepta atq; odiosa eius amatio est.

DAEMONES, TRACHALIO seruus.

**A**Liquando osculando melius est uxor pausam fieri,

Atq; adornare, ut rem diuinam faciam, cum intrò adue  
 nero,

Laribus familiaribus, cum auxerunt nostram familiam,

Sunt domi agni, & porcifacres. sed quid istum remoramini

Mulieres

Mulieres Trachalione? atq; optime, eccum exit foras.

TR. Vbi ubi erit, tamen inuestigabo, & mecum ad te adducam simul  
Pleusidippum. DAE. eloquere ut hæc res obtigit de filia,

Eum rogato, ut relinquat alias res, & huc ueniat. TR. licet.

DAE. Dicit daturum meam illi filiam uxorem. TR. licet.

DAE. Et patrem eius me nouisse, & mihi esse cognatum. TR. licet.

DAE. Sed propera. TR. licet. DAE. iam hic fac sis cœna ut curetur.  
TR. licet.

DAE. Omnia licet? TR. licet. sed scin quid est quod te uolo?

Quod promissisti ut memineras hodie ut liber sim. DAE. licet.

TR. Fac ut exores Pleusidippum, ut me emittat manu. DAE. licet.

TR. Et tua filia facito oret, facile exorabit. DAE. licet.

TR. Atq; ut mihi Ampelisca nubar, ubi ego sim liber. DAE. licet.

TR. Atq; ut gratum mihi beneficium factis experiar. DAE. licet.

TR. Omnia licet? DAE. licet. tibi rursus refero gratiam.

Sed propera ire in urbem actutum, & recipe te huc rursus. TR.  
licet. (licet,

Iam hic ero, tu interibi adorna ceterum quod opus est. DAE.

Hercules istum infelicet cum sua licentia,

Ita me as repleuit aures. quicquid memorabam, licet.

GRIPVSPiscator. DAE MONE S senex.

DAE. **Q**uam mox licet te compellare, Demones?  
Quid est negotij Gripe? GR. de illo uidulo  
Si sapias, sapias, habes quod di dant boni.

DAE. Aequum uidetur tibi ut ego, alienum quod est,  
Meum esse dicam? GR. quod ne ego inueni in mari.

DAE. Tanto melius illi obtigit, qui perdidit,  
Tuum esse nihilo magis oportet uidulum.

GR. Isto tu pauper es, cum nimis sanctè pius.

DAE. O Gripe Gripe, in ætate hominum plurimæ

Fiant transfennæ, ubi decipiuntur dolis.

Atq; edepol in eas plerunq; escam imponitur,

Quam si quis auidus poscit escam auariter,



Decipitur in transfenna auaritia sua.  
 Ille qui consultè, doctè, atq; astutè cauet,  
 Diutine ei uti bene licet, partum bene,  
 Mihi istec uidetur præda prædatum irier,  
 Ut cum maiore dote abeat quàm aduenerit.  
 Ego ne, ut quod ad me allatum esse alienum sciam,  
 Celestè? minimè istuc faciet noster Dæmones.  
 Semper cauere hoc sapientes æquisimum est,  
 Ne conscij sint ipsi maleficijs suis.  
 Ego mihi cum lusi, nihil moror ullum lucrum.

GR. Spectaui ego pridem comicos ad istum modum.  
 Sapienter dicta dicere, atq; ijs plaudier,  
 Cum illos sapientis mores monstrabant populo:  
 Sed cum inde suam quisq; ibant diuorsi domum,  
 Nullus erat illo pacto, ut illi iusserant.

DAE. Abi intrò, ne molestus, linguæ tempera.  
 Ego daturus tibi nihil sum, ne tu frustra sis.

GR. At ego deos quaeso, ut quicquid in illo uidulosi,  
 Si aurum, si argentum est, omne id ut fiat cinis.

DAE. Illuc est quod nos nequam seruis utimur.  
 Nam illic cum seruo siquo congressus foret,  
 Et ipsum sese & illum furti astringeret.  
 Dum prædam habere se censeret, interin  
 Præda ipsus esset, præda prædam duceret.  
 Nunc hinc intrò ibo, & sacrificabo, post ibi  
 Iubebo nobis coenam continuo coqui.

PLEVSIDIPPVS adolescens.

TRACHALIO seruus.

**I**Terum mihi istec omnia itera mi anime, mi Trachalio,  
 Mi liberte, mi patrone, immò potius mi pater.

Repperit patrem Palæstra suum atq; matrem? TR. repperit.

PL. Et popularis est? TR. opinor. PL. & nuptura  
 est mihi? TR. suspicor,

- PL. Censeo hodie despondebit eam mihi quæso? TR. censeo.  
 PL. Quid? patri etiam gatulabor cum illam inuenit? TR. censeo.  
 PL. Quid matri eius? TR. censeo. PL. quid ergo censes? TR.  
 quod rogas  
 Censeo. PL. dic ergo quanti censes? TR. ego ne? censeo.  
 PL. At sume quidem, ne censionem semper facias. TR. censeo.  
 PL. Quid si curram? TR. censeo. PL. an sic potius placide? TR.  
 censeo. (trem?)  
 PL. Etiam ne eam adueniens salutem? TR. censeo. PL. etiam ne pa  
 TR. Censeo. PL. post eius matrem? TR. censeo. PL. quid postea?  
 Etiam ne adueniens complectar eius patrem? TR. non censeo.  
 PL. Quid matrem? TR. non censeo. PL. quid eam pse illam? TR.  
 non censeo.  
 PL. Perij, delectum dimisit, nunc non censeo cum uolo.  
 TR. Sanus non es, sequere. PL. duc me mi patrone quò libet.

## ACTVS QVINTVS.

## LABRAX.

**Q**uis me est mortalium miserior, qui uiuat alter hodie,  
 Quæ ad recuperatores modò dānauit Pleusidippus.  
 Abiudicata à me modò est Palestra, perditus sum.  
 Nam lenones ex gaudio credo esse procreatos,  
 Ita omnes mortales siquid est mali lenoni, gaudent.  
 Nunc alteram illam, quæ mea est, uisam huc in Veneris sanum.  
 Saltem ut eam abducam, de bonis quod restat reliquiarum.

GRIPVS piscator. LABRAX leno.

- N**unquam edepol hodie ad uesperum Gripum inspicie  
 tis uiuum,  
 Nisi uidulus mihi redditur. LA. perij, cum mentionem  
 Fieri audio usquam uiduli, quasi palo pectus tundat.  
 GR. Istic scelestus liber est, ego qui in mari prehendi  
 Rete, atq; excepi uidulum, dare ei negatis quicquam.  
 LA. Prò di immortales, suo mihi hic sermone arrexist auris.  
 GR. Cubitum hercle longis litteris signabo iam usquequaque,  
 Si quis



- Si quis perdidit uidulum cum auro atq; argento multo,  
Ad Gripum ut ueniat, non feretis istum, ut postulatis.
- LA. Meum hercle illic homo uidulum scit, q; habet, ut ego opinor.  
Adeundus mihi illic est homo. di queso subuenite.
- GR. Quid me intrò reuocas? hoc uolo hic ante ostium extergere.  
Nam hoc quidem pol è robigine, non è ferro factum est:  
Ita quanto magis extergeo, rutilum atq; tenuius fit.  
Nanque quidem hoc uerè natum est, uerum ita in manibus cõ-  
fensecit.
- LA. Adolescens salue. GR. Di te ament cum irraso capite. LA.  
quid fit?
- GR. Verum extergetur. LA. ut uales? GR. quid tu? num medicus  
queso es?
- LA. Immò edepol una littera plus sum, quàm medicus. GR. tũ tu  
Mendicus es? LA. tetigisti acu. GR. uidetur digna forma.  
Sed quid tibi est? LA. hac proxima nocte in mari mihi & alij  
Confracta est nauis, perdidit quicquid erat miser ibi omne.
- GR. Quid perdidisti? LA. uidulum cum auro atq; argento multo.
- GR. Ecquid meministi in uidulo qui perit, quid insuerit ibi?
- LA. Quid refert qui perijt. GR. tamen si non hoc, aliud fabule-  
mur.
- Quid si ego sciam qui inuenerit? uolo ex te scire signa.
- LA. Nuni ostingenti aurei in marsupio insuerunt.  
Præterea centum denaria Philippea in pasceolo seorsus.
- GR. Migna hercle præda st, largiter mercedis indipiscar.  
Dij me, homines que respiciunt, bene ego hinc prædatus ibo.  
Profectò huius est uidulus, perge alia tu expedire.
- LA. Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena,  
Præterea sinus, Epichysis, cantharus, gaulus, cyathusq;.
- GR. Papæ diuitias tu quidem habuisti luculentas.
- LA. Miserum istuc uerbum & pessimum est, habuisse, & nihil  
habere.

M. ACCII PLAVTI

760

- GR. Quid dare uelis, qui istæc tibi inuestiget, indicetque, (cas.  
Eloquere proptere celeriter. L A. nummos trecentos. GR. tri
- L A. Quadringentos. GR. tram as putidas. L A. quingentos. GR.  
caßam glandem.
- L A. Sexcentos. GR. curculiunculos minutos fabulare.
- L A. Dabo septingentos. GR. os calet tibi, nunc id frigide factas.
- L A. Mille dabo numos. GR. somnias. L A. Nihil addo, abi. GR.  
igitur audi,  
Si hercle abiero hinc, hic non ero. L A. uin centum & mille?  
GR. dormis.
- L A. Eloquere hercle quãtum postules. GR. quo nihil inuitus addas.  
Talentum magnum, non potest triobolum hinc abesse, (deo,  
Proin tu uel atas, uel neges. L A. quid istic neccsum esse ui-  
Dabitur talentum. GR. accede dum huc, Venus hæc uolo ar-  
roget te.
- L A. Quod tibi libet, id mihi impera. GR. tange aram hanc Vene-  
ris. L A. tango.
- GR. Per Venerem hanc iurandum est tibi. L A. quid iurem? GR.  
quod iubebo. (cabo.
- L A. Præter uerbis quiduis, id quod domi est, nunquam ulli suppli-  
GR. Tene aram hanc. L A. teneo. GR. deiura te mihi argentum da-  
turum,  
Eodem illo die, uiduli ubi sis potitus. L A. fiat.
- GR. Venus Cyrenensis testem te testor mihi,  
Si uidulum illum, quem ego in naui perdididi,  
Cum auro atq; argento saluum inuestigauero,  
Isq; in potestatem meam peruenerit.
- GR. Tum ego huic Gripo dico, inquito, & me tangito.
- L A. Tum ego huic Gripo dico Venus, ut tu exaudias,  
Talentum argenti magnum continuo dabo.
- GR. Si fraudassis, dicitote uti te in quæstu tuo  
Venus eradicet caput atq; ætatem tuam,  
Tecum hoc habeto, tamen ubi iuraueris.

L A.



LA. Et illum ego aduersum si quid peccasso Venus,  
Veneror te, ut omnes miseri lenones sient.

GR. Tamen fiet: & si tu fidem seruaueris,  
Tu hic operire, iam ego saxo exhibit senex,  
Eum tu continuo uidulum reposcito.

LA. Si maximè mihi illum reddiderit uidulum,  
Non illi ego hodie debeo triobulum,  
Meus arbitratus est lingua quod iuret mea.  
Sed conticescam, eccum exit, & ducit senem.

GRIPVS piscator. DAEMONES senex.

LABRAX leno.

**S**equere hác, ubi istic leno est: heus tu, hem tibi hic habet  
uidulum.

DAE. Habeo & fatcor esse apud me, et si tutus est, habeas tibi  
Omnia, ut quaeq; inficre, ita salua sistuntur tibi,  
Tene si tuus est. LA. ô di immortales, meus est, salue uidule.

DAE. Tuus ne est? LA. rogitas, siquidem hercle Iouis fuit, meus est  
tamen.

DAE. Omnia insunt salua, una istinc cistella excepta est modo,  
Cum crepundijs, quibuscum hodie filiam inueni meam.

LA. Quam? DAE. tua quae fuit Palæstra, ea filia inuenta est  
mea.

LA. Bene me hercle est factum, cum istec tibi res ex sententia  
Pulcre euenit, gaudeo. DAE. istuc facile non credo tibi.

LA. Immò hercle ut scias gaudere, me mihi triobulum  
Ob eam ne duis, condono te. DAE. benignè edepol facis.

LA. Immò tu quidem hercle uerò. GR. heus tu iam ne habes uidu-  
lum?

LA. Habeo. GR. propera. LA. quid properabo? GR. reddere ar-  
gentum mihi.

LA. Neq; edepol tibi do, neque quicquam debeo. GR. quae hæc fa-  
ctio est?

- Non debes? L.A. non hercle uerò. GR. non tu iuratus mihi es?
- L.A. Iuratus sum, & nunc iurabo, si quid uoluptati est mihi, iusiurandum rei seruandæ, non perdendæ conditum est.
- GR. Cedo sis mihi talentum magnum argenti periurissime.
- DAE. Gripe quod tu istum talentum poscis? GR. iuratu'st mihi dare. L.A. libet iurare, tun' meo pontifex periurio es?
- DAE. Qua pro re argentum promisit hic tibi? GR. si uidulum istum redegissem in potestatem eius, iuratus dare mihi talentum magnum argenti. L.A. cedo qui cum habeam iudicem,
- Ni dolo malo instipulatus sis, ni' ue etiam dum siem Quinq; et uiginti natus annos, GR. habe cum hoc. L.A. alio'st opus,
- DAE. Iam ab isto auferre haud sinam, nisi istum condemna uero. Promisisti huic argentum? L.A. fateor. DAE. quod seruo meo Promisisti, mecum esse oportet. ne tu leno postules, Te hic fide lenonia uti: non potes. GR. iam te ratus Nactum hominem quem defraudares, dandum huic argentum est probum,
- Id ego continuo huic dabo, adeò me ut hic emittat manu.
- DAE. Quando ergo erga te benignus fui, atq; opera mea, Hæc tibi sunt seruata. GR. immò hercle mea, ne tu dicas tua.
- DAE. Si sapias, tacebis, tum te mihi benignè itidem addecet Benemerenti bene ferre gratiam. L.A. necpe pro meo Iure oras. DAE. mirum quin tuum ius meo periculo abs te expectam.
- GR. Saluus sum, leno labascit, libertas portenditur.
- DAE. Vidulum istic ille inuenit, illud mancipium meum est. Ego tibi hunc porrò seruauim cum magna pecunia.
- L.A. Gratiam habeo, & de talento nulla caussa est quin seras, Quod isti sum iuratus. GR. heus tu mihi dato ergo, si sapias.
- DAE. Tacen' an non? GR. Tu meam rem simulas agere, tibi nunc \* Non hercle istoc me interuortes, si aliam prædam perdidisti.
- DAE.



DAE. Vapulabis, verbū si addes istuc unum. GR. uel hercle enica,  
Non tacebo unquam alio pacto, nisi talento comprimor.

LA. Tibi operam hic quidem dat, taceo. DAE. concede hoc tuleris.  
no. LA. licet.

GR. Palam age, nolo murmur ullum, neq; susurrum fieri.

DAE. Dic mihi, quanti illam emisisti tuam alteram mulierculam  
Ampeliscam? LA. mille nummos denumeravi. D. uini tibi  
Conditionem luculentam ferre me? LA. sanè uolo.

DAE. Diuiduum talentum faciam. LA. benefacis. DAE. pro illa altera,

Libera ut sit, dimidium tibi sume, dimidium huic cedo.

LA. Maximè. D. pro illo dimidio ego Gripum emittam manu,  
quem propter tu uidulum, & ego natam inueni. LA. benefacis,

Gratiam habeo magnam. GR. quam mox mihi argentum er-  
go redditur? (uolo.

DAE. Res soluta est Gripe. ego habeo. GR. hercle, at ego me ma-

DAE. Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres, iurifurandi uolo

Gratiam facias. GR. peri hercle, nisi me suspendo, occidi.

Nunquam hercle iterum defraudabis me quidē post hunc diē.

DAE. Hic hodie cœnato leno. LA. fiat, conditio placet.

DAE. Sequimini intro, spectatores uos quoq; ad cœnam uocem,

Ni daturus nihil sim, neque sit quicquam collecti domi,

Ne ue adeo uocatos credam uos esse ad cœnam foras.

Verum si uoletis plausum fabulae huic clarum dare,

Commeſatum omnes uenitote ad me ad annos sedecim,

Vos hic hodie cœnatote ambo. LA. fiat. DAE. plausum date.

FINIS RVDENTIS.



Omen fabulæ ex re inditū. Introducitur enim piscator, qui in mari cepisset uidulum. Funca autem nauticos atq; omnino grandiores, rudentes dixere, siue à strepitu, seu aliunde. Argumentum tale est: Amiserat paruulam filiam cuius quidā Athenensis, ea uenerat lenoni Cyrenensi. Pater huius iniurijs ciuium suorum ad inopiam redactus, Athenis sese Cyrenas contulit. Puellā Atticam amat adulescens, & redimere uult: sed leno spe maioris lucri clanculum in Sicilia auehere illam parat. Naui autem fracta, hæc. & altera quædam conserua ipsius, ad litus Cyrenaicum in scapha referuntur: & leno reijcitur fluctibus, omnibus quæ secum auferre uoluerat bonis amissis. Repertas autem puellas ad fanum Veneris, abducere uult. Quibus senex ille Atticus opem fert, ignarus adesse filiam suam. Superuenit adolescens, lenonem in ius rapit. Senex filiam suam cognoscit de crepundijs, inditis in uidulum, quem seruus senis illius de mari extraxerat captum reti. Tum prospera contingunt omnibus omnia. Vxorem ducit puellam amaram adulescens. Lenoni pecunia redditur, & piscatori conciliatur libertas. Personæ huius fabulæ, *στυπαρίων* ab ascia, etsi à tegendo quibusdā placuit *στυπαρίων*, *πλουσία* *ἄπλη*, nomen magnificum à nautica & equestri re. Dæmones, uel est *Ἀμύνος*, popularis, uel *Ἀμύνος* fatali nomine. *παλαίστρα*, à ludo. *ἀμυλιόλη*, à uitibus. *πλοιομοκρατία*, fœminina forma *ἀπὸ τῆς πλοιομολιᾶτος*, qua uoce significatur uictoria hostium. *τραχαλίωρ*, seruile nomen, uel à collo, uel à curriculo potius factum. *λάβραξ*, significat lupum piscem. *χαρμίδης* appellatio à laticia ducitur. *γρίπης*, quem & *γρίφον* dixere, à reti. & ambages & captiones uerborum seu ænigmata, grifhos uocarunt. *γρίπης*, piscator est apud Theocritum. *γρυπός* autem is est, qui nasum aquilinum habet, qualis in Cyro celebratus fuit.

*Suapte.*) Ut suapte, suo pte. Versus sunt senarij iambici.

*Nomen Arcturo.*) Arcturus propriè dicitur ad femur seu coxâ Bootæ, quem & *ἀρκτερογάλα* nominant, stella clara, tempestatèciens occasu suo, qui est autumnalis. Est & hiemalis uespertinus.



**nus.** Sunt uersus similiter iambici senarij.

*Ambulo interd.*) Hiatus insuavis. Fortasse legendum, *Ambuloque.*

*Alium alia.*) Fortasse, *Alium quidem alia.*

*Donis hostijs.*) In uno exemplari uestigia indicabant scriptum fuisse hecatombis hostijs, quam scripturam nequaquam possum improbare.

*Ludo fidicino.*) Ut Ciceroni Oratore modi tibicini.

*Contracta est ibus.*) Ut in Milite, Ibus denumerem stipēdium.

*Pro di immortal.*) Et hi & sequentis scenæ uersus similes sunt superiorum, Senarij iambici

*Filiolam ego.*) Fortasse uerum, habiui. itaq; essent numeri pleniores, nisi legendum aliquis putet, eanc.

*Virile sexus.*) Annotat Non. ueteres usurpasse sexus, etiam in neutro genere,

*Exigūq; arund.*) Alibi, exagitasq; arund.

*Quiq; bercul.*) Suspecta mihi est lectio huius uersus.

*Si ad saxum quod.*) Alibi, quo.

*Cœnaturus uesp.*) In antiquo, *Vesper* legebatur. reliqua omnia sunt fideliter expressa. In Milite similiter dictū uideri possit, *Qui uesper* uiuat suo.

*Nimio homin.*) Senarij misti, multi *καλακτικῶν*. unus dimeter iambicus. Sed de ueritate numerorū nihil affirmamus, hoc quidem loco. Similiter & sequente, digesti sunt uersus in primos nouē septenarios, reliquos senarios cōfusus. quales sunt & proximi sequentis scenæ.

*Omnibus modis.*) Versus septenarij, siue tetrametri iambici catalectici, qui hipponactei uocantur.

*Hisce hami.*) Ut Terentius: *Hisce* hoc munere arbitrantur suā *Thaidem esse.*

*Ex urbe.*) Principium huius uersus oblitteratum erat in nostris libris. Suspiciari licet, deesse *Cotidie*, aut, *Illinc usq;*, aut *ne scio quid tale.*

*Ostreas.*) Græci in neutro genere dixerunt *ostrea*, & interdū penultima longa, ut in hoc uersu,

*Τὸς μὲν αἶνος ἐχει μέγας, ὄστρεα δ' ἀβυδῶς.*

iam conchas Græci etiam genere masculino protulerunt. Plagustias quas dicat, querēdū. Nisi pelagias significare uoluit, ut sit, pelagustias. Striatæ quidē à testæ quasi scalptura nominatæ & apud Plinium sunt.

*Aggredimur.*) Ab aggredi, penult. producta.

*Animo aduorsau.*) Similes uersus uersuū proximè superiorum, sicut & hanc sequentis scenæ.

*Silanum.*) Veterem scripturam nolui mutare. Et si non ignorabam, Silones quoq; esse, ut Frontones, Nasones.

*Credo hercle.*) Ita reliquimus hunc uersum ut scriptum inuenimus, cōstantibus quidem numeris. De sensu quod indicem, certi nihil habeo: nisi ad carcerem fortè allusum est, ubi damna tis uenena dabantur, ut sit, ἢ ἀναγκάω datum quod biberet.

*Quis est.*) Versus τετραμέτροι καταληκτικοὶ trochaici, præter ultimos octo, qui sūt senarij iambici: quo genere & sequētes mox duæ scenæ constant.

*Ad uos uenio.*) Curauimus exprimi repertam scripturam in nostris libris, mendosam quidem, & ut uideretur, mutilam.

*Præfiscimè.*) expeditissimè. Et apud Lucretium, adducēte Nonio, perfice. Præ autem & Per in compositione idem ualent. nisi potius, præfiscine, quod apud Charisium legitur, reponendum est.

*O Scirpe.*) Vel sirpe. Et sacciperium, à sacco & pera.

*Quid istuc est.*) Versus τετραμέτροι περὶ τῆς καταληκτικῆς.

*Visse si lubet.*) Vise intrò, si lubet. Ita essent numeri pleniore.

*Cicum non inter.*) Cicum, nihili, ob exilitatem, qualis est mēbranula in malis punicis. ne tantillū quidem se ait seruulus impendere uelle illius hospitis causa. Et Varronem suspicor hūc locū adduxisse, ubi interpretatur Ciccū. & est Plautus simili figura sermonis usus in Trinumo, Floccum non inter duim.

*Sed quid hic.*) Versus mutilus. affingi potest tale aliquid, intus obsecro.

*Prò Cyren.*) Versus similes proximè superiorum.

*Veneris signum.*) Imperfectus est uersus. Suspiciari cuius facile fuerit, atq; affingere quid deesse uideatur, ut ad hoc exemplū, Vir sceleratiss. aut, uir audacissimus.

Similiter



Similiter & tertius ab hoc compleri posset, tali clausula, Elo  
quere obsecro.

*Turbatio, Sparax.*) Lorariorum nomina. utrunq; Græcæ for-  
mæ. Prius ἀπὸ τῆς τύχης, τυρβαλίω, tumultuator. alterum ἀπὸ τῆς  
σπαράξιως, lacerator.

Nunc id est.) Versus ῥίμφοι, confusis & obscuris numeris, us-  
que ad hunc: Quæ uis uim mihi.

*Exi è sano.*) Versus trochaici archilochij.

*Est lex.*) Initium deest, fortasse hoc, Non licet inquam.

*Offermentas.*) Fortasse à ferro fecit, offerrmentas.

*Carnifici.*) Magnum, integrè legendum. aut deest fortasse ali-  
quid: ut, uerbi causa hic.

*Vtrum tu leno.*) Senarij sunt iambici, & horum similes uersus  
mox sequentium duarum scenarum.

*Ad portum.*) Verius esse puto, ad portam.

*Exulem.*) Deest aliquid, quod numeros trimetros absoluat.

*Sapisset.*) sicut Resipisse. annotauit & Priscianus.

*Nepituno has.*) Versus trimetri mistis numeris: usq; ad hunc,  
Vigilare op. unde deinceps τετραμυτροί sunt.

*Sententiam.*) Planè erat in nostris hoc uocabulum exaratum.  
quod si liceret architectari emendando, malle ego seruitu-  
tem: nisi suspicetur aliquis, Plautum seruientiam fortè fecisse,  
ut sapientiam,

*Stratonicum.*) στρατόνικος, uictor exercitus.

*Heus mane.*) Et hi sunt tetrametri promiscui, numeris obscu-  
ris: usq; ad illum, Namq; hoc att. Vnde est deinceps trochaica  
forma manifesta.

*Vuidum rete.*) Priscianus retem legit.

*In mari com.*) Priscianus, In mare. sed ut in nostris erat, mari,  
numeris magis congruit.

*Non enim.*) Secundum Homericam sententiam, ἰα. ψ'.

— ἰ δ' ἄρα πῶς ὄν,

ἢ πάντας ἔργοισι δαήμενα πάντα γινώσκει.

*Fruisci.*) Pro frui. Sed frunisci in nostris libris legitur, idq; ue-  
rum puto. & mox, Reditur, antiquè pro redditur.

*Scrio.*) Trochaici archilochij,

*Ita ut occipi.*) Hi duo uersus sine deficiuntur, sensu tamen constante. affingere poterit ad cōplendos numeros, quod cui que rectis. uisum fuerit.

*Caudeam.*) Significat cistellam textā uiminibus, aut iunco. ut Festus interpretatur: apud quē caudacę mendosum esse puto. *Faciā ego hanc rem.*) Deest aliquid, ut tale quippiā, Hāc rem ex incerta planam.

*At meo her.*) Hoc in uersu finis deest. Et suspicor personam in terponi debere nō Trachalionis, sed Gripi, ut *Ἐπιπύριος* cōstet. ac si tale esset: GR. at meo hercle iniuriam meram. Quid si ista, *Ἐπιδάλις.*) *Ἐπὶ τῷ Δαδάλῳ, Δαδάλῳ* forma patronymici feminini;

*Bamus intro.*) In hoc uersu, ante promiscam, quod promiscuē significat, aliquid deesse, litura in nostris libris indicare mihi uisa fuit.

*Prò di ìmmort.*) Senarij sunt iambici.

*Aliquando osc.*) Versus trochaici archilochij.

*Quam mox.*) Versus sunt senarij iambici.

*Sapientis.*) Sapientes, ut sapiens consilium. & poplo populo: ut uinclum, uiniculum.

*Quis me.*) Versus huius & proximē sequētis scenæ, sunt hipponactei septenarij, usq; ad hunc, Venus Cyren. à quo usq; ad finem scenæ, senarij iambici.

*Verè natum est uerum.*) Verum, ut Cornum, genum. Verè autē nascētia senectutē maximè putantur ferre. Si, Ver natum, legas, intelligemus uel caniciem, uel tanquam serpentinas exuias, quas in senectute exuere angues consueuerunt.

*Sequere hęc.*) Trochaici sunt archilochij

*Tacen an non.*) Versus *ἀτιθέε.*

*Murmur ullum.*) Nonius legit, Murmurillum.

FINIS.

STI-

P



## S T I C H V S

## DRAMATIS PERSONAE.

PANEGYRIS	mulier.
PINACIVM	mulier.
ANTIPHO	senex.
GELASIMVS	parasitus.
CROCOTIVM	ancilla.
DINACIVM	puer.
EPIGNOMVS.	
STICHVS	seruos.
PAMPHILIPPVS	adolescens.
SAGARINVS	seruos.
STEPHANIVM	ancilla.

## ARGVMENTVM.

Senex castigat filias, quod hae uiros  
 Tam perseuerent peregrinantis pauperes  
 Ita sustinere fratres, neq; relinquere.  
 Contraq; uerbis deleniunt commodis.  
 Habere sineret, quos semel nocte forent.  
 Viri reueniunt opibus aucti trans mare,  
 Suam quisq; retinet, ac Stichus ludus datur.

## PANEGYRIS, PINACIVM, sorores.

**C**redo ego miseram fuisse Penelopam,  
 Soror, suo ex animo quae tam uidua  
 Viro suo caruit: nam nos eius animum  
 De nostris factis noscimus, quarum uiri hinc absunt,  
 Quorumq; nos negocijs absentum, ut æquum est,  
 Sollicitæ noctes et dies soror sumus semper.

Pl. Nostrum officium nos facere æquum est, neq;  
 Id magis facimus, quam nos monet pietas.  
 Sed hic mea soror asis dum, multa uolo tecum  
 Loqui de re uiri. P. A. saluæ ne amabo?

Spero

- PI.** Spero quidem, & uolo: sed hoc soror crucior,  
 Patrem tuum meumq; adeò unice qui unus  
 Ciuibus ex omnibus probus perhibetur,  
 Eum nunc improbi uiri officio uti,  
 Viris qui tantas absentibus nostris  
 Facit iniurias, immeritò,  
 Nosq; ab his abducere uolt.  
 He res uitæ me soror saturant.  
 He mihi diuidiæ & senio sunt.
- PA.** Neu lacruma soror, neu tuo id animo  
 Fac quod tibi tuus pater facere minatur.  
 Spes est cum melius facturum.  
 Noui ego illum, istæc ioculo dicit,  
 Neq; ille sibi mereat Persarum  
 Montes, qui esse aurei perhibentur,  
 Ut istuc faciat, quod tu metuis.  
 Tamen si faciat, minimè irasci  
 Decet: neq; id immeritò eueniet.  
 Nam uiri nostri domo ut abierunt,  
 Hic tertius annus. P. I. ita ut memoras.
- PA.** Cum ipsi interea uiuant, ualeant,  
 Vbi sint, quid agant, ecquid agant,  
 Neq; participant nos, neq; redeunt.
- PL.** An id doles soror, quia illi suum officium  
 Non colunt, cum tuum facis? P. A. ita pol.
- PI.** Tace sis, caue sis audiam ego istuc,  
 Caue, posthac ex te. P. A. nam quid iam?
- PI.** Quia pol meo animo omnis sapientis  
 Suum officium æquum est colere, & facere.  
 Quamobrem ego te hoc soror, tametsi es maior,  
 Moneo, ut tuum memineris officium.  
 Et, si illi improbi sint, atq; aliter  
 Nos faciant, quàm æquum est: tamen pol

Ne quid



- Ne quid magis simus omnibus obnoxia opibus,  
 Nostrum officium meminisse decet.
- PA. Placet, taceo. PI. at meminere facito.
- PA. Nolo ego soror me credi esse immemorem uiri,  
 Neq; ille eos honores mihi quos habuit, perdidit.  
 Nam pol mihi grata acceptaq; huius est benignitas.  
 Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.  
 Neq; est cur nunc studeam has nuptias mutarier.  
 Verum postremò in patris potestate est situm.  
 Faciendum id nobis quod parentes imperant.
- PI. Scio, atq; in cogitando mœrore augeor.  
 Nam propemodum iam ostendit suam sententiam.
- PA. Igitur queramus, nobis quid factò usus sit.

ANTIPHO, PANEGYRIS, PI-  
 NACIVM.

**Q**ui manet ut moncatur semper seruos homo officium  
 suum, (bus est.

Nec uoluntate id facere meminit seruos, is habitu haud pro-  
 Vos meministis quot calendis petere demensum cibum,  
 Qui minus meministis, quod opus sit factò, facere in ædibus,  
 Iam quidem in suo quicq; loco nisi erit mihi sitù suppellectilis,  
 Cum ego reuortar, uos monumentis commone faciam bubulis.  
 Non homines habitare mecum mihi hic uidentur, sed sues.  
 Facite, sultis, nitidæ ut ades meæ sint, cum redeam domum.

Iam ego domi adero, ad meam maiorem filiam inuiso domum.  
 Si quis me queret, inde uocatote aliqui, aut iã egomet hic ero.

- PI. Quid agimus soror, si affirmabit pater aduersum nos? PA. p<sup>a</sup>  
 Nos oportet quod ille faciat, cuius potestas plus potest. (ti
- AN. Si manere hic sese malint potius, quàm alio nubere,  
 Non faciam. quid mihi opus est decurso ætatis spacio, cum eis  
 Gerere bellū, cum nihil quam obrem faciam, meruisse arbitrer.  
 Minimè uolo turbas. sed hoc mihi optimum factu arbitror.  
 Principium ego quo pacto cū illis occipiam, id ratiocinor,

Vtrum ego perplexim laceſſam oratione ad hunc modum,  
 Quasi nūquam quicquā in eas simulē, quasi nihil inaudiuerim,  
 Eas in se meruisse culpam, an potius tentem leniter,  
 An minaciter? scio litis fore, ego meas noui optumē.  
 Exorando, haud aduersando sumendam operam censeo.

PI. Gratiam à patre si petimus, spero ab eo impetrassere:  
 Aduersari sine dedecore & scelere summo haud possumus,  
 Neq; ego factura sum, neq; tu ut facias consilium dabo.  
 Verum ut exoremus, noui ego nostros, exorabili st.

AN. Sic faciam, a simulabo quasi aliquā culpam in sese admiserint,  
 Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.  
 Post id agā igitur: deinde, ut animus meus erit, faciam palam.  
 Multa scio facienda uerba: ibo intrò, sed aperta est foris.

PI. Certò enim mihi paternæ uocis sonitus auris accidit.

PA. Is est ecastor, ferre aduersum hominem occupemus osculum.

PI. Saluc mi pater. AN. & uos ambæ illico agite, assidite.

PI. Osculum. AN. sat est mihi osculi uestri. PI. qui amabò pater?

AN. Quia ita meæ animæ salura euenit. PI. asside hic pater.

AN. Non sedeo, istic uos sedete, ego sedero in subsellio. (mibi.)

PI. Mane puluinum. AN. bene procuras mihi, satis sic sultum est

PI. Sine pater. AN. quid opus est? PI. opus est. AN. morē tibi ge-  
 ram, atq; hoc satis est.

PI. Nunquam enim nimis curare possunt suum parentem filiæ,  
 Quē æquius est nos potioſorem habere, quàm te? postidea pater  
 Viros nostros, quibus tu uoluisti esse nos matres familias.

AN. Bonas ut æquum est facere, facitis: cum tamen absentis uiros  
 Perinde habetis, quasi præsentes sint. PI. pudicitia est pater  
 Eos magnificare, qui nos socias sumserunt sibi.

AN. Nunquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus?

PA. Nullus præter nos, teq; AN. uostrum animum adhiberi uolo.  
 Nam ego ad uos nunc imperitus rerum, & morum mulierum,  
 Discipulus uenio ad magistras, quibus matronas moribus,  
 Quæ optumæ sunt esse oportet, sed utraq; ut dicat mihi.

Quid



- PA. Quid istuc est, quod huc ex quaesitum mulierum mores uenis?
- AN. Pol ego uxorem quero, postquam uostra mater mortua est.
- PA. Facile inuenies & peiorem, & peius moratam pater,  
Quam illa fuit: meliorem neq; tu reperies, neq; sol uidet.
- AN. At ego ex te exquiro, atq; ex istac tua sorore. PI. Edepol pater  
Scio ut oportet esse, si sint ita, ut ego equum censeo.
- AN. Volo scire ergo ut equum censes. PI. ut per urbem cum ambulent,  
Omnibus os obturent, ne quis merito maledicat sibi.
- AN. Dic uicissim nunc iam tu. PI. quid uis tibi dicam pater?
- AN. Vbi facillime spectatur mulier quae ingenio est bono.
- PA. Cui malefaciendi est potestas, quae ne faciat, id temperat.
- AN. Haud male istuc, age tu altera, utra sit condito pensior,  
Virginem an uiduam habere? PI. quanta mea sapientia est,  
E' malis multis, malum quod minimū est, id minimum est malū.  
Qui potest mulieres uitare, uitet: ut cotidie  
Pridie caueat, ne faciat quod pigeat postridie.
- AN. Quae tibi mulier uidetur multo sapientissima?
- PA. Quae tamen, cum res secundae sunt, se poterit noscere.  
Et illa quae equo animo patietur sibi esse peius, quam fuit.
- AN. Edepol uos lepidè tentauit, uostrumq; ingenium \*  
Sed hoc est quod ad uos uenio, quodq; esse ambas conuētas uolo.  
Mibi autores ita sunt amici, ut uos hinc abducam domum.
- PA. At enim nos, quarum res agitur, aliter autores sumus.  
Nam aut olim, nisi tibi placebant, non datas oportuit:  
Aut nunc non equum est abduci, pater, illisce absentibus.
- AN. Vos ne ego patiar cum mendicis nuptas me uiuo uiris?
- PI. Placet ille meus mihi mendicus, suus rex reginae placet.  
Idem animus est in paupertate, qui olim in diuitijs fuit.
- AN. Vos ne latrones & mendicos homines magnipenditis?
- PA. Non tu me argento dedisti, opinor, nuptum, sed uiro.
- AN. Quid illos expectatis, qui abhinc iam abierunt triennium,  
Quin uos capitis conditionem ex pessuma primariam?
- PA. Stultitia est, pater, uenatum ducere inuitas canes.

- Hostis est uxor, inuita quæ ad uirum nuptum datur.
- AN. Certum ne est neutram uestrarum persequi imperium patris?
- PI. Persequimur, nam quod dedisti nuptum, abire nolumus.
- AN. Bene ualete, ibo atq; amicis uostra consilia eloquar.
- PA. Probiores credo arbitrabunt, si probis narraueris.
- AN. Curate igitur familiarem rem, ut potestis optumè.
- PA. Nunc placet, cum rectè monstres: nunc tibi auscultabimus.  
Nunc soror nos abeamus intrò. PI. immò interuisam domum:  
Si à uiro tibi fortè ueniet nuncius, facito ut sciam.
- PA. Neq; ego te celabo, neq; tu me celassis quod scies.  
Ehò Crocotium, i parasitum Gelasimum huc accersito,  
Tecum adduce, nam illum ecastor mittere ad portum uolo,  
Si quæ fortè ex Asia nauis heri aut hodie uenerit.  
Nam dies totos apud portum seruos unus asidet.  
Sed tamen uolo interuisi, propera, ac actutum redi.
- PARASITVS GELASIMVS. CROCO-  
TIVM ancilla.

GE. **F**amem fuisse suspicor matrem mihi:  
Nam postquam natus sum, satur nunquam fui,  
Quam ego matri meæ refero inuitissimus,  
Neq; retulit, quam ego refero meæ matri fami:  
Nam me illa in aluo menses gestauit decem,  
At ego illam in aluo gesto plus annos decem.  
Atq; illa puerum me gestauit paruulum,  
Quo minus laboris illam cepisse existimo:  
At ego non pauxillulam in utero gesto famem,  
Verum hercle multo maximam & grauissimam.  
Vteri dolores mihi oboriuntur cotidie.  
Sed matrem parere nequeo, nescio quomodo.  
Audiui sæpe hoc uulgo dicier,  
Solere elphantum grauidam perpetuos decem  
Esse annos, eius ex semine hæc certò est fames:  
Nam iam complures annos utero hæret meo.



Nunc si ridiculum hominem quæret quispiam,  
 Venalis ego sum, cum ornamentis omnibus.  
 Inanimentis explementum quærito.  
 Gelasimo nomen mihi indidit paruo pater,  
 Propter paupertatem hoc adeo nomen repperi.  
 Quia inde iam à pausillo puero ridiculus fui.  
 Eo quia paupertas fecit, ridiculus forem.  
 Nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit.  
 Per annonam caram dixit me natam pater,  
 Propterea credo nunc ego esurio acrius.  
 Sed generi nostro hæc reddita est benignitas,  
 Nulli negare solco qui esum me uocat.  
 Oratio unà interijt hominum pessume,  
 Atq; optima hercle meo animo & scitissima,  
 Quæ antè utebantur, ueni illò ad cœnam, sic face,  
 Promitte uerò, ne grauare, est commodum.  
 Volo inquam fieri, non amittam, quin eas.  
 Nunc repererunt ei uerbo uicarium,  
 Nihil quidem hercle uerbum ac uilissimum,  
 Vocem te ad cœnam, nisi egomet cœnem foris,  
 Ei hercle uerbo lumbos defractus uelim,  
 Ni uerè perierit, si cœnasset domi.  
 Hæc uerba subigunt me, mores ut barbaros  
 Discam, atq; ut faciam præconis compendium,  
 Itaq; auctiõnem prædicem, ipse ueneam.

CR. Hic ille est parasitus, quem accersitum missa sum.

Quæ loquitur, auscultabo, priusquam colloquar.

GE. Sed curiosi sunt hic quàm plures mali,

Alienas res qui curant studio maximo,

Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua,

Ei quando quem auctiõnem facturum sciunt,

Adeunt. perquirunt quid fiet causæ illico,

Alienum æs cogat, an pararit prandium,

Vxorin' sit reddenda dos diuortio?  
 Eos omnis, tametsi hercle haud indignos iudico,  
 Qui ut multum miseri sint, laborent, nihil moror.  
 Dicam aucttionis causam, ut animo gaudeant.  
 Nam curiosus nemo est, quin sit malucolus.  
 Ipse egomet quamobrem aucttionem praedicem,  
 Damna euenerunt maxima misero mihi,  
 Ita me mancipia miserum effecerunt male,  
 Potationes plurimae demortuae,  
 Quot adeo coenae, quas desleui, mortuae?  
 Quot potiones mulsisti, quot autem prandia?  
 Quae inter continuum perdidisti triennium.  
 Prae morore adeo miser atque aegritudine  
 Consenui, penè sum fame emortuus.  
 Ridiculus aequè nullus est, quam quando esurit.  
 Nunc aucttionem facere decretum est mihi,  
 Foras necessum est quicquid habeo uendere.  
 Adeste sultis, praeda erit praesentium.  
 Logos ridiculos uendo, agite licemini.  
 Qui coena poscit? ecqui poscit prandio?  
 Hercules te amabit prandio? coena tibi?  
 Ehem annuisti? nemo meliores dabit.  
 Nullis meliores esse parasitos sinam.  
 Vel unctioes graecas, sudatorias,  
 Vel alias malis malacas crapularias,  
 Cauillationes, assentatiunculas,  
 Ac periuratiunculas parasiticas,  
 Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam,  
 Parasitum inanem, quo recondas reliquias.  
 Haec uenisse iam opus est, quantum potest,  
 Vti decumam partem Herculi polluceam.  
 CR. Ecastor aucttionem haud magni precij.  
 Adhaesit homini ad infimum uentrem fames.



Adibo hominem. GE. quis hæc est, quæ aduersum it mihi?  
Epignomi ancilla hæc quidem est Crocotium.

CR. Gelasime salue. GE. non est id nomen mihi.

CR. Certò mecastor id fuit nomen tibi.

GE. Fuit disertum, uerum id usu perdidit:

Nunc Miccotrogus nomine ex uero uocor.

CR. Heu ecastor, risi te hodie multū. GE. quando, aut quo in loco?

CR. Hic, cum auctionem prædicabas. GE. pessima

Ehor audiuisti? CR. te quidem dignissimam.

GE. Quò nunc is? CR. ad te. GE. quid uenis? CR. Panegyris

Rogare iussit te multo opere maximo,

Mecum simitu ut ires ad sese domum.

GE. Ego illò me hercule uerò eo quantum potest.

Iam ne exta cocta sunt, quot agnis fecerat?

CR. Illa quidem nullum sacrificauit. GE. quomodo?

Quid igitur me uolt? CR. tritici modios decem

Rogare, opinor, te uolt. GE. me ne ut ab se petam?

CR. Immò ut abs te mutuum nobis dares.

GE. Negato esse quod dem, nec mihi, nec mutuum,

Nec aliud quicquam, nisi hoc quod habeo pallium:

Linguam quoq; mihi etiam esse uenditariam.

CR. Hau nulla tibi lingua est, quæ quidem dicat, dabo?

GE. Veterem reliqui, eccam illam, quæ dicat cedo.

CR. Malum tibi di dent. GE. hæc eadem dicit tibi.

CR. Quid nunc, iturus an non? GE. abi sanè domum,

Iam illò uenturum dicito, propera, atq; abi.

Demirror quid illæc me ad se accersi iusserit,

Quæ nunquam iussit me ad se accersi ad hunc diem,

Postquam uir abiit eius. mirror quid fiet,

Nisi ut periculum fiat, uisam quid uelit.

Sed eccum Dinacium eius puerum. hoc uide

Satin' ut facete, atq; ex pictura astitit.

Ne iste edepol uinum poculo pauxillulo

Sepe exanclauit submerum scitissimè.

DINACIVM puer. GELASIMVS

parasitus.

(patri

- DI. **M**ercurius Iouis qui nuncius perhibetur, nunquam aequè  
 suo nunciū lepidum attulit, quàm ego nunc meæ heræ  
 itaq; onustū pectus porto letitia, lubentiaq; (nunciabo.  
 Neq; lubet, nisi gloriose, quicquam proloqui. profectò  
 Amœnitates omnium uenerum atq; uenustatum affero,  
 Ripisq; superat mihi atq; abundat pectus letitia meum.  
 Propterea Dinacium pedes hortare honesta dicta factis.  
 Nunc tibi potestas adipiscendi est gloriam, laudem, decus.  
 Heræq; egenti subueni, benefacta maiorum tuorum exauge.  
 Quæ misera expectatione est Epignomi aduentu uiri.  
 Proinde ut decet, amat uirū suum cupidè, nunc expedi Dinaciū.  
 Age ut placet, curre ut lubet, caue quenquam floccifigeris.  
 Cubitis depulsa de uia, tranquillam concinna uiam.  
 Si rex obstabit obuiam, regem ipsum prius peruortito,  
 GE. Quid nam dicam Dinacium  
 Lasciuibundum tam lubenter currere?  
 Harundinem fert, sportulamq; & hamulum piscarium.  
 DI. Sed tandem opinor æquius est heram mihi esse supplicem,  
 Atq; oratores mittere ad me, donaq; ex auro, & quadrigas  
 Qui uehar, nam pedibus ire non queo, ergo iam reuortar.  
 Ad me iri & supplicari egomet mihi censeo æquum.  
 An uerò nugas censeas, nihil esse quod ego nunc scio.  
 Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande.  
 Vix ipsa domina hoc, nisi sciat, exoptare à dis audeat.  
 Nunc ultrò hoc deportè, haud placet, neq; id uero officii arbi-  
 Hic hoc uidetur mihi magis meo conuenire huic nuncio, (tror.  
 Aduersum ut ueniat, obsecret se ut nuncio hoc impertiam.  
 Secundas fortunas decent superbia.  
 Sed tandem cum recogito, qui potuit scire hæc scire me?  
 Non enim possum, quin reuortar, quin loquar, quin edisertem.  
 Heram



Heramq; ex mœrore eximam, benefacta maiorum incum  
 Exaugeam, atq; illam augeam ex insperato oportuno modo.  
 Contundam facta Talthybij, contemnamq; omnis nuncios.  
 Simulq; ad cursuram meditabor me ad ludos Olympiæ.  
 Sed spacium hoc occidit, breue st curriculo, quam me poenitet.  
 Quid hoc? oclusam ianuam uideo, ibo & pultabo fores. (ram.  
 Aperite atq; appropere, fores facite ut pateant, remouete mo  
 Nimis hæc res sine cura geritur, uide quam dudum hic ædes pulto  
 Non operã datis, experiar fores, an cubiti an pedes plus ualeat,  
 Nimis uellẽ hæc fores herũ fugissent, ea caussa ut haberet malũ,  
 Defessus sum pultando,  
 Hoc est postremum uobis.

GE. Ibo, atq; hunc compellabo.

Saluus sis. DI. & tu salue.

GE. Iam tu piscator factus.

DI. Quampridem non edisti?

GE. Unde is, quid fers, quid festinas?

DI. Tua quod nihil refert, ne

Cures. GE. quid istic inest?

DI. Quas tu uides colubras?

GE. Quid tam iracundus? DI. si in te

Pudor astit, non me appelles.

GE. Possum scire ex te uerum?

DI. Potes, hodie non cœnabis.

PANEGYRIS mulier. GELASIMVS,

DINACIUM.

PA. **Q**uis nam obsecro has frangit fores? ubi est?

Tur hæc facis? tur mihi huc hostis uenis?

GE. Salue, tuo accersitu uenio huc. PA. ear gratia fores effringis?

GE. Tuos inclama, tui delinquunt, ego quid me uelles uisebam,  
 Nam equidem harum miserebat. DI. ergo auxilium prope re la-  
 tum est.

PA. Quis nam hic loquitur tam prope nos. DI. Dinacium. PA. ubi is

est

Cc 4

Respice

- DI. Respice me, & relinque agentem parasitum Panegyris.  
 PA. Dinacium. D. istuc indidere nomen maiores mihi.  
 PA. Quid agis? D. quid agā rogitas? PA. quid ni rogitem? D. quid me  
 PA. Men rogas propudiose, eloquere properē Dinaciū. (cū est tibi?  
 DI. Iube me omittere igitur hos qui retinēt. PA. q̄ retinēt. D. rogas?  
 Omnia membra lassitudo mihi tenet. PA. linguam quidem  
 Sat scio tibi non tenere. D. ita celeri curriculo sui  
 Properē à portu tui honoris caussa. PA. ecquid apportas bonis?  
 DI. Nimio impertior multo tanta plus, quàm speras. PA. salua sum.  
 DI. At ego perij, cui medullam lassitudo peribit.  
 GE. Quid ego cui misero medullā uentris percepit fames. (mos.  
 PA. Ecquē cōuenisti? D. multos. PA. at uirū ecquem? D. quàm pluri-  
 Verūm ex multis nequiorē nullum, quàm hic ē. GE. quo modo  
 Iamdudum ego istum patior, dicere iniustē mihi  
 Præter hac si me irricas sis. D. edepol esuricus malē.  
 GE. Animum inducam, ut istuc uerum te elocutum esse abitrer.  
 DI. Munditiās uolo fieri, efferte huc scopas, simulq; arundinem,  
 Ut operam omnem arancarum perdā, & texturam improbam,  
 Deijciamq; earum omnis telas. GE. misere algebunt postea.  
 DI. Quid illas itidem esse cēses, quasi te cū ueste unica. (GE. fecero.  
 Cape illas scopas. GE. capiā. D. hoc egomet, tu hoc conuerre.  
 DI. Ecquis huc effert Nasiternam cum aqua? GE. sine suffragio  
 Populi, tamen ædilitatem hic quidem gerit. D. age tu ocuis  
 Pingē, humū consperge ante ædis. GE. faciā. D. factū oportuit.  
 Ego hinc araneas de foribus deijciam, & de pariete,  
 Edepol rem negotiosam, PA. quid sit, nihil etiam scio,  
 Nisi fortē hospites uenturi sunt. D. lectos sternite.  
 PA. Principium placet de lectis. D. alij ligna cadite,  
 Alij pisces depurgate, quos piscator attulit, (sapit.  
 Pernam & glandium deijcite. GE. hic hercle homo nimium  
 PA. Non ecastor, ut ego opinor, satis herē morem geris.  
 DI. Immo res omnis relictas habeo, præ quod tu uelis.  
 PA. Tum tu igitur qua caussa missus es ad portum, expedi.



- DI. Dicam, postquam me misisti ad portum cum luci simul,  
 Commodum radiosus esse sol superabat ex mari.  
 Dum percontor portitores, ecquæ nauis uenerit  
 Ex Asia, negant uenisse. conspicatus sum interim  
 Cercurum, quo ego me maiorem non uidisse censeo,  
 In portum uento secundo, uelo passo peruenit.  
 Alius alium percontamur, Cuiæ est nauis, quid uehit?  
 Interim Epignomum conspicio tuum uirum, & seruum Stichum.
- PA. Hem qd Epignomum elocutus? DI. tuum uirum. PA. & uitam meam.
- DI. Venit inquam. PA. tum eum ipsum uidisti? DI. ita ego libens.  
 Argenti auriq; aduexit multum. PA. nimis factum bene.
- GE. Hercle uero capiam scopas, atq; hoc conuerram libens.
- DI. Lanam purpuramq; multam. GE. Ehem qui uentrem uestiam.
- DI. Lectos eburatos auratos. GE. accubabo regie.
- DI. Tum Babylonica peristromata, consutaq; tapetia,  
 Aduexit nimium bonæ rei. GE. hercle rem gestam bene.
- DI. Post ut occepi narrare, fidicinas, tибicinas,  
 Sambucinas aduexit secum forma exumia. GE. euge pæ.  
 Quando adbibero, alludiabo, tum sum ridiculissimus.
- DI. Postea uergentia multigenerum multa. GE. non uendo logos.  
 Iam non facio auctionem, mihi obtigit hereditas.  
 Maleuoli perquisitores auctionum perierint.  
 Hercules decimam esse adactam tibi quam uoui, gratulor.
- DI. Post autem aduexit secum parasitos. GE. heu, perij miser.
- DI. Ridiculosissimos. GE. reuerrã hercle hoc, quod conuerri modò.
- PA. Vidistin uirum sororis Pamphilippum? DI. non. PA. adest?
- DI. Immò aiebant eum uenisse simul, sed ego huc citus  
 Præcurri, ut nunciarem nuncium optabilem.
- GE. Venales logi sunt illi quos negabam uendere  
 Illico, & meo malo est, quòd maleuolentes gaudeant.  
 Hercules sanè qui deus sis, disce sis non malè.
- PA. I intrò Dinacium, iube famulos rem diuinam mihi apparent.  
 Bene uale. GE. uin' administrè? PA. sat seruorum habeo domi.

GE. Enimvero Gelasime opinor prouenisti futile,  
 Si neq; ille adest, neq; hic qui uenit, quicquam subuenit.  
 Ibo intro ad liberos, & discam de dictis melioribus.  
 Nam ni illos homines expello, ego occidi planisumè.

EPIGNOMVS adolescens. STI-  
 CHVS seruus.

EP. **C**VM bene re gesta saluus conuortor domum,

Neptuno grates habeo & tempestatibus:

Simul Mercurio, qui me in mercimonijs

Iuuit, lucrisq; quadruplicauit rem meam.

Olim quos abiens affeci ægrimonia,

Eos nunc letantis faciam aduentu meo.

Nam iam Antiphonem conueni affinem meum,

Cumq; eo reueni ex inimicitia in gratiam.

Videte queso quid potest pecunia.

Quoniam re bene gesta redisse me uidet,

Magnasq; apportauisse diuitias domum,

Sine aduocatis ibidem in cercuro in stega,

In amicitiam atq; ingratiã conuortimus.

Et sic hodie apud me cœnat, & frater meus.

Nam heri ambo in uno portu fuimus, sed mea

Hodie soluta est nauis aliquanto prius.

Age adduc has intrò, quas mecum adduxi Stiche.

ST. Here, siue ego taceam, seu loquar, scio scire te

Quas multas tecum miseris multauerim.

Nunc hunc diem unum ex illis multis miseris,

Volo me Eleutheriam capere aduenientem domum.

EP. Et ius & æquum postulas, sumas Stiche

In hunc diem, te nihil moror, abi quò lubet.

Cadum tibi ueteris uini propino. ST. papæ.

Ducam hodie amicam. EP. uel decem, dum de tuo.

Vbi cœnas hodie? ST. si hanc rationem instituis,

Amicam ego habeo Stephanium hinc ex proximo,



Tui fratris ancillam, eò condixi in symbolam  
Ad cœnam, ac eius conseruum Sagarinum Syrum.  
Eadem est amica ambobus, riuales sumus.

EP. Age abduc eas intro, hunc tibi dedo diem.

ST. Meam culpam habeto, nisi probè exrucia uero.  
Iam hercle ego per hortum amicam transibo meam,  
Mi hanc occupatum noctem, eadem symbolam  
Dabo & iubebo ad Sagarinum cœnam coqui.  
Aut egomet ibo atq; obsonabo obsonium.  
Atq; id ne uos miremini, homines seruulos  
Potare, amare, atq; ad cœnam condicere,  
Licet hoc Athenis nobis: sed cum cogito  
Potius quàm in diuidiam ueniam, est etiam hic ostium  
Aliud posticum nostrarum harunce ædium,  
Posticam partem magis utuntur ædium,  
Eà ibo obsonatum, eadem referam obsonium  
Per hortum, utroq; comœatus continet.  
Ite hâc secundum uos me, ego hunc lacero diem.

GELASIMVS parasitus. EPI-  
GNOMVS adolescens.

GE. **L**ibros inspexi, tam confido quàm poti' st,  
Me meum obtenturum regem ridiculis meis.  
Nunc interuiso, iam ne à portu aduenerit,  
Vt cum aduenientem meis dietis deliniam.

EP. Hic quidem Gelasimus est parasitus qui uenit.

GE. Auspicio hodie optumo exiui foras,  
Mustela murem mihi abstulit præter pedes.  
Eum strenua obsonauit. spectatum hoc mihi est.  
Nam ut illa uitam repperit hodie sibi,  
Item meo spero facturum augurium. hoc facit  
Epignomus, hic quidem qui astat: ibo atq; alloquar.  
Epignome, ut ego te nunc conspicio libens?  
Vt prælæticia lacrimæ præfiliunt mihi?

Valuistim'

- V. aluistiv usq;. EP. sustentatum st sedulo.
- GE. Bene atq; amice dicis. Di dent quæ uelis,  
Propino tibi salutem plenis faucibus.  
Cœnabis apud me, quoniam saluus aduenis.
- EP. Vocata est opera. GE. num quidem tam graue est?  
Promitte. E. certum est. G. sic fac inquam. E. certa res est.
- GE. Lubente me hercle facies. EP. idem ego istuc scio.  
Quando usus ueniet, fiet. GE. nunc ergo usus est.
- PE. Non edepol possum. GE. quid grauare? censeas?  
Nescio quid uerò habeo in mundo. I modò.
- EP. Alium conuiuiam querito tibi in hunc diem.  
GE. Quin tu promittis? EP. non grauer, si possem.
- GE. Vnum quidem hercle certum promitto tibi,  
Libens accipiam, certò si promiseris.
- EP. Valeas. GE. certum ne est? EP. certum. cœnabo domi.  
GE. Quandoquidem operam tuam non uis promittere,  
Vin' ad te ad cœnam ueniam? EP. si possem, uelim:  
Verum hic apud me cœnant alieni nouem.
- GE. Haud postulo equidem med in lecto accumbere,  
Scis tu med esse imi subsellij uirum?
- EP. At ij oratores sunt populi summi uiri,  
Ambracia ueniunt huc legati publicè.
- GE. Ergo oratores populi summates uiri  
Summi accumbent, ego infimatis infimus.
- EP. Haud æquum est te inter oratores accipi.  
GE. Equidem hercle orator sum, sed procedit parum.
- EP. Cras de reliquijs nos uolo. multum uale.
- GE. Perij hercle uerò planè nihil obnoxie.  
Vno Gelasimo minus est, quàm dudum fuit.  
Certum est mustelæ posthac nunquam credere.  
Nam incertiore nullam noui bestiam.  
Quin ipsa decies in die mutat locum.  
Eam ego auspicaui in re capitali mea.



Certum est amicos conuocare, ut consulam  
Qua lege me nunc esurire oporteat.

ANTIPHO senex. PAMPHILIPPVS.

EPIGNOMVS.

- AN. **I**Ta me Di bene ament, me atq; mihi bene seruasint filias,  
Vt mihi uolupte sit Pamphilippe, quia uos in patriam domū  
Rediisse uideo, bene gesta re, ambos te & fratrem tuum.
- PA. Satis abs te accipiā, nisi uideam mihi te amicum esse Antipho.  
Nunc quia te amicum mihi experior esse, creditur tibi.
- AN. Vocem ego te ad me ad coenam, frater tuus nisi dixisset mihi,  
Te apud se coenaturū esse hodie, cū me ad se ad coenam uocat:  
Et magis par fuerat me dare uobis coenam aduenientibus,  
Quam me ad illum promittere, nisi nollem ei aduersari.  
Nunc me gratiam abs te inire uerbis nihil desidero,  
Cras apud me eritis, & tu & ille, cum uestris uxoribus.
- PA. Et apud me perendie: nam ille here me iam uocauerat  
In hunc diem, sed satir ego tecum pacificatus sum Antipho?
- AN. Quando ita rem gestistis, uti uos uellem, amicos atq; addecer,  
Pax cōmerciumq; est uobis mecum. nam hoc tu facito cogites,  
Ut cuiq; homini res parata est, firmi amici sunt: si res labat,  
Itidem amici collabascunt, res amicos inuenit.
- EP. Iam redeo, nimia uoluptas est, si diu absueris à domo,  
Domum si redieris, si tibi nulla est aegritudo animo obuiam.  
Nam ita me absente familiarem rem uxor curauit meam,  
Omnium me exilem atq; inanem fecit aegritudinum.  
Sed eccum fratrem Pamphilippum, incedit cum socero suo.
- PA. Quid agitur Epignome. EP. quid tu? quamdudum in portum  
uenis
- Huc? PA. longissimè. EP. post illa iam iste est tranquillus tibi?
- AN. Magis quam mare, quo ambo estis uecti. E P. facis ut alias res  
soles.
- Hodie ne exoneramus nauem frater? PA. clementer uolo.  
Nosmet potius oneremus uicissatim uoluptatibus.

Quam

Quam mox cocta est cena, impransus ego sum. EP. abi intro ad me, & laua.

- PA. Deos salutatum atq; uxorem modò intro deuortor, domum.  
 EP. Apud uos eccilla festinat cum sorore uxor tua.  
 PA. Optimum est iam istoc, moræ minus erit. E. iã ego apud te ero.  
 AN. Priusquam abis, præsentem te huic apologum agere unum uolo.  
 EP. Maxumè. AN. fuit olim, quasi ego sum senex, ei filie  
 Duæ erāt, quasi nūc meæ sunt, eæ erant duob. nuptæ fratribus,  
 Quasi nūc meæ sunt uobis. P. miror quò euasurus es apologus.  
 AN. Erat minori illi adolescenti fidicina & tibicina,  
 Quã peregre aduexerat, quasi nūc tu: sed ille erat celebs senex,  
 Quasi ego nūc sum. P. perge porrò. præsens hic quidem est apo  
 AN. Deinde senex ille illi dixit, cuius erat tibicina, (logus.  
 Quasi ego nūc tibi dico. P. ausculto, atq; animū aduerto sedulo.  
 AN. Ego tibi meam filiam, bene qui cum cubitares dedi:  
 Nūc mihi reddi ego æquū esse abs te, qui cū cūbitem, censeo.  
 PA. Quis istuc dicit, an ille quasi tu? AN. quasi ego nūc dico tibi,  
 Immò duas dabo, inquit ille adolescens, una si parum est:  
 Et si duarum pœnitebit, inquit, addentur due.  
 PA. Quis istuc quæso, an ille quasi ego? AN. is ipse quasi tu, senex  
 Ille quasi ego, si uis inquit, quatuor sanè dato.  
 Dū equidē hercle quod edant addas, meum ne contrūcent cibū.  
 PA. Videlicet illum fuisse parcum senem, qui dixerit.  
 Quoniam ille illi pollicetur, qui cum cibum poposcerit.  
 AN. Videlicet fuisse illum nequam adolescentem, qui illico  
 Vbi ille poscit, denegauit se dare granum tritici.  
 Hercle quia æquum postulabat ille senex, quandoquidem  
 Filia ille dederat dotem, accipere pro tibicina.  
 PA. Hercle ille quidem certè adolescens doctè uorsutus fuit,  
 Qui seni illi concubinam dare dotatam noluit.  
 AN. Senex quidem uoluit, si posset indipisci de cibo,  
 Quia nequiuit qua lege licuit, uelle dixit fieri.  
 Fiat, ille inquit adolescens. facis benigne, inquit senex,

Habeon



Habeon rem factam? inquit. faciam ita, inquit, ut fieri uoles.  
 Sed ego ibo intrò, & gratulabor uostrum aduentum filijs.  
 Postea ibo lauatum in Pilum, ibi fouebo senectutem meam.  
 Post ubi lauero, ociosus uos opperiar accubans.

PA. Graphicū mortale Antiphonē, ut Apologum fecit, quā fabre?  
 Ut iam nunc scelestus esse ducit pro adolescentulo?

Dabitur homini amica, noctu quæ in lecto accendet senem.  
 Namq; edepol aliud quidem illi, quid amica opus sit, nescio.  
 Sed quid agit parasitus noster Gelasimus? etiam ualet? (licus.

EP. Vide edepol hominem haud perdudū. P. quid agit. E. quod fame

PA. Quin uocasti hominē ad cœnam? E. nequid adueniens perderem.  
 Atq; eccum tibi lupum in sermone, præsens esuriens adest.

PA. Ludi ficemur hominem. EP. capti consilij memorem mones.

GELASIMVS PARASITVS. PAMPHI-  
 LIPP. EPIGNOMVS.

GE. **S**ED ita quod occæpi narrare uobis, cum hic non affui,  
 Cum amicis deliberavi iam, & cum cognatis meis.  
 Ita mihi autores fuere, ut egomet me hodie iugularem fame.  
 Sed uideo ne ego Pāphilippum cū fratre Epignomo? atq; is est.  
 Aggrediar hominem, sperate Pamphilippe, ô spes mea,  
 O mea uita, ô mea uoluptas, salue, saluum gaudeo,  
 Peregre in patriam redisse saluum. PA. salue G. lasime.

GE. Valustin' bene. PA. sustentavi sedulo. GE. edepol gaudeo,  
 Edepol' ne egomet mihi modium nunc mille esse argenti uelim.

EP. Quid eo opus est? GE. hunc ad cœnā hercle ut uocem, te nō uo-

EP. Aduorsum te fabulare illud quidem. GE. ambos ut uocem. (cem.

EP. Edepol te uocem libenter, si super fiat locus. (potest.

GE. Quin tu stas, obstruero aliquid strenuè. EP. imò unum hoc

GE. Quid? EP. ubi conuiuæ abierint, tū uenias. GE. uæ etati tuæ.

EP. Vnà lautum, non ad cœnam dico. GE. Di te perduint.

Quid agis Pamphilippe. PA. ad cœnam hercle, aliò promissio-

ras.

(libet

GE. Quid foras? PA. foras hercle uerò. GE. qui malum tibi laso-

Foris

- Foris cœnare. PA. utrum tu censes? G. iube domi cœnam coqui,  
Atq; ad illum renunciari. PA. solus cœnabo domi?
- GE. Non enim solus, me uocato. PA. at ille ne succenseat,  
Mea qui caussa sumtum fecit. G. facile excusari potest.  
Mibi modò ausculta, iube domi cœnã coqui. E. non me quidem  
Faciet autore hodie ut illum decipiat. G. non tu hinc abis.  
Nisi me non perspicere censes quid agas, caue sis tu tibi.  
Nam illic homo tuam hereditatẽ inhiat, quasi esuriens lupus.  
Non tu scis, quàm afflicentur homines noctu hic in uia?
- PA. Tanto pluris qui defendant ire aduersum iussero.
- EP. Non it, non it, quia tanto opere suades ne bitat. GE. iube  
Domi mihi, tibi, tuæq; uxori celeriter cœnam coqui.  
Si hercle faxis, non opinor dices deceptum fore.
- PA. Per hanc tibi cœnam incœnato Gelasime esse hodie licet.
- GE. Ibis ne ad cœnam foras? PA. apud fratrem cœno in proximo.
- GE. Certum ne est? P. certum. GE. edepol te hodie lapide percus-  
sum uelim.
- PA. Non metuo, per hortum transibo, non prodibo in publicum.
- EP. Quid ais Gelasime? GE. oratores tu accipis, habes tibi.
- EP. Tua pol refert enim. GE. siquidem mea refert, opera utere.
- EP. Posse edepol tibi opinor etiam uni locum conspicio,  
Vbi accubes. PA. sanè faciundum censeo. G. ô lux oppidi.
- EP. Si arte poteris accubare. GE. uel inter cuneos ferreos,  
Tantillum loci ubi catellus cubet, id mihi sat est loci.
- PA. Exorabo aliquo modo. E. ueni. G. huccine? E. imò in carcerem.  
Nam hic quidem meliorem genium tuum non facies, eamus tu.
- PA. Deos salutato modò, postea ad te continuo transeo.
- GE. Quid agitur? E. dixi equidem, in carcerem ires. GE. quin si ius-  
seris,  
Eò quoq; ibo. P. Di immortales hic quidem ui summa in cruce  
Cœna aut prandio perducere potest. GE. ita ingenium meum est.  
Qui cum uis, depugno multo facilius, quàm cum fame.
- PA. Non ergo is tu apud me satis spectata est mihi iam tua felicitas.



Dum parasitus mihi atq; fratri fuisti, rem confregimus.  
 Nunc ego nolo è Gelasimo mihi te Catagelasimum.  
 GE. Iam ne abisti Gelasime? uide quid es capturus consilij.  
 Ego ne tu ne mihi ne, tibi ne? uides ut annonae est grauis?  
 Vides benignitates hominum perireeꝝ prothymiae,  
 Vides ridiculos nihili fieri, atq; ipsos parasitarier.  
 Nunquam edepol me diuum quisquam in crastinum prospiciet  
 diem.

Nam mihi iam intus portione uinceae onerabo gulam.  
 Neq; ego hoc committā, ut homines mortuum me dicāt fame.

## STICHVS.

**M**ore hoc fit atq; stultē, mea sententia,  
 Si quem hominem expectant, eum solent prouidere,  
 Qui hercle illa causa nihilo citius uenit.  
 Idem ego nunc facio, qui prouiso Sagarinum,  
 Qui nihilo citius uenit tamen hac gratia.  
 Iam hercle ego decumbam solus, si ille huc non uenit,  
 Cadum modo hinc à me huc cum uino transferam,  
 Postea accumbam, quia sensim extabescit dies.

## SAGARINVS, STICHVS, serui duo.

**S**alute Athenae, quae nutrices Graeciae.  
 Terra herilis patria te uideo libens.  
 Sed anica mea & conserua quid agat Stephanium,  
 Cura est, ut ualeat. nam Sticho mandaueram  
 Salutem ut nunciaret, atq; ei ut diceret  
 Me hodie uenturum, ut coenam coqueret tempori.  
 Sed Stichus est hic quidem. ST. fecisti here facetas,  
 Cum hoc donauisti dono tuum seruum Stichum.  
 Pro Di immortales, quot ego uoluptates feros  
 Quot risiones, quot iocos, quot sauias,  
 Saltationes, blanditias, prothymias?  
 SAG. Stiche. ST. hem. SAG. quid fit? ST. euge Sagarine lepidi-  
 sime.

Fero conuiuiam Dionysum mihi & tibi.

Namq; edepol cœna dicta est, locus liber datus est

Mihi & tibi apud uos: nam apud nos est conuiuium.

Ibi noster cœnat cum uxore adeò & Antipho.

Ibidem herus est noster, hoc mihi dono datum est.

SA. Quis somniauit aurum? ST. quid id ad te attinet?

Pro in tu lauare propera. SA. lautus sum. ST. optime,

Sequere ergo hac me intrò. SA. ego uerò sequor.

ST. Volo eluamus hodie, peregrina omnia

Relinque: Athenas nunc colamus: sequere me.

SA. Sequor, & domum redcundi principium placet.

Bona cœna strenaq; obuiam accessit mihi.

STEPHANIVM ancilla.

**M**irum uideri nemini uestrum uolo, spectatores,  
Quid ego hinc, quæ illic habito, exeam: faciã uos cer-

Domo duã sum huc accersita, quoniam nunciatiũ est, (tiores,

Istarum uenturos uiros, ibi festinamus omnes,

Lectis sternendis studuimus, munditijsq; apparandis.

Inter illud tamen negotium meis curauit amicis,

Sticho & conseruo Sagarino meo, cœna cocta ut esset.

Stichus obsonatus est, ceterum ego curando id allegaui.

Nunc ibo hinc, & amicos meos curabo hic aduenientes.

SAGARINVS, STICHVS, serui duo.

**A**Gite ite foras, ferte pompam, cado te praeficio Stiche.  
Omnib. modis tentare certum est nostrum hodie cõuiuiũ.

Ita me Di ament, lepidè accipiemur, cũ hoc recipiamur in loco.

Quisquis praeter eat, comestatum uolo uocari. ST. conuenit,

Dũ quidem hercle quisq; ueniat cum uino suo, nam hinc quidem

Hodie pollustura, praeter nos iam dabitur nemini.

Nosmet inter nos ministremus Monotrophe, hoc cõuiuium est

Pro opibus nostris, satis commodulè nucibus, fabulis, ficulis,

Oleæ interrupto lupillo, comminuto crustulo.

Sat est seruo homini, modestè melius facere sumtum, quam

S. HUM



Suū quēq; decet. quibus diuitiæ domi sunt, scaphio & cātharis  
Batiolis bibunt, nos nostro Samiolo poterio

Tamen uiuimus, nos tamen efficitur pro opib. nostra mœniis.

SA. Amicæ uterutribi accumbamus. ST. abi tu sanè superior,  
Atq; adeò ut tu scire possis, factum ego hoc tecum diuido.  
Vide utram tibi libet etiamnum capere, cape prouinciā.

SA. Quid istuc est prouinciæ? ST. Vtrum fontali, an libero,  
Imperium te inhibere mauius. SA. nimio liquidò libero.  
Sed amica mea & tua dum comit, dumq; se exornat, nos uolo  
Tamen ludere inter nos. Strategū te facio huic conuiuio.

ST. Nimium lepidè in mente uenit potius in subtelio (cuius)  
Cynicè accipiemur, q̄ in lectis. SA. imò enim hic magis est du-  
Sed interim Strategie noster, cur hic cessat cantharus. (manu)  
Vide quot cyathos hos bibimus. ST. tot, quot digiti sunt tibi in  
Cantio est græca ἢ πέντε πῖν ἢ ἑπτὰ πῖν ἢ ὡς τέτραρα.  
Tibi propino decuma fonte, tibi tute inde si sapis.

SA. Bene uos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Scep-  
phanium,

Bibe, si bibis. ST. non mora erit apud me. SA. edepol cōiuii sat  
Modò nostra huc amica accedat: id abest, aliud nihil abest. (est,  
Lepidè hoc actum est, tibi propino cantharū, uinū tu habes.

ST. Nimis uellè aliqd pulpamenti. SA. si horū que assunt pœnitet,  
Nihil est, tene aquam. ST. melius dicis, nihil moror cupedia.  
Bibe tibicen, age siquid agis, bibendum hercle hoc est, ne nega.  
Quid hoc fastidis? quod faciundum uides esse tibi, quin bibis?  
Age si quid agis, accipe inquam, non hoc impendet publicum.  
Haud tuum istuc est te uereri, eripe ex ore tibias.

ST. Vbi illic biberit, uel seruato meum modum, uel tu dato.  
Nolo ego nos pro summo bibere, nulli relerimus postea  
Namq; edepol, quamuis desubito uel cadus uerri potest.

SA. Quid agitur, quanquam grauatus fuisti, non nocuit tamen.  
Age tibicen quando bibisti, refer ad labias tibias,  
Suffla celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia.

- Age dum Stiche uter demutabit, poculo multabitur.  
 ST. Bonum ius dicis: impetrare oportet, quia æquum postulas.  
 Age ergo obserua, si peccassis, multam hic retinebo illico.  
 SA. Optimum atq; æquissimum oras. ST. hem tibi hoc primum om-  
 nium

Hec facetia st, amare inter se riuales duos:

Vno cantharo potare, & unum scortum ducere.

Hoc memorabil' est, ego tu sum, tu es ego, uniamimi sumus,

Vnam amicam amamus ambo: mecum ubi est, tecum est tamen:

Tecum autem ubi est, mecum autem ibi est: neuter alteri iniu-  
 det.

- SA. Ohe iam satis nolo obcedes catuli ut ludum nuñc uolo.  
 Vin' amicam huc euocemus? ea saltabit. ST. censeo.  
 SA. Mea suavis, amabilis, amcena Stephanium ad amores tuos  
 Foras egredere, satis mihi pulcra es. ST. at enim pulcerrima.  
 SA. Fac nos hilarios hilariores, opera atq; aduentu tuo.  
 Peregre aduenientes te expetimus Stephaniscidium, mel meum,  
 Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus.  
 STEPHANIVM ancilla, & eidem.

**M**orem uobis geram mea delicia, nam ita me Venus a-  
 mcena amet,

Vt ego hic iam dudum exissem simitu uobiscum foras,

Nisi me uobis exornarem. nam ita est ingenium muliebre,

Bene cum lauta est, tersa, ornata, ficta est, infecta est tamen.

Nimioq; sibi mulier meretrix repperit odium ocium

Sua immundicia, quam in perpetuum ut placeat mundicia sua.

- SA. Nimiū lepidè fabulata est. ST. Veneris mera est oratio, (rior.  
 Sagarine. SA. quid est? ST. totus dolco. SA. totus? tanto misce-  
 STE. Vtrubi accumbo? SA. utrubi tu uis? ST. cum ambobus uolo, nā  
 ambos amo.

ST. Vapulat peculium, actum est, fugit hoc libertas caput.

- STE. Date mihi locū, ubi accumbā, amabo, si quidem placeo, tū mihi  
 Cupio cum utroq; mihi esse bene. ST. dispereo. SA. quid ais? ST.  
 quid ego?



- SA. Ita me Di ament, nunquã enim fiet hodie, hæc quin saltet tamẽ.  
Age mulsã meã, suauitudo, salta, saltabo ego simul.
- ST. Nunquam edepol me istoc uinces, quin ego ibidem pruriam.
- ST E. Siquidem mihi saltandum est, tum uos date, bibat, tibiçini.
- ST. Et quidem nobis. SA. tene tiben primũ, postidea loci  
Si hoc eduxeris, proinde ut consuetus antehac celeriter  
Lepidã & suauem cantionem aliquã occipito cinædicã,  
Vbi perpruriscamus usq; exunguiculis, inde huc aquã.

## E I D E M duo.

- SA. Tene tu hoc educe, dudum placuit potio,  
Nunc minus grauatẽ iam accipit, tene tu interim.  
Meus oculus, da mihi suauium, dum illic bibit.  
Prostibili est autem stantem stanti suuium  
Dare amicum amicæ. euge euge sic furi datur.  
Quid igitur quanquam grauatus, non nocuit tamen.  
Age iam infla buccas. ST. nunc iam aliquid suauiter  
Redde cantionem, ueteri pro uino, nouã.

## E I D E M.

- SA. Qui Ionicus aut cinædicus, qui hoc tale facere possiet?  
Si istoc me uorsu uiceris, alio me prouocato.  
Fac tu hoc modo. ST. at tu hoc modo. SA. babæ. ST. tata. SA. pã  
pæ. ST. pax.
- SA. Nunc pariter ambo omnis uoco cinædos contrã.  
Satis esse nobis non magis potis est, quã fungo imber.  
Intrò hinc abeamus, nunc iam saltatum satis pro uino st,  
Vos spectatores plaudite, atq; ite ad nos comessatum.

Dd 3

Annotã

F I N I S.





*Audiuſape.*) Hoc in uerſu aliquid de eſt, fortasſe dictū : ut hoc modo ſcribi ille debeat, Hoc uulgo dictum dicier.

*Fuit diſertum.*) Nonius diſertim, aduerbium legit: & interpreta-  
tur planē. Et mox miccotrogus. nam *μικτός*, ſignificat *μει-  
νός*.

*Quod agnis*) Non affirmo hanc eſſe ueram ſcripturam. In no-  
ſtro libro hæc erant literæ, Quod tacnis.

*Exanclauit.*) Eduxit. & ſubmerum, alij maluerunt ſubmetrum.

*Mercurius Iouis.*) Et permitti ſunt in uerſib. huius ſcenæ nume-  
ri, & genera diuerſa. *τετράμτροι κατὰλυτικοί, ἀκατάλυτοι, δίμτροι  
κατὰλυτικοί*, unus & alter ſenarius iambicus.

*Quas tu uides.*) Suspecta hæc ſcriptura mihi eſt. Ac ſi ſciam  
quid hoc uerbi ſit, ſuſpicor ſic feciſſe poetam, qua tu id re exco-  
lubras?

*Quis nam obſ.*) Huius ſcenæ uerſus ſunt *δίμτροι & τετράμτροι κα-  
τὰλυτικοί*, ſed pleriq; *τετράμτροι ἀρχιδίχου*.

*Cum bene re.*) Senarij iambici uerſus ſunt huius ſcenæ, itē-  
que proximē hanc ſequentis.

*Perij hercle.*) Apud Gell. lib. VII. ſic refertur hic uerſus, Nunc  
ego hercle perij planē, non obnoxie.

*Ita me Dg.*) Verſus ſunt huius ſcenæ *τετράμτροι* Archilochij,  
itemq; proximē hanc ſequentis.

*More hoc fit.*) Hæc & hanc ſequens ſtatim ſcena uerſibus con-  
ſtat ſenarijs iambicis. (ētei.

*Mirum uideri.*) Sunt huius ſcenæ uerſus Tetrametri hippona-

*Agite ite foras.*) Verſus huius ſcenæ ſunt *τετράμτροι* Archilo-  
chij.

*Olea interrupto.*) In ueterih ſunt hæc litteræ, interiplio. Quid  
ergo reponendum ſit, quaeramus.

*Nolo obcedes.*) Hæc reliquimus ita ut reperiuntur in exemplis  
uulgaris. non enim cōminiſci potui quid reponi deberet, cum  
quidem hæc mendosa ſint. catali erat in ueteri libro.

*Morem uobis geram.*) Verſus & huius ſcenæ ſunt *τετράμτροι* Ar-  
chilochij.

*Tene tu hoc.*) Verſus huius ſcenæ ſunt Senarij Iambici.

*Qui Ionicus.*) Clausulæ uerſus ſunt *τετράμτροι* hipponactei.

## TRINVM MVSP

## DRAMATIS PERSONAE.

LVXVRIA

INOPIA

MEGARONIDES

senex.

CALLICLES

senex.

LYSITELES

adolescens.

PHILTO

senex

LESBONICVS

adolescens

STASIMVS

seruos

CHARMIDES

senex

SYCOPHANTA.

## ARGVMENTVM.

*Theſaurum abſtruſum abiens peregrè Charmides,**Remq; omnem amico Callicli mandat ſuo:**Iſtoc abſente malè rem perdit filius.**Nam & ædis uendit, has mercatur Callicles.**Virgo indotata ſoror iſtius poſcitur.**Minus quo cum inuidia ei det dotem Callicles,**Mandat qui dicat aurum ferre ſe à patre.**Vt uenit ad ædis, hunc deludit Charmides**Senex ut redijt, cuius nubunt liberi.*

## PROLOGVS LVXVRIA ET

## INOPIA.

LV. *S*equere mea gnata, ut munus ſungaris tuum.IN. *S*equor, ſed ſinem fore quem dicam, neſcio.LV. *A*deſt, hem illæ ſunt ædes, i intrò nunc iam.*Nunc ne quis erret uoſtrùm, paucis in uiam**Deducam, ſiquidem operam dare promittitis.**Nunc primum igitur, quæ ego ſim, & quæ illa hæc fiet,**Huc quæ abiit intrò, dicam, ſi animum aduertitis.**Primum mihi Plautus nomen Luxuriæ irrididit,*



Tum hanc mihi gnatam esse uoluit Inopiam.  
 Sed ea huc quid introierit impulsu meo,  
 Accipite, & date uacuas auris, dum eloquar.  
 Adolefcens quidam est, qui habitat in hisce adibus:  
 Is rem paternam me adiutrice perdidit,  
 Quoniam ei qui me aleret, nihil uideo esse reliqui.  
 Dedi meam gnatam, qui cum etatem exigat.  
 Sed de argumento ne expectetis fabule.  
 Senes qui huc uenient, hi rem uobis aperient.  
 Huic nomen græcè est Thesaurο fabule.  
 Philemo scripsit, Plautus uertit barbarè,  
 Nomen Trinummo fecit. nunc hoc uos rogat,  
 Ut liceat possidere hanc nomen fabulam.  
 Tantum est, ualete, adeste cum silentio.

## MEGARONIDES senex.

**A**micum castigare ob meritam noxiam,  
 Immune est facinus: uerum in etate utile  
 Et conducibile. nam ego amicum hodie meum  
 Concastigabo pro commerita noxia,  
 Inuitus, ni me id inuitet ut faciam, fides.  
 Nam hic nimium morbus mores inuasit bonos,  
 Ita plerumq; omnis iam sunt intermortui.  
 Sed dum illi ægrotant interim mores mali,  
 Quasi herba irrigua succreuerunt uberrimè.  
 Neq; quicquam hic uile nunc est, nisi mores mali.  
 Eorum licet iam messem metere maximam,  
 Nimioq; hic pluri pauciorum gratiam  
 Faciunt, pars hominum, quàm id, quod profit pluribus.  
 Ita uincunt, illud conducibile, gratiæ.  
 Quæ in rebus multis obstant, odiosæq; sunt,  
 Remoramq; faciunt rei priuatiæ & publicæ.

M. ACCII PLAVTI  
CALLICLES, MEGARONIDES,

senes duo.

- CA. **L**arem corona nostrum decorari uolo.  
Uxor uenerare, ut nobis hæc habitatio  
Bona, fãusta, felix, fortunataq; eueniat,  
Teq; ut quamprimum possim, uideam emortuam.
- ME. Hic ille est, senecta etate qui factus est puer,  
Qui admisit in se culpam castigabilem.  
Aggrediar hominem. CA. cuiã uox prope me sonat?
- ME. Tui beneuolentis, si ita es, ut ego uolo:  
Sin aliter es, inimici atq; irati tibi.
- CA. O amice salue, atq; æqualis mihi, ut uales  
Megaronides? ME. et tu edepol salue Callicles.
- CA. Valen? ualuisin? ME. ualco. et ualui rectius.
- CA. Quid agit tua uxor? ut ualeat? ME. plusquam ego uolo.
- CA. Bene hercle est, illam tibi bene ualere et uiuere.
- ME. Credo hercle te gaudere, si quid mihi mali est.
- CA. Omnibus amicis quod mihi est, cupio esse idem.
- ME. Eho tua uxor quid agit? CA. immortalis est.  
Uuit, uicturaq; est. ME. bene hercle nuncias,  
Deosq; oro, ut uite tue superstes suppetat.
- CA. Dum quidem hercle tecum nupta sit, sanè uelim.
- ME. Vir commutemus, tuam ego ducam, et tu meam?  
Faxo haud tantillum dederis uerborum mihi.  
Nunquam tu, credo, mihi imprudenti obrepseris,  
Ne tu hercle faxo haud scies quam rem egeris.
- CA. Habeas, ut nactus: nota mala, res optumã st.  
Nam ego nunc si ignotam capiam, quid agam, nesciam.
- ME. Edepol proinde ut bene uiuitur, diu uiuitur.  
Sed hoc animum aduerte, atq; aufer ridicularia:  
Nam ego dedita opera huc ad te aduenio. CA. quid uenis?
- ME. Malis te ut uerbis multis multum obiurgitem.
- CA. Men? ME. num quis est hic alius præter me atq; te?

Nemo



CA. Nemo est, quid igitur? ME. rogitas? te ne obiurgitem?

Nisi tute mihi me censes dicturum malè.

Nam si in te ægrotant artes antiquæ tuæ.

Sin immutare uis ingenium moribus,

Aut si demutant mores ingenium tuum,

Neq; eos antiquos seruas, ast captas nouos,

Omnibus amicis morbum tu incuties grauem,

Vt te uidere audireq; ægroti sient.

CA. Quid in mentem uenit tibi istæ dicta dicere?

ME. Quia omnis bonos bonasq; accurare addecet,

Suspicionem, & culpam ut ab se segregent.

CA. Non potest utrunq; fieri. ME. quapropter? CA. rogas?

Ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori,

Suspicio est in pectore alieno sita.

Nam nunc ego si te surripuisse suspicer,

Ioui coronam de capite, è Capitolio

Quod in culmine astat summo, si id non feceris,

Atq; id tamen lubeat suspicari,

Qui tu id prohibere me potes, ne suspicer?

Sed istud negocij scire cupio, quicquid est.

ME. Habent tu amicum aut familiarem quempiam

Cui pectus sapiat? CA. edepol haud dicam dolo,

Sunt quos scio esse amicos, sunt quos suspicor:

Quorum ingenia atq; animos non possum noscere,

Ad amici partem, an ad inimici perueniat.

Sed tu ex amicis certis mihi es certissimus.

Si quid scis me fecisse in scitè aut improbè,

Si id non accusas, tu ipse obiurgandus es, scio.

ME. Etsi alia huc causa ad te adueni, equum postulas.

CA. Expecto si quid dicas. ME. primum dum omnium,

Malè dictatur tibi uulgo in sermonibus:

Turpiluricupidum te uocant ciues tui.

Tum auicem sunt alij, qui te uulturium uocant,

- Hoflis'ne, an ciuis comedis, paruipendere.  
 Hec cum audio in te dicier, excrucior miser.
- CA. Est, atq; non est mihi in manu Megaronides.  
 Quin dicant, non est: merito ut ne dicant, id est.
- ME. Fuit ne hic tibi amicus Charmides? CA. est, & fuit.  
 Id ita esse ut credas, rem tibi autorem dabo.  
 Nam postquam hic eius rem confregit filius,  
 Videtq; ipse ad paupertatem protractum esse se,  
 Suamq; filiam esse adultam uirginem,  
 Simulq; eius matrem, suamq; uxorem mortuam,  
 Quoniam hinc iturus est ipse in Seleuciam,  
 Mibi commendauit uirginem gnatam suam,  
 Et rem suam omnem, & illum corruptum filium.  
 Hec, si mihi inimicus esset, credo haud crederet.
- ME. Quid tu adolescentem, quem esse corruptum uides,  
 Qui tuae mandatus est fidei & fiduciae,  
 Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis?  
 Ei rei operam dare te fuerat aliquanto æquius,  
 Si qui probiorem facere possis, non uti  
 In eandem tute accederes infamiam,  
 Malumq; ut eius cum tuo misceres malo.
- CA. Quid feci? ME. quod homo nequam. CA. non istuc meum est.
- ME. Emistin' de adolescente has ædes? quid taces?  
 Vbi nunc tute habitas? CA. eni, atq; argentum dedi  
 Minas quadraginta adolescenti ipsi in manum.
- ME. Dedisti argentum? CA. factum, neq; facti piget.
- ME. Edepol fidei adolescentem mandatum male.  
 Dedisti ne hoc pacto ei gladium qui se occideret?  
 Quid secus est, aut quid interest dare te in manus,  
 Argentum amanti homini adolescenti, animi impoti,  
 Qui ex ædificaret suam inchoatam ignauiam?
- CA. Non ego illi argentum redderem? ME. non redderes,  
 Neq; de illo quicquam neq; emereres, neq; uenderes.



- Nec qui deterior esset, faceres copiam.  
 Inconciliastim eum, qui mandatu' st tibi?  
 Illum qui mandauit, cum exturbasti ex ædibus,  
 Edepol mandatum pulcrè, & curatum probè.  
 Crede huic tute, suam iam melius rem gesserit.
- CA. Subigis maledictis me tuis Megaronides  
 Nouo modo, adeò ut quod meæ concreditum est  
 Taciturnitati clam fidei & fiducia,  
 Ne enunciarem cuiquam, neu facerem palam,  
 Vbi mihi necesse sit iam id tibi concedere.
- ME. Mihi quod credideris, sumes, ubi posueris.
- CA. Circumspice dum te, ne quis asit arbiter  
 Nobis, & queso identidem circumspice.
- ME. Ausculto, si quid dicas. CA. sitaceas loquar.  
 Quoniam hinc est profectus peregre Charmides,  
 Thesaurum mihi demonstrauit in hisce ædibus,  
 Hic in conclaui quodam, sed circumspice.
- ME. Nemo est. CA. nummorum Philippeum ad tria millia.  
 Id solus solum per amicitiam & per fidem,  
 Flens me obsecrauit, suo ne gnato crederem,  
 Ne' ue cuiquam, unde ad eum id posset permanascere.  
 Nunc si ille huc saluus reuenit, reddam suum sibi:  
 Si quid eo fuerit, certò illius filie,  
 Quæ mihi mandata est, habeo dotem unde dem,  
 Ut eam in se dignam conditionem collocem.
- ME. Proh di immortales, uerbis paucis quam citò  
 Alium fecisti me, alius ad te ueneram.  
 Sed ut ocepisti, perge porrò proloqui.
- CA. Quid tibi ego dicam: qui illius sapientiam  
 Et meam fidelitatem, & cælata omnia  
 Penè ille ignauus funditus pessum dedit?
- ME. Qui dum? CA. quia rure dum sum ego unos sex dies,  
 Me absente atq; insciente, inconsultu meo,

- Aedes uenales hasce inscribit literis.
- ME. Ade suriuit magis, & inbiauit acrius  
Lupus. obseruauit, dum dormitarent canes.
- CA. Gregem uniuersum uoluit tecum auertere.
- CA. Fecisset edepol, ni hæc præsensisset canes,  
Sed nunc rogare ego uicissim te uolo,  
Quid fuit officium meum me facere, face sciam,  
Verum indicare me ei thesaurum æquum fuit,  
Aduersum quam eius me obsecrauisset pater:  
An ego alium dominum paterer fieri ædibus,  
Qui emisset eius esset ne ea pecunia?  
Eui egomet potius ædis, argentum dedi  
Theauri caussa, ut saluum amico traderem.  
Neq; adco hasce emi mihi, nec usura mea.  
Illi redemi rursum, à me argentum dedi.  
Hec sunt, seu rectè, seu peruorse facta sunt.  
Egomet fecisse confiteor Megaronides.  
Hem mea malefacta, hem meam auaritiam tibi,  
Hascine me propter res maledicta differunt?
- ME. Pausa, uicisti castigatorem tuum.  
Occlusti linguam, nihil est qui respondeam.
- CA. Nunc ego te quæso, ut me opera & consilio iuues,  
Communicesq; hanc mecum meam prouinciam.
- ME. Polliceor operam. CA. ergo ubi eris paulo post? ME. domi.
- CA. Nunquid uis? ME. cures tuam fidem. CA. fit sedulo.
- ME. Sed quid ais? CA. quid uis? ME. ubi nunc adolescens habet?
- CA. Posticulum hoc recepit, cum ædis uendidit.
- ME. Istuc uolebam scire. i sane nunc iam.  
Sed quid ais? CA. quid? ME. nunc uirgo nempe apud te est. CA.  
Iuxtaq; eam curo cum mea. ME. rectè facis. (ita est.)
- CA. Num quid prius. quam abeo me rogaturus? ME. uale.  
Nihil est profecto stultius neq; stolidius,  
Neq; mendaciloquius, neq; argutum magis,



Neq; confidentilocus, neq; periurius,  
 Quam urbani assidui ciues, quos scurras uocant.  
 Atq; egomet me adeo cum illis una ibidem traho,  
 Qui illorum uerbis falsis acceptor fui,  
 Qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt.  
 Quod quisq; in animo habet, aut habiturus est, sciunt.  
 Id quod in aurum rex regine dixerit,  
 Sciunt. quod Iuno fabulata est cum Ioue,  
 Quae neq; futura, neq; facta sunt, tamen ij sciunt.  
 Falsos an uero laudent, culpent, quem uelint,  
 Non stocifaciunt, dum illud quod lubeat, sciant.  
 Omnis mortalis hunc aiebant Calliclem  
 Indignum ciuitate hac esse uiuere,  
 Bonis qui hunc adolescentem euertisset suis.  
 Ego de eorum uerbis famigeratorum inscius,  
 Pro silui amicis castigatum innoxium.  
 Quod si exquiratur usq; ab stirpe autoritas,  
 Vnde quicquid auditum dicant, nisi id appareat,  
 Famigerator iure fiet cum damno & malo.  
 Hoc ita si fiat, publico fiat bono,  
 Pauci sint saxim, qui sciant quod nesciunt,  
 Occlusioremq; habeant stultiloquentiam.

LYSITELES adolescens.

**M**ultas res simitu in meo corde uerso, multum in cogi-  
 tando (fatio).  
 Dolorem indipiscor, egomet me concoquo, & macero, & de  
**M**agister mihi exercitor animus, hinc est. sed hoc non liquet,  
 Nec satis cogitatum est, utram potius harum mihi artem expe-  
 tessam.

Vtram etati agundae arbitrer firmiorem amori me, an rei  
 Obssequi potius par fiet, ultra in parte plus uoluptatis sit ui-  
 te,

Ad etatem agundam, de hac re mihi satis haud liquet, nisi hoc  
Sic

Sic faciam opinor, utramq; rem simul exputem, iudex sim,  
 Reusq; ad eam rem, ita faciam, ita placet, omnium primum  
 Amoris artis eloquar, quemadmodum expediant. nunquam  
 Amor quenuquam nisi cupidum hominem postulat se in plagas  
 Conijcere: eos cupit, eos consecratur, subdolè blanditur, ab  
 re

(rus,  
 Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes, au-  
 Elegans, despoliator, latebricolarum hominum corruptor,  
 Blandus, inops, celati indagator. nam qui ab eo quod amat,  
 Quàm extemplo sauijs sagittatis percussus est, illico res foras  
 Labitur, liquitur. da mihi hoc mel meum, si me amas, sodes.  
 Ibi ille cuculus, ocelle mi, fiat & istuc: & si amplius uis dari,  
 Dabitur, ibi illa pendentem ferit, iam amplius orat. non sat  
 Id est mali, ni amplius etiam quod ebibit, quod comest,  
 Quod facit sunti, nox datur, ducitur familia tota.  
 Vestificæ unctor, auri custos, stabelliferæ sandaligerula,  
 Cantrices, cistellatrices, nuncij, renunciij, raptores panis & pe-  
 ni

Fit ipse, dum illis comis est, inops amator. hæc ego cum ago  
 Cum meo animo, & recolo, ubi qui eget, quàm precij sit parui  
 apage te, (bibere.

Amor non places, nihil te utor, quanquam illud est dulce, esse &  
 Amor amara dat tibi satis quod agrè sit, fugit forum, fugat  
 tuos

Cognatos, fugat ipse se à suo contuitu. (randur st.

Neque enim eum sibi amicū uolunt dici. mille modis amor igno  
 Procul adhibendus est, atq; abstinentus. nam qui in amore  
 Præcipit auit, peius perit, quàm si saxo saliat. apage sis amor,  
 Tuas res tibi habe, amor mihi amicus ne suas unquam, sunt  
 tamen

Quos miseros maleq; habeas, quos tibi obnoxios fecisti.  
 Certum est ad frugem applicare animum, quanquam ibi animo  
 Labos grandis capitur, boni sibi hæc expetunt, rem, fidem, ho-  
 norcm, Gloriam,



Gloriã, & gratiã, hoc probis precium st: eo mihi magis lubet  
Cum probis potius, quàm cum improbis uiuere uanidicis.

PHILTO senex. LYSITELES  
adolescens.

**Q**uò illic homo foras se penetrauit ex ædibus? PA. pater  
asum.

(tuo  
Impera quod uis, neque tibi ero in mora, neq; latebrose me abs  
Conspectu occultabo. PH. Feceris par tuis cæteris factis, patrẽ  
Tuum si percoles, per pietatem. nolo ego cū improbis te uiris  
Gnate mi, neq; in uia, neq; in foro illum sermonem exequi.  
Noui ego hoc seculū moribus quibus sit. malus bonum, malum  
Esse uolt, ut sit sui similis: turbant, miscent mores mali, rapax,  
Auarus, inuidus, sacrum, prophanū, publicū, priuatum habent,  
Hiulca gens. hæc ego doleo, hæc sunt quæ me excruciant.  
Hæc dies noctesq; tibi canto ut caueas, quod manu non queunt  
Tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant.  
Cetera, rape, trahere, fuge late. lacrumas hæc mihi, cum uideo,  
Elicunt. quia ego ad hoc genus hominum duravi. quin prius  
Me ad plures penetraui. nam hi mores maiorum laudant  
Eosdem, lutilant, quos collaudant. hisce ego te artibus gratiam  
Facio, neu colas, neu imbuas ingenū. meo modo & moribus ui  
uito

Antiquis: quæ ego tibi præcipio, ea facito. nihil ego istos  
Moror facetos mores, & turbidos, quib. boni dedecorant se.  
Hæc tibi si mea imperia capeſes, multa bona in pectore consi-  
LY. Semper ego usq; ad hanc ætatem ab ineunte adolescentia, (dēt.  
Tuis seruiui seruitutem imperijs & præceptis pater,  
Pro ingenio ego me liberum esse ratus sum: pro imperio tuo,  
Meum animum tibi seruitutem seruire, æquum censui.

PH. Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat suo,  
Vtrum id ita ne esse mauelit, ut cum animus æquum censcat:  
An ita potius, ut parentis eum esse & cognati uelint.  
Si animus hominem perpulit, actum est, animo seruiuit, nō sibi.

Ec Si ipse

Si ipse animum perpulit, dum uiuit uictor uictorum eluet:  
 Tu si animum uicisti, potius quàm animus te, est quòd gaudeas.  
 Nimio satius est ut opust, te ita esse, quàm ut animo lubet.

LY. Istæ ego mihi semper habui atati tegumentum meæ, (cluent  
 Ne penetrarem me usquàm ubi esset damni conciliabulum.  
 Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem alteri.  
 Ne u tibi ægritudinem pater pàrerem, parsi sedulo.

PH. Sarta tecta tua præcepta usq; habui, me a modestia.  
 Quid exprobras? bene quod fecisti, tibi fecisti, non mihi.  
 Mihi quidem atas acta est fermè, tua istuc refert maximè.  
 Is probus est, quem nò pœnitet quàm probus sit, & frugi bonæ.  
 Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant.  
 Qui ipse se contemnit, in eo est indoles industria.

LY. Ob eã rē hæc pater autumaui, quia res quedam sūt, quam uolo  
 Ego me abs te exorare. PH. quid id est? ueniam iam dare gestio.

LY. Adolescenti huic genere summo amico, atq; æquali meo,  
 Minus qui cautè & cogitatè suam rem tractauit pater,  
 Bene uolo ego illi facere, si tu non ne uis. PH. nempe de tuo.

LY. De meo, nam quod tuum sūt, meum sūt, omne meū est autè tuū.

PH. Quid is eget? ne? LY. eget. PH. habuit ne rē? LY. habuit. PH.  
 quī cam perdidit?

Publicis ne affinis fuit, an maritumis negotijs?

Mercaturam ne, an uenales habuit, ubi rem perdidit?

LY. Nihil istorum. PH. quid igitur? LY. per comitatem edepol pa-  
 Præterea aliquantū animi caussa in delicijs disperdidit. (ter,

PH. Edepol hominem prædicatum ferme familiariter,  
 Qui quidem nunquam per uirtutem rem confrēgit, atq; eget.  
 Nihil moror eū tibi esse amicū, cum eiusmodi uirtutibus.

LY. Quia sine omni malitia est, tolerare eius egestatem uolo.

PH. De mendico malè meretur qui ei dat quod edit, aut quod bibat.  
 Nā & illud quot dat, perdit, et illi producit uitam ad miseriā.  
 Non eò hoc dico, quin quæ tu uis, ego uelim, & faciam lubens.  
 Sed



Sed ego hoc uerbum cum illi cuidam dico, prae monstro tibi,  
Ut ita te aliorum miserescat, ne tui alios misereat.

L. Y. Deserere illum, & deiuuare in rebus aduersis pudet.

PH. Pol pudere quam pigere praestat, totidem litteris.

L. Y. Edepol, deum uirtute dicam pater, & maiorum, & tua,  
Multa bona bene parta habemus, bene si amico feceris,  
Ne pigeat fecisse: at potius pudeat, si non feceris.

PH. De magnis diuitijs si quid demas, plus fit, an minus?

L. Y. Minus pater, sed cui immunifico scis quid cantari solet?  
Quod habes, ne habeas: & illud quod nunc non habes, habeas  
malum.

Quandoquidem nec tibi bene esse potes pati, nec alteri.

PH. Scio equidem istuc ita solere fieri, uerum gnate mi,  
Is est immunis, cui nihil est qui munus fungatur suum.

L. Y. Deum uirtute habemus, & qui nosmet utamur pater,  
Et alij qui comitati sumus beneuolentibus.

PH. Non edepol tibi pernegare possum quicquam quod uelis,  
Cuius egestatem tolerare uis, loquere audacter patri.

L. Y. Lesbionico huic adolescenti Charmidae filio,  
Qui illic habitat. PH. qui comedit quod fuit, quod non fuit.

L. Y. Ne opprobra pater: multa eueniunt homini, quae uult, quae ne  
uult.

PH. Age dum eloquere, quid dare illi nunc uis? L. Y. nihil quicquam  
pater.

Sapientiae etas condimentum est, sapiens etati cibus est.

PH. Mentire edepol gnate, atque id nunc facis haud consuetudine.

Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi.

Eo ne multa quae ne uult eueniunt, nisi fictor malus est,

Multa est opera opus ficturae, qui se fictorem probum

Vitae esse agenda expetit. L. Y. sed hic admodum adolescentulus.

PH. Non etate, uerum ingenio adipiscitur sapientia.

L. Y. Tu modo ne me prohibeas accipere, si quid det mihi.

PH. An eo egestatem eius tolerabis, si quid ab illo acceperis?

- LY Eo pater. PH. pol ego istā uolo me rationem edoceas. LY. licet.  
Scin tu illum quo genere gnatus sit? PH. scio, apprimè probo.
- LY. Soror illi est adulta uirgo grandis, eam cupio pater  
Ducere uxorem. PH. sine dote? LY. sine dote. PH. uxorem? LY.  
ita.

Tua re salua, hoc pacto ab illo inibis summam gratiam,  
Neq; commodius ullo pacto ei poteris auxiliari.

- PH. Ego indotatam te uxorem ut patiar? LY. patiundum est pater,  
Et eo pacto addideris nostræ lepidam famam familie.

- PH. Multa ego possum docta dicta & quamuis facundè loqui,  
Historiam ueterem atq; antiquam hæc mea senectus sustinet.  
Verum ego quando te et amicitiam et gratiam in nostram  
Video allicere, et si aduersatus tibi fui, istac iudico. (domum  
Tibi permitto, posce, duce. LY. di te seruassint mihi.  
Sed adde ad istam gratiam unum. PH. quid id est autem unum?

LY. eloquar,

Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poscas. PH. eccere.

- LY. Nimio citius transiges. firmum omne erit, quod tu egeris.  
Grauius erit tuum unum uerbū ad eam rem, quàm cētum mea.

- PH. Ecce autem in benignitate hoc repperi negotium.  
Dabitur opera. LY. lepidus uiuis. hæc sunt ædes, hic habet.  
Lesbonico est nomen. age rem cura, ego te opperiar domi.

PHILTO senex.

**N**on optima hæc sunt, neq; ego ut æquum censeo:  
Verum meliora sunt, quàm quæ deterruma.

Sed hoc unum consolatur me atq; animum meum.

Quia qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,

Consultit, aduersum filium, nugæ agit,

Miser ex animo fit factius nihilo facit.

Suæ senectuti is acriorem hyemem parat,

Cum illanc importunam tempestatem conciet.

Sed aperiuntur ædes quod ibam commodè,

Ipse exit Lesbonicus cum seruo foras.

LESBO.



LEBONICVS adolescens. STASIMVS seruus.

PHILTO senex.

**M**inus quindecim dies sunt, cum pro hisce ædibus  
Minas quadraginta accepisti à Callicle.

Est ne hoc quod dico Stasime? ST. cum confidero,

Meminisse uideor fieri. LE. quid factum est eò?

ST. Comessum, expotum, exutum, elotum in balneis,

Piscator, pistor abstulit, lanij, coqi,

Olitores, myropole, aucupes, confit citò,

Quàm si tu obijcias formicis papauerem.

LE. Minus hercle in hisce rebus sumtum est sex minis.

ST. Quid quod dedisti scortis? LE. ibidem unà traho.

ST. Quid quod ego defraudauit? LE. hem ista ratio maxima est.

ST. Non tibi illud apparere, si sumas, potest:

Nisi tu immortale rere esse argentum tibi.

Serò atq; stultè prius quod cautum oportuit,

Postquam comedit rem, post rationem putat.

LE. Nequaquam argenti ratio comparet tamen.

ST. Ratio quidem hercle apparet, argentum oix<sup>ε</sup>σ<sup>α</sup>.

Minas quadraginta accepisti à Callicle,

Et ille ædis abs te accepit mancipio. LE. admodum.

PH. Pol opinor affinis noster ædes uendidit.

Pater cum peregrè ueniet, in porta est locus,

Nisi forte in uentrem filio correpsit.

ST. Trapezite mille dracumarum Olympicum,

Quas de ratione debuisti, reddite.

LE. Nempe quas sponondi. ST. immò quas dependi, inquito.

Qua sponzione pronuper tu exactus es,

Pro illo adolescente, quem tu aiebas esse diuitem.

LE. Factum. ST. ut quidem illud perierit. LE. factum id quoq; est,

Nam nunc eum uidi miserum, & me eius miseritumst.

ST. Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet.

PH. Tempus aduendi est. LE. est ne hic Philto qui aduenit?

- Is hercle est ipſus. ST. edepol nã ego iſtum uelim  
Meum fieri ſeruum cum ſuo peculio.
- PH. Herum atq; ſeruum plurimum Philto iubet  
Saluere, Leſbonicum & Staſimum. LE. di diuint  
Tibi Philto quæcunq; optes. quid agit filius?
- PH. Bene uult tibi. LE. Edepol mutuum mecum facit.
- ST. Nequam illud uerbum eſt, bene uult, niſi qui bene facit.  
Ego quoq; uolo eſſe liber, nec quicquam uolo,  
Hic poſtulet frugi eſſe, nugas poſtulet.
- PH. Meus gnatus me ad te miſit, inter ſe atq; uos  
Affinitatem ut conciliarem & gratiam.  
Tuam uult ſororem ducere uxorem, & mihi  
Sententia eadem eſt, & uolo. LE. hau noſco tuum,  
Bonis tuis rebus me as res irrides malas.
- PH. Homo ego ſum, homo tu es: ita me amabit Iuppiter,  
Neq; te deriſum ueni, neq; dignum puto.  
Verum hoc, ut dixi, meus me orauit filius,  
Ut tuam ſororem poſcerem uxorem ſibi.
- LE. Mearum rerum me nouiſſe æquum eſt ordinem,  
Cum ueſtris noſtra non eſt æqua factio.  
Affinitatem uobis aliam querite.
- ST. Satir tu ſanus mentis, aut animi tui,  
Qui conditionem hanc repudies? nam illum tibi  
Ferentarium eſſe amicum inuentum intelligo.
- LE. Abin' hinc diere eſte? ST. ſi hercle ire occipiam, uctes.
- LE. Niſi quid me aliud uiſ Philto, reſpondi tibi.
- PH. Benignioreſ Leſbonice te mihi,  
Quam nunc experior eſſe, conſido fore,  
Nam & ſtultè facere, & ſtultè fabularier,  
Vtrumq; Leſbonice in ætate haud bonum eſt.
- ST. Verum hercle hic dicit. LE. oculum ego tibi effodiam,  
Si uerbum addideris. ST. hercle quin dicam tamen.  
Nam ſi ſic non licetbit, luſcus dixero.



- PH. Ita tu nunc dicis non esse æquiperabiles  
Vestras cum nostris factiones, atq; opes?
- LE. Dico. PH. quid tunc, si in ædem ad cœnam ueneris,  
Atq; ibi opulentus tibi par fortè ut uenerit,  
Apposita sit cœna, popularem quam uocant,  
Si illi congestæ sint epulæ à clientibus,  
Si quid tibi placeat, quod illi congestum fiet,  
Edis ne, an incœnatus cum opulento accubes?
- LE. Edim, nisi ille uetet. ST. at pol ego etiam si uetet,  
Edim, atq; ambabus malis expletis uorem:  
Et quod illi placeat, præripiam potissimum,  
Neq; illi concedam quicquam de uita mea.  
Verecundari neminem apud mensam decet,  
Nam ibi de diuinis atq; humanis cernitur.
- PH. Rem fabulare. ST. non tibi dicam dolo.  
Decedam ego illi de uia de semita,  
De honore populi: uerùm quod ad uentrem attinet,  
Non hercle hoc longè, nisi me pugnis uicerit.  
Cœna hæc annona est, sine sacris hereditas.
- PH. Semper tu hoc facito Lesbouice cogites,  
Id optimum esse, tute uti sis optimum.  
Si id nequeas, saltem ut optimis sis proximus.  
Nunc conditionem hanc, quam ego fero, et quam abs te peto,  
Dare atq; accipere Lesbouice te uolo.  
Dei diuites sunt, deos decet opulentia  
Et factiones: uerùm nos humunculi  
Salillum animæ, qui cum extemplo amisimus,  
Aeque mendicus atq; ille opulentissimus  
Censetur censu ad Acherontem mortuus.
- ST. Mirum ni tu illuc tecum diuitias feras,  
Vbi mortuus sis, ita sis ut nomen cluet.
- PH. Nunc ut scias hic factiones atq; opes  
Non esse, neq; nos tuam negligere gratiam,

- Sine dote posco tuam sororem filio,  
 Que res bene uortat, habeo: pactam? quid taces?
- ST. Proh di immortales, conditionem quousmodi?
- PH. Quin fabulare, di bene uortant, spondeo.
- ST. Eheu ubi usus nihil erat dicto, spondeo  
 Dicebat: nunc hic quom opus est, non quit dicere.
- LE. Cum affinitate uesira mea arbitramini  
 Dignum, habeo uobis Philto magnam gratiam.  
 Sed etsi hercle grauiter cecidit stultitia mea  
 Philto, est ager sub urbe hic nobis, cum dabo  
 Dotem sorori, nam is de stultitia mea  
 Solus superfit præter uitam reliquus.
- PH. Profectò dotem nihil moror. LE. certum est dare?
- ST. Nostram ne nutricem here, quæ nos educat,  
 Abalienare à nobis? caue sis feceris,  
 Quid edemus nosmet postea? LE. etiam tu taces?  
 Tibi ego rationem reddam. ST. planè perijmus,  
 Nisi quid ego comminiscor. Philto te uolo.
- PH. Siquid uis Stasime. ST. huc concede aliquantum. PH. licet.
- ST. Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat,  
 Né ue alius quisquam. PH. crede audacter quid lubet.
- ST. Per deos atq; homines dico, ne tu illum agrum  
 Tuum firis unquam fieri, neq; gnati tui.  
 Ei rei argumentum dicam. PH. audire edepol lubet.
- ST. Primum omnium olim terra cum proscinditur,  
 In quinto quoq; sulco moriuntur boues.
- PH. Apage. ST. Acherontis hostium in nostro est agro.  
 Tum unum priusquam coactum est, pendet putidum.
- LE. Consuadet homini credo, etsi scelestus est.  
 At mihi infidelis non est. ST. audi cætera.  
 Post id frumenti quom alibi messis maxima est,  
 Tribus tantis illi minus reddit, quàm obsecris.
- PH. Hem istic oportet obseri mores malos,



Si in obserendo possint interfieri.

- ST. Neq; unquam quisquam est cuius ille ager fuit,  
 Quin pessumè ei res uorterit, cuium fuit.  
 Alij exulatum abierunt, alij emortui,  
 Alij se suspendere hem nunc hic cuius est,  
 Ut ad incitas redactus? PH. apage à me istum agrum.
- ST. Magis apage dicas, si omnia à me audiueris.  
 Nam fulgurit. e sunt hic alternæ arbores.  
 Sues moriuntur angina hic accerruma.  
 Oues scabræ sunt, tam glabræ hem, quàm hæc est manus.  
 Tum autem Syrorum genus, quod patientissimum est  
 Hominum, nemo extat, qui ibi sex menses uixerit:  
 Ita cuncti solstitiali morbo decidunt.
- PH. Credo ego istuc Stasime ita esse, sed campas genus,  
 Multo Syrorumiam anteit patientia.  
 Sed iste est ager profecto, ut te audiui loqui,  
 Malos in quem omnes publicè mitti decet.  
 Sicut fortunatorum memorant insulas,  
 Quò cuncti qui ætatem egerunt castè suam,  
 Conueniant: contra istoc detrudi maleficos  
 Aequum uidetur, qui quidem istius sit modi.
- ST. Hospitium est calamitatis, quid uerbis opus st?  
 Quamuis malam rem querens, illic reperias.
- PH. At tu hercle & illi & alibi. ST. caue sis dixeris,  
 Me tibi dixisse hoc. PH. dixisti arcano satis.
- ST. Quin hic quidem cupit illum ab se ab alienari,  
 Si quidem reperire possiet, cui os sublinat.
- PH. Meus quidem hercle nunquam fiet. ST. si sapiens quidem.  
 Lepidè hercle de agro ego hunc senem deterrui:  
 Nam qui uiuamus nihil est, si illum amiserit.
- PH. Redeo ad te Lesbionice. LE. dic sodes mihi,  
 Quid hic locutus tecum? PH. quid censes? homo st,  
 Vult fieri liber: uerùm quod det, non habet.

- LE. Et ego esse locuples, uerum nequicquam uolo.
- ST. Licitum si uelles, nunc quoniam nihil est, non licet.
- LE. Quid tecum Stasime? ST. de istoc quod dixisti modo;  
Si antea uoluisses, esses; nunc sero cupis.
- PH. De dote tecum conuenire nihil potes,  
Quid tibi lubet, tute agito cum nato meo.  
Nunc tuam sororem filio posco meo.  
Quae res bene uortat, quid nunc etiam consulis?
- LE. Quid istuc? quando ita uis, di bene uortant, spondeo.
- PH. Nunquam edepol cuiquam tam expectatus filius  
Natus, quam est illud, spondeo natus mihi.
- ST. Di fortunabunt uestra consilia. PH. ita uolo:
- LE. Sed Stasime abi huc ad meam sororem, ad Calliclem.  
Dic hoc negocij quomodo actum est. ST. ibitur.
- LE. Et gratulator mea sorori. ST. scilicet.
- PH. Ihac Lesbionice tecum, ut coram nuptijs  
Dies constituatur, eadem haec confirmabimus.
- LE. Tu istuc cura quod iussi, iam ego hic ero,  
Dic Callicli me ut conueniat. ST. quin tu i modo.
- LE. De dote ut uideat quid opus sit facto. ST. i modo.
- LE. Nam certum est sine dote haud dare. ST. quin tu i modo.
- LE. Neque enim illi damno unquam esse patiar. ST. abi modo.
- LE. Meam negligentiam. ST. i modo. LE. o pater,  
Aequum uidetur quin quod peccarim. ST. i modo.
- LE. Potissimum mihi id obsit. ST. i modo. LE. o pater  
En unquam aspiciam te? ST. i modo, i modo, i modo.  
Tandem impetraui abiret, di uestram fidem,  
Edepol re gesta pessumè, gestam probe,  
Siquidem ager nobis saluus est, etsi admodum  
In ambiguo est etiam, nunc quid de hac re suat.  
Sed si alienatur, actum est de collo meo.  
Gestandus peregrè clipeus, galea, sarcina,  
Effugiet ex urbe, ubi erunt factae nuptiae,

CA.

CA.

ST.

CA.

ST.



Ibit istac aliquò in maximam malam crucem  
 Latrocinatum, aut in Asiam, aut in Ciliciam.  
 Ibo huc quò mihi imperatum' st, etsi odi hanc domum  
 Postquam exturbauit hic nos ex nostris ædibus.

CALLICLES senex. STASIMVS  
 seruus.

**Q**uomodo tu istuc Stasime dixisti? nostrum herilem fi-  
 lium

Lesbonicum suam sororem despondidisse? ST. hoc modo.

**CA.** Cui homini despondit? ST. Lyfiteli Philtonis filio,  
 Sine dote. CA. sine dote ille illam in tantas diuitias dabit?  
 Non credibile dicis. ST. at tu edepol nullus creduas,  
 Si hoc non credis, ego credidero C. A. quid? ST. me nihili  
 pendere.

**CA.** Quam dudum istuc, aut ubi actum st? ST. illico hic ante ostium,  
 Tam modò, inquit prænestimus. CA. tanton' in re perditã,  
 Quàm in re salua, Lesbonicus factus est frugalior?

**ST.** Atq; equidem ipsus ultro uenit Philto oratum filio.

**CA.** Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur uirgini.  
 Postremò edepol ego istam rem ad me attinere intellego.  
 Ibo ad mecum castigatorem, atq; ab eo consilium petam.

**ST.** Propemodum quid illic festinet sentio, & subolet mihi,  
 Vt agro euortat Lesbonicum, quando euertit ædibus.  
 O' here Charmide, quàm absente te hic tua res distrahitur tibi?

Vtinam te redisse saluum uideam, ut inimicos tuos  
 Vliscare, ut mihi, ut erga te fui & sum, referas gratiam.

Nimum difficile st reperiri amicum ita ut nomen cluet,  
 Cui tuam cum rem credideris, sine omni cura dormias.

Sed generum nostrum ire eccillum uideo cum affini suo.

Nescio quid non satis inter eos conuenit, celeri gradu

Eunt uterq;, ille reprehendit hunc priorem pallio,

Haud illi cuscheme astiterunt, huc aliquantum abscessero.

Est lubido orationem audire duorum affinium.

M. ACCII PLAVTI  
 LYSITELES, LESBONICVS, adoleſcentes.  
 STASIMVS ſeruus.

LE. **S**Ta illico, noli aduerſari, neq; te occultatiſis mihi.  
 Potin' ut me ire quò profectus ſum, ſinas? LY. ſi in rem  
 tuam

Leſbonice eſſe uideatur, gloriæ aut famæ, ſinam. (am.

LE. Quod eſt facillimum, facis. LY. quid id eſt? LE. amico iniuri-

LY. Neq; meū ſt, neq; facere didici. LE. indoctus quàm doctè facis?  
 Quid faceres, ſi quis docuiſſet te, ut ſic odio eſſes mihi?

LE. Ego ne? LE. tu nã. LY. quid malè facio? LE. quod ego nolo, id  
 cum facis. (met mihi?

LY. Tuæ rei bene conſulere cupio. LE. tu mihi es melior, quàm ego  
 Sat ſapio, ſatis in rem quæ ſint meam ego conſpicio mihi.

LY. An id eſt ſapere, ut qui beneficium beneuolente repudies?

LE. Nullum beneficium duco eſſe id, quod cui facias, non placet.

LY. Scio ego, & ſentio ipſe quid agam, neq; à me officium migrat.  
 Nec tuis depellor diſtis, quin rumori ſeruiam.

LE. Quid ais? LY. nam retineri nequeo, quin dicam ea quæ prome-  
 res.

Itã ne tandem maiores famam tradiderunt tibi tui,  
 Vt uirtute eorum antè parta per flagitium perderes?

Atq; honori poſteriorum tuorum ut uindex fieres?

Tibi patrerq; auosq; facilem fecit & planam uiam

Ad quærendum honorem: tu feciſti ut diſſicilis foret,

Culpa maximè & deſidia, tuiſq; ſtultis moribus

Præoptauiſti, amorem tuum ut uirtuti præponeres.

Nunc te hoc pacto credis poſſe obtegere errata? LE. ah non ita  
 eſt.

LY. Cape ſis uirtutem animo, & corde expelle deſidiam tuo,  
 In foro operam amicis da, haud in lecto amicæ, ut ſolitus es,  
 Atq; ego iſtum agrum tibi relinqui ob eam rem enixè expeto,  
 Vt tibi ſit qui te corrigere poſſit, ne omnino inopiam

Ciues



Ciues obieſtare poſſint tibi, quos tu inimicos habes.

LE. Omnia ego iſtic quæ tu dixiſti ſcio, uel exſignauero.  
 Ut rem patriam, & gloriam maiorum foedaram meum.  
 Sciebam ut eſſe me deceret, facere non quibam miſer,  
 Ita ui Veneris uinctus, ocio captus in ſi audem incidi:  
 Et tibi nunc proinde ac merere, ſummas habeo gratias.

LY. At operam perire me am ſic, & te hæc dicta ſpernere,  
 Perpeti nequeo, ſimul me piget parum pudere te.  
 Et poſtremo niſi me auſcultas, atq; hoc ut dico facis,  
 Tute ponè te latebis facile, ne inueniat te honor.  
 In occulto iacebis, cum te maximè clarum uoles.  
 Pernoui equidem Leſbonice imperitū tuū ingeniū admodum.  
 Scio te ſpontè non tuapte erraſſe, ſed amorem tibi  
 Pectus obſcuraſſe, atq; ipſe amoris teneo omnis uias.  
 Ita eſt amor, baliſta ut iacitur, nihil ſic celere eſt, neq; uolat.  
 Atq; is mores hominum moros & moroſos efficit.

Minus placet magis quod ſuadetur, quod diſuadetur placet.  
 Cum inopia ſt cupias, quando eius copia ſt, tum non uelis.  
 Ille qui aſpellit, is compellit: ille qui conſuadet, uetat.  
 Inſanum ſt & malum in hoſpitiū deuerti ad Cupidinem.  
 Sed te moneo hoc etiam atq; etiā ut reputes, quid facere expe-  
 Si iſtuc ut conare facis indicium, tuum incendes genus. (tas.  
 Tum igitur tibi aqua erit cupido, genus qui reſtingas tuum.  
 Atq; erit ſi naſtus, proinde ut corde amantes ſunt cati,  
 Ne ſcintillam quidem relinques genus qui conglifcat tuum.

LE. Facile eſt inuentu, datur ignis, tametſi ab inimicis petas.  
 Sed tu obiurgans me à peccatis rapis deteriorem in uiam.  
 Meam uis ſororem tibi dem, ſuades ſine dote, hoc nō conuenit.  
 Me qui abuſus ſum tantam rem patriam, porro in diuitijs  
 Eſſe, agrumq; habere: egere illam autē, ut me merito oderit.

LY. Nunquam erit alienis grauis, qui ſuis ſe concinnat leuem.  
 Sicut dixi faciam, nolo te iactari diutius.  
 Tanto meliū ſt ſororis cauſſa egeſtatem exequi?

Atq;

- Atq; eum agrum me habere quàm te, tua qui toleres moenia?
- LE.** Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem leues,  
Sed ut inops infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant,  
Me germanam meam sororem in concubinatum tibi  
Sic sine dote dedidisse, magis quàm in matrimonium.  
Quis me improbior perhibeatur esse? hæc famiferatio  
Te honestet, me autem collutulet, si sine dote duxeris.  
Tibi sit emolumentum honoris, mihi quod obiectent fiet.
- LY.** Quid te dictatorem censes fore, si abs te agrum acceperim?
- LE.** Neq; uolo, neq; postulo, neq; censeo: uerum tamen,  
Is est honos homini pudico, meminisse officium suum.
- LY.** Scio equidem, te animatus ut sis uideo, subolet, sentio.  
Id agis, ut ubi affinitatem inter nos nostram astrinxeris,  
Atq; eū agrū dederis, nec quicquā hic tibi sit, qui uitā colas,  
Effugias ex urbe inanis, profugus patriam deseras,  
Cognatos, affinitatem, amicos, factis nuptijs.  
Mea opera hinc proterritum te, me atq; auaritia autument.  
Id me commissurum, ut patiar fieri, ne animum induxeris.
- ST.** Non enim possum quin exclamem: euge, euge Lyfiteles  
Facile palmam habes hic uictus, uicit tua comœdia.  
Hic agit magis ex argumento, & uersus meliores facit.  
Etiam ob stultitiam tuam te tueris, multa abomina.
- LE.** Quid tibi interpellatio, aut in consilium huc accessio est?
- ST.** Eodem pacto quo huc accessi, abscessero. **LE.** i hæc mecū domū  
Lyfiteles, ibi de istis rebus plura fabulabimur.
- LY.** Nihil ego in occulto agere soleo: meus ut animus est, eloquar.  
Si mihi tua soror, ut ego æquum censeo, ita nuptum datur  
Sine dote, neq; tu hinc abiturus, quod meum erit, id erit tuum.  
Sin aliter animatus es, bene quod agas, eueniat tibi,  
Ego amicus nunquam tibi ero alio pacto, sic sententia est.
- ST.** Abijt hercle ille quidem, ecquid audis Lyfiteles? ego te uolo,  
Hic quoq; hinc abijt. Stasime restas solus, quid ego nunc agam,  
Nisi uti sarcinam constringam, & clipeū ad dorsum accōmodē.  
Fulmen-

CA.

ME.

CA. N

ME. V

CA. V



Fulmentas iubeam suppingi soccis, non fisti potest.  
 Video caculam militarem me futurum, aut longius,  
 Aut aliquem ad regem in saginam herus se coniecerit meus.  
 Credo ad summos bellatores acrem fugitorcm fore:  
 Et capturum spolia, ibi illum qui meo hero aduersus uenerit,  
 Ego met autem quom extemplò arcum mihi & pharetram &  
 sagittas sumsero,  
 Casidem in caput, dormibo placidè in tabernaculo.  
 Ad forum ibo, nudius sextus cui talentum mutuum  
 Dedi, repositam, ut habeam mecum quod feram uiaticum.

MEGARONIDES, CALLICLES,

senes duo.

**V**T mihi rem narras Callicles, nullo modo  
 Potest fieri prorsus, quin dos detur uirgini.

- CA. Namq; hercle honestè fieri sermè non potest,  
 Vt eam perpetiar ire in matrimonium  
 Sine dote, cum eius rem penes me habeam domi.
- ME. Parata dos domi st, nisi expectare uis,  
 Vt eam sine dote frater nuptum colloquet.  
 Pòst adeas tute Philtonem, & dotem dare  
 Te ei dicas, facere id eius ob amicitiam patris.  
 Verùm hoc ego uereor, ne istæc pollicitatio  
 Te in crimen populo ponat atq; infamiam.  
 Non temerè dicant te benignum uirgini,  
 Datam tibi dotem, ei quam dares, eius à patre.  
 Ex ea largitari te illi, neq; ita ut sit data,  
 Columem te sistere illi & detraxe autument.  
 Nunc si operiri uis aduentum Charmidis,  
 Perlongum st, huic ducendi interea abscesserit.
- CA. Nam hercle omnia istæc ueniunt in mentem mihi.
- ME. Vide si hoc utibile magis atq; in rem deputas,  
 Vt adeam Lesbonicum, edoceam ut res sese habet.
- CA. Vt ego nunc adolefcenti thesaurum indicem

Indomito,

Indomito, pleno amoris, ac lasciuia?

Minimè minimè hercle uerò. nam certò scio

Locum quoq; illum omnem ubi situ st comederit,

Quem fodere metuo, sonitam ne ille exaudiat,

Neu ipsam rem indaget, dotem dare si dixerim.

ME. Quo pacto ergo agetur? CA. clam dos depromi potest,  
Dum occasio ei rei reperiat, interim

Ab amico aliquo alicunde argentum in dotem roges.

ME. Potin' est ab amico alicunde exorari? CA. potest.

ME. Gerræ, ne tu illud uerbum actutum inueneris,

Mibi quidem hercle non est quod dem mutuum.

CA. Malim hercle ut uerum dicas, quàm ut des mutuum.

ME. Sed uide consilium, si placet. CA. quid consili' sit?

ME. Scitum, ut ego opinor, consilium inueni. CA. quid est?

ME. Homo conducatur aliquis iam quantum potest,

Quasi sit peregrinus. CA. quid is scit facere postea?

ME. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum,

Ignota facies, quæ non usitata sit,

Falsidicum confidentem. CA. quid tum postea?

ME. Quasi ad adolescentem à patre ex Seleucia

Veniat, salutem ei nunciet uerbis patris,

illum bene gerere rem, & ualere & uiuere,

Et cum rediturum actutum, ferat epistolas

Duas, eas nos consignemus, quasi sint à patre:

Det alteram illi, dicat alteram tibi

Dare sese uelle. CA. perge porrò dicere.

ME. Seq; aurum ferre uirgini dotem à patre,

Dicat patremq; id iussisse aurum tibi dare,

Tenes iam? CA. propemodum, atq; ausculto perlubens.

ME. Tum tu igitur demum id adolescenti aurum dabis,

Vbi erit locata uirgo in matrimonium.

CA. Scite hercle sanè. ME. hoc ubi thesaurum effoderis,

Suspicionem ab adolescente amoueris,



- Censebit aurum esse à patre allatum tibi,  
 Tu de thesauro sumes. CA. satis scitè & probè.  
 Quamquam hoc me etatis sycophantari pudet.  
 Sed epistolas quando obfignatas afferet,  
 Siquidem obfignatas attulerit epistolas,  
 Non ne arbitraris eum adolescentem annuli  
 Paterni signum nouisse? ME. etiam tu taces?  
 Sexcentæ ad eam rem caussæ possunt colligi,  
 Eum quem habuit, perdidit, alium post fecit nouum.  
 Iam si obfignatas non feret, dici hoc potest,  
 Apud portitorem eas resignatas sibi  
 Inspectasq; esse, in huiusmodi negotio.  
 Diem sermone terere, segnities mera est.  
 Quamuis sermones possunt longi texier.  
 Abi ad thesaurum iam confestim clanculum,  
 Seruos, ancillas amoue, atq; audin' CA. quid est?  
 ME. Vxorem quoq; ipsam, hanc rem ut celes face.  
 CA. Nam pol tacere nunquam quicquam est quod queat.  
 ME. Quid nunc stas? quin te hinc amoues, & te moues?  
 Aperi, deprome inde auri ad hanc rem quod sat est.  
 Continuò operito denuò. sed clanculum  
 Sicut præcepi, cunctos exturba ædibus.  
 CA. Ita faciam. ME. at enim nimis longo sermone utimur,  
 Diem conficimus, quod iam properato est opus.  
 Nihil est de signo quod uereare, me uide.  
 Lepida est illa caussa, ut commemorauit, dicere,  
 Apud portitores esse inspectas: deniq;  
 Diei tempus non uides? quid illum putas  
 Natura illa, atq; ingenio? iam dudum ebrius est.  
 Quiduis probari poterit: tum quod maximum est  
 Afferre, non petere hic se dicet. CA. iam sat est.  
 ME. Ego sycophantam iam conduco de foro,  
 Epistolasq; iam consignabo duas,

## M. ACCIIPLAUTI

Eumq; huc adolescentem mediatum probè  
Mittam. CA. ego igitur intrò ad officium meum.  
Tu istuc age. ME. actum reddam.

## CHARMIDES senex.

**S**alsipotenti & multipotenti Iouis fratri, & Nerei Ne-  
ptuni, (bus falsis,  
Letus, lubès, laudes ago, & grates, gratiasq; habeo, & flucti-  
Quos penes mei potestas boni misq; foret, & mea uite,  
Quom suis me ex locis in patriã urbisq; moenia reducè faciunt.  
Atq; ego Neptune tibi ante alios deos gratias ago, atque habeo  
summas.

Nã te omnes sæuq; seuerumq; atq; auidis morib. cõmemorãt,  
Spurcificũ, immanè, intolerãdũ, uesãnũ. cõtra opera expertus.  
Nam pol placido te & clementi meo usq; modo, ut uolui usus  
sum, haud alio (biles apud homines,

Atq; hanc tuam gloriam iam antè auribus acceperam, & no-  
Pauperibus te parcere solitum, diuites damnare atq; domare.  
Abi laudo, scis ordine, ut æquum st,

Tractare homines. hoc dis dignũ st, semp medicis modesti sint.  
Fidus fuisti. insidiũ esse iterant. nã absq; foret te, sat scio in alio  
Distraxissent, disq; tulissent satellites tui me miserum scẽdè,  
Bonaq; omnia, ita unã mecum passim ceruleos per campos.

Ita iam quasi canes haud secus circũstabant nauẽ turbines uẽti,  
Imber, fluctusq; atq; procellæ infensæ, frangere malum, (stò.  
Ruere antennas, scindere uela, ni tua pax propitia foret præ-  
Apage me sis deinde hinc certum st ocio me dare, satis partum  
Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quero? (habeo.  
Sed quis hic est. q in plateã ingreditur cũ nouo ornatu, specicq;  
Simul. pol quanquã domũ cupio, operiar hic quam gerat rem.

## SYCOPHANTA. CHARMID

## DES senex.

**H**vic ego diei nomen Trinũmo faciã: nã ego operã meam  
Tribus nummis hodie locaui ad artes nugatorias.  
Aduẽ nio



Aduenio ex Seleucia, Macedonia, Asia, atq; Arabia,

Quas ego neq; oculis, neq; pedibus unquam usurpauis meis.

Viden egestas quid negocij dat homini misero mali?

Qui ego nunc subigor trium nummorum causa, ut has epistolas

Dicam ab eo homine me accepisse, quæ ego qui sit homo, nescio,

Neq; noui, neq; natus, nec ne is fuerit, id solide scio.

CH. Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit:

Ilurica facies uidetur hominis, eo ornatu aduenit.

SY. Ille qui me conduxit, ubi conduxit, abduxit domum.

Quæ uoluit, mihi dixit: docuit, et præmonstrauit prius (plius,

Quomodo quicq; agerem: nunc aded si quid ego addidero am-

Eo conductor melius de me nugas conciliauerit.

Vt ille me exornauit, ita sum ornatus. argentum hoc facit,

Ipse ornamenta à Choroago hæc sum sit suo periculo.

Nunc ego si potero ornamentis hominem circumducere,

Dabo operam, ut me esse ipsum plane sycophantam sentiat.

CH. Quam magis spectro, minus placet mihi hominis facies: mira

Nihilic homo st aut dormitator, aut sector zonarius. (sunt,

Loca contempla, circumspectat sese, atq; ædis nosciat.

Credo edepol, quò mox furatum ueniat, speculatur loca

Magis lubido st obseruare quid agat, ei rei operam dabo.

SY. Has regiones demonstrauit mihi ille conductor meus.

Apud illas ædis sistendæ mihi sunt sycophantiæ. (uiam.

Fores pultabo. CH. ad nostras ædes hic quidem habet rectam

Hercle opinor mihi aduenienti hac noctu agitãdæ sunt uigiliæ.

SY. Aperite hoc, aperite. heus ecquis foribus tutelam gerit?

CH. Quid adolescens quæris? quid uis? quid istas pulas? SY. heus

Census coniuratori si rectè rationem dedi, (senex,

Lesbonicum hic adolescentem quæro, in his regionibus

Vbi habitet, et item alterum ad istanc capitis albitudinem,

Calliclen aiebat uocari, qui has mihi dedit epistolas.

CH. Meum gnatum hic quidem Lesbonicū quærit, et anicum meū,

Cui ego liberosq; bonaq; commendaui, Calliclen.

M. ACCII PLAVTI

§ 24

- SY. Fac me si scis certiorum hisce, homines ut habitent, pater.  
 CH. Quid eos quæris? aut quis es? aut unde es? aut unde aduenis?  
 SY. Multa simul rogitas, nescio quid expediam potissimum.  
 Sin unum quidquid singillatim & placide percunctabere,  
 Et meum nomen, & mea facta, & itinera ego saxo scias.  
 CH. Faciam ita ut vis, agendum nomen tuum primum memora mihi.  
 SY. Magnum facinus incipis sic petere. CH. quid ita? SY. quia pater,  
 Si ante lucem ire occipias à meo primo nomine,  
 Concubium sit noctis, priusquam ad postremum perueneris.  
 CH. Opus factum est & uatico ad tuum nomen, ut tu prædicas.  
 SY. Est minusculum alterum quasi uasculum uinariarum.  
 CH. Hic homo solidè sycophanta est. quid ais tu adolescens? SY. quid est?  
 CH. Eloquere isti tibi quid homines debent, quos tu queritas?  
 SY. Pater istius adolescentis dedit has duas mihi epistolas  
 Lesbonicæ. CH. mihi est amicus, teneo hunc manifestarium.  
 Me sibi epistolas dedisse dicit, ludam hominem probè.  
 SY. Ita ut cecepi, si animum aduortas, dicam. CA. dabo operam tibi.  
 SY. Hanc me iussit Lesbónico suo gnato dare epistolam,  
 Et item hanc alteram suo amico Callicli iussit dare.  
 CH. Mihi quoque edepol quoniam hic nugatur, contra nugari lubet.  
 Vbi ipse erat? SY. bene rem gerebat. CH. ergo ubi? SY. in Seleucia.  
 CH. Ab ipsos istas accepisti? SY. è manibus dedit mihi ipse in ma.  
 CH. Qua facie est homo? SY. sesquipede quidem est quam tu longior.  
 CH. Nouistin hominem? SY. ridiculè rogitas, quo cum unà cibum  
 Capere soleo. CH. quæ est ei nomen? SY. quod edepol homini pro.  
 CH. Lubet audire. SY. illi edepol illi illi, uæ misero mihi. (bo.  
 CH. Quid est negotij? SY. deuorauit nomen imprudens modò.  
 CH. Non placet, qui amicos intra dentes conclusos habet.  
 SY. Atque etiam modò uorsabatur mihi in labris primoribus.  
 CH. Tempori huic hodie antecueni. SY. teneor manifestò miser.

Iam



- CH. Iam ne commentus es nomen? SY. deum hercle me atque hominum pudet.
- CH. Vide homo ut hominem noueris. SY. tanquam me, istuc fieri solet. Quod in manu teneas, atque oculis uideas, id desideres. Litteris recomminiscar. CH. est principium nomini, (des? Callicles? SY. non est. CH. Callipus? SY. non est. CH. Callidemi
- § X. Non est. CH. Callinicus. SY. non est. CH. Callimarchus. SY. nil agis. Neque adeo edepol floccifacio, quando egomet meministi mei.
- CH. At enim multi Lesbionici sunt hic, nisi nomen patris Dices, non monstrare possum istos homines, quos tu queritas. Quod ad exemplum est? coniectura si reperire possumus. (des? Ad hoc exemplum est? an Chares? an Charmides, num Charmi-
- SY. Hem istic erit, qui istum di perdant. CH. dixi ego iadudum tibi: Te potius bene dicere equum et homini amico, quam male.
- SY. Satin intra labra atque dentes latuit uir minimi precij. (simus
- CH. Ne male loquere ei presenti amico. SY. quid ergo ille ignauis? Mihi latitabat? CH. si appellasses, respondisset nomine. (sula. Sed ipse ubi est? SY. pol illum reliquit ad Rhadamantem in Cecropia in
- CH. Qui homo est me insipientior, qui ipse egomet, ubi sum, queritem. Sed nihil disconducit huic rei, quid ais? SY. quid? CH. hoc quod Quos locos adisti? SY. nimium miris modis mirabiles. (te rogo,
- CH. Lubet audire, nisi molestum est. SY. quin discupio dicere. Omnium primum in Pontum aduecti ad Arabiam terram sumus.
- CH. Eho an etiam Arabia est in Ponto? SY. est, non illic ubi tus gignit. Sed ubi absintium fit, atque cumila gallinacea. (tur,
- CH. Nimium graphicum hunc nugatorem. sed ego sum insipientior. Qui egomet, unde redeam, hunc rogitem, quae ego sciam, atque hic Nisi quia lubet experiri, quod euasurus est denique. (nesciat: Quod est tibi nomen adolescens? SY. pax, id est nomen mihi, Hoc quotidianum est. CH. edepol nomen nugatorium, Quasi dicas, si quid crediderim tibi pax, perisse illico. (quar. Sed quid ais, quod inde ista porrò? SY. si animum aduortas, elo Ad caput amnis, quod de caelo exoritur sub solio Iouis.

- CH. Sub folio Iouis? SY. ita dico. CH. è caelo? SY. atq; medio quidem.  
 CH. Eho an etiã in caelum ascendisti? SY. imò horiola aduecti sumus.  
 Vsq; aqua aduorsa per amnem. CH. eho an etiã uidisti Iouem?  
 SY. Callieli isse ad uillam aiebant seruis depromptum cibum.  
 Deinde porrò. CH. deinde porrò nolo quicquam predicēs.  
 SY. Ego hercle, si eris molestus. CH. nam pudicum neminem  
 Esse oportet, qui abs terra ad caelum peruenerit.  
 SY. Dimittam ut te uelle uideo. sed monstra hosce homines mihi.  
 Hos ego quero, quibus me oportet has deferre epistolas.  
 CH. Quid ais tu nunc? si fortè cum ipsum Charmidem conspexeris,  
 illum quem tibi istas dedisse commemoras epistolas,  
 Noueris ne hominem? SY. nã tu me edepol arbitrare beluam.  
 Qui quidem non nouisse possim, qui cum etatem exegerim.  
 An ille tam esbet stultus, qui mihi mille nummum crederet  
 Philippeum, quod me aurum deferre iussit ad gnatum suum,  
 Atq; ad amicum Calliclem, cui rem aiebat mandasse hic suam.  
 Mihi concrederet, nisi me ille & ego illum nossem approbè.  
 CH. Enimvero ego nunc Sycophantæ huic sycophantari uolo,  
 Si hunc possim illis mille nummis Philippeis circumducere,  
 Quos sibi me dedisse dixit: quem ego qui sit homo, nescio.  
 Neq; oculis ante hunc diem unquam uidi, ei ne aurum crederem?  
 Cui si capitis res fiet, nummum nũquã credã plumbeum. (uolo.  
 Aggrediundus est hic homo mihi astu. heus pax te tribus uerbis  
 SY. Vel trecentis. CH. habet tu id aurum, quod accepisti à Charmide?  
 SY. Atq; etiã Philippeum, numeratum illius in mensa manu,  
 Mille nummos. CH. nempe ab ipso id accepisti Charmide?  
 SY. Miũ quin ab auo eius, aut pro auo acciperem, qui sunt mortui,  
 CH. Adolescens ceddò aũ istuc aurum mihi. SY. quod ego aurum dẽ tibi?  
 CH. Quod à me te accepisse fassus. S. abs te accepisse? C. ita loquor.  
 SY. Quis tu homo es? C. qui mille nummũ tibi dedi, ego sum Charmis  
 SY. Neq; edepol tu is es, neq; hodie is unq; eris, auro huic qdam. (des.  
 Abi sis nugator, nugari nugatori postulas. (fero.  
 CH. Charmides ego sum. SY. nec quicquam hercle es: nã nihil auri  
 Nimis

CH.

CH.

CH.

CH.

SY.

CH.

CH.

CH.

CH.



Nimis argutè obrepfisti in capse occasiuncula,  
 Postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus Charmides,  
 Prius tu non eras, quam auri feci mentionem, nihil agis.  
 Proin tu te itidem ut Charmidatus es, rursus rec Charmida.

CH. Quis ego sum igitur, siquidè is nō sum qui sū? S. qd id ad me atti  
 Dū ille ne sis, quē ego esse nolo, sis mea caussa quod lubet. (nec  
 Prius non is eras qui eras, nunc is factus qui tum non eras.

CH. Age si quid agis. S. quid ego agam? CH. aurū redde. S. dormitas

CH. Falsus Charmidem dedisse aurū tibi? SY scriptum quidē. (senex,

CH. Properas, an non properas abire actutum ab his regionibus  
 Dormitator, priusquam ego hic te iubeo multari malè. (mides,

SY. Quāobrem? C. quia illū quem ementitus es, ego sum ipse Char  
 Quem tibi epistolas dedisse aiebas. S. eò quæso tu is es? (sus es?

CH. Is enim uero sum. S. ain' tu tandem, is ipse ne es? C. aio. SY. ip-

CH. Ipse inquam Charmides sum. S. ergo ipse ne es? C. ipfissimus.  
 Abi hinc ab oculis. SY. enim uero serio quoniam aduenis,  
 Vapulabis arbitrato meo, & nouorum ædiliū.

CH. An etiam maledicis? SY. immò saluus quandoquidem aduenis,  
 Di te perdant, si te floccifacio, an perijsses prius.

Ego ob hanc operam argentum accepi, te mactō infortunio.

Sed enim tu qui sis, qui non sis, floccum non interduim.

Ibo ad illum, renuntiabo, qui mihi tris nummos dedit,

Vt sciat se perdidisse, ego abeo, malè uiue & uale,

Quod di te omnes aduenientem peregre perdant Charmides.

CH. Postquam ille hinc abiit, post loquendi liberè

Videtur tempus uenisse, atq; occasio.

Iamdudum meum ille pectus pungit aculeus,

Quid illi negocij fuerit ante ædis meas.

Nam epistola illa mihi concenturiat metum

In corde, & illud mille nummū quam rem agat.

Nunquam edepol temerè tinnijt tintinabulum,

Nisi qui illud tractat aut mouet, mutus tacet.

Sed quis hic est, qui huc in plateam cursuram incipit?

Lubet obseruare quid agat, huc concessero.

STASIMVS seruus. CHARMIDES senex.

**S**Tasime facite properè celerem, recipe te ad dominum domum:

Ne subito metus exoriatur scapulis stultitia tua.

Adde gradum, appropera, iam dudum factum est, cum abisti domo.

Cauc sis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent.

Si aberis ab heri quaestione, ne destiteris currere.

Ecce hominem te Stasime nihili, satin in thermopolio

Condalium es oblitus, postquam thermopotaasi gutturem.

Recipe te, et recurre petere re recenti. CH. huic quisquis est,

Curculio st exercitor, is hunc hominem cursuram docet.

**ST.** Quid homo nihili, non pudet te? tribus ne te poteris Memoria esse oblitum? an uerò, quia cum frugi hominibus Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus?

Theruchus fuit cerconicus, crinnus, cercobulus, collabus,

Oculicrepida, cruricrepida, ferriteri, mastigia.

Inter eos ne homines condalium te redipisci postulas,

Quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum?

**CH.** Ita me di ament graphicum sur è. **ST.** quid ego? quod perijt petam?

Nisi etiam laborem ad damnum apponam apothecam insuper?

Quin tu quod perijt, perijisse ducis, cape uorsoriam.

Recipe te ad herum. CH. non fugitiuus st hic homo eommeminit domi.

**ST.** Atq; utinam ueteres mores, ueteresq; parsimonia,

Potius maiori honori hic essent, quam mores mali.

**CH.** Di immortales, basilica quidem facinora inceptat loqui.

Vetera querit, uetera amare hunc morem maiorum scias.

**ST.** Nam nunc mores nihil faciunt, quod licet, nisi quod lubet.

Ambitio iam more sancta st, libera st à legibus.

Scuta iacere fugereq; hostis, more habet licentiam.

Petere honorem pro flagitio, more fit. CH. morem improbum.

Strenuos



- ST. Strenuos præterire more fit. CH. nequam quidem.
- ST. Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam,  
Magis queis sunt obnoxiosi quàm parentes liberis.  
Eæ miseræ etiam ad parietem sunt fixæ clauis ferreis,  
Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.
- CH. Labet adire atq; appellare hunc, uerum ausculto per lubens.  
Sed metuo si compellabo, ne aliam rem occipiat loqui.
- ST. Neq; istis quicquam lege sanctum st, leges mori seruiunt.  
Mores autem rapere properant, qua sacrum qua publicum.
- CH. Hercle istis malam rem magnam moribus dignum st dari.
- ST. Non ne hoc publicè animū aduorti? nam id genus hominum ho  
Vniuersis est aduersum, atq; omni populo malefacit. ( minibus  
Malè fidem seruando: illis quoq; obrogant etiã fidem (bant.  
Qui nihil meriti, quippe ex eorū ingenio ingenū horum pro-  
Hoc qui in mentē uenerit mihi, reipsa modò commonitus sum.  
Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum.  
Cum repetas, inimicum amicum beneficio inuenis tuo.  
Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur optio.  
Vel illud quod credideris perdas, uel illum amicum amiseris.
- CH. Meus est hic quidē Stasimus seruus. ST. nam ego talentū mutu-  
Quod dederam, talento inimicū mihi emi, amicum uēdidi. (um  
Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis:  
Potiusquam id quod proximum st meo tergo, tutelam geram.  
Eo domum. CH. heus tu sta illico, audi, heus tu. ST. non sto. CH.  
at ego te stare uolo.
- ST. Quid si egomet te uelle nolo. CH. ha nimis Stasime se uiter.
- ST. Emere melius st, cui imperes. CH. pol ego emi, atq; argentum  
Sed si non dicto audiēs es, quid ago? ST. damnum malum. (dedi.
- CH. Bene mones, ita facere certum est. ST. nisi quidē es obnoxius.
- CH. Si bonus es, obnoxius sum: sin secus es, faciam uti iubes.
- ST. Quid id ad me attinet, bonis ne seruis tu utare, an malis?
- CH. Quia boni maliq; in ea re pars tibi est. ST. partem alteram  
Tibi permitto, illam alteram ad me quod boni est, apponito.

CH. Si eris meritus, fiet, sed respice ad me huc, ego sum Charmides.

ST. Hem quis est, qui mentionem facit homo hominis optimi?

CH. Ipse homo optimus. ST. mare, terra, cœlum, di uestram fidem,

Satin ego oculis planè uideo, est ne ipse, an non est? is est,

Certè is est, is est profectò. ô mi here exoptatissime

Salue. CH. salue Stasime. ST. saluum te. CH. scio et credo tibi.

Sed omitto alia: hoc mihi responde, liberi quid agunt mei,

Quos reliqui hic filium atq; filiam? ST. uiuunt, ualent.

CH. Nempe uterq;? ST. uterque. CH. di me saluum & seruatum uolunt.

Cetera intus ociose præcunctabor quæ uolo.

Eamus intrò, sequere. ST. quò tu te agis? CH. quò nam nisi domum?

ST. Hiccinè nos habitare censes? CH. ubi nam ego alibi censeam?

ST. Iam. CH. quid iam? ST. non sunt nostræ ædes istæ. CH. quid ego ex te audio?

ST. Vendidit tuus natus ædis. CH. perij. ST. presentarijs Argenti minis numeratis. CH. quor? ST. quadraginta. CH. occidi.

Qui eas emit? ST. Callicles, cui tuam rem commendauerat, is habitatum huc commigravit, nosq; exturbauit foràs.

CH. Vbi nunc filius meus habitat? ST. hic in hoc posticulo.

CH. Malè disperij. ST. credidi ægrè tibi id ubi audisses fore.

CH. Ego miser meis periculis sum, per maria maxima

Veetus capitali periculo, per prædones plurimos

Me seruauit, saluus redij, nunc hic disperij miser,

Propter eosdem, quorum causa fui hac ætate exercitus.

Adimit animam mihi ægritudo Stasime, tene me. ST. uis ne a

quam

Tibi petam? CH. res quom animam agebat, tum esse offusam oportuit.



CALLICLES, CHARMIDES, senes duo.

STASIMVS seruus.

- CH.** **Q**uid hoc hic clamoris audio ante aedis meas?  
**O** Callicles, ô Callicles, ô Callicles,  
**Q**ualiter amico mea commendaui bonas?  
**CA.** Probo & fideli, & fido, & cum magna fide.  
 Et salue, & saluum te aduenisse gaudeo.  
**CH.** Omnia istæc tibi si ita sūt ut prædicas.  
 Sed quis iste est tuus ornatus? **CA.** ego dicam tibi.  
 Theaurum effodiebam intus, dotem filie  
 Tue quæ daretur: sed intus narrabo tibi,  
 Et hoc & alia, sequere. **CH.** Stasime. **ST.** hem. **CH.** strenuò  
 Curre in Piræum, atq; unum curriculum face.  
 Videbis iam illic nauem, qua aduecti sumus.  
 Iubeto Sangarionem quæ imperauerim  
 Curare, ut efferantur, & tu ito simul.  
 Solutum sūt portitori iam portorium.  
**ST.** Nihil est moræ. **CH.** nihil ambula, actutum redi.  
**ST.** Illic sum atq; hic sum. **CA.** sequere tume hac intrò. **CH.** sequor.  
**ST.** Hic meo hero amico solus firmus restitit,  
 Neq; demutauit animum de firma fide.  
 Quanquam labores multos \*  
 Sed hic unus, ut ego suspicor, seruat fidem,  
 Ob rem laborem eum ego cepisse censeo.

LVSISTELES adolescens.

**H**ic homo est omnium hominum præcipuis uoluptatibus  
 gaudijsq; anteponendus.  
 Ita commoda quæ cupio eueniunt, quod ego assequitur, subest,  
 Subsequitur, ita gaudijs gaudium suppeditat.  
 Modò me Stasimus Lesbionici seruus conuenit, is  
 Mi dixit, suum herum peregrè huc aduenisse Charmidem.  
 Nunc mihi is properè conueniendus est, ut quæ cum eius filio  
 Egi, ei rei fundus pater sit potior. eo. sed fores

Hæ sonitu

Hæ sonitu suo mihi moram obijciunt incommodè.  
 CHARMIDES, CALLICLES, senes duo.  
 LYSITELES, LESBONICVS,  
 adolescentes.

**N**eq; fuit, neq; erit, neq; esse quenquam hominum in  
 terra dum arbitror,

Cui fides, fidelitasq; amicum erga æquiperet suum,  
 Nam edificauisset me ex his ædibus. absq; te foret.  
 Si quid amicum erga benefeci, aut consului fideliter,  
 Non uideor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.  
 Nā beneficiū homini propriū quod datur, proprium sumserit:  
 Quod datum est utendum, id repetendi copia st, quando uelis.

- CH. Est ita, ut tu dicis. sed ego hoc ne queo mirari satis,  
 Eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam,  
 Lysiteli quidem Philtonis filio. LY. enim me nominat.  
 CH. Familiā optimā occupauit. LY. quid ego cesso hos colloqui?  
 Sed maneam etiam opinor, nanq; hoc commodū orditur loqui.  
 CH. Vah. CA. quid est? CH. oblitus intus dudum tibi sum dicere:  
 Modò mihi aduenienti nugator quidam accessit obuiam.  
 Nimis pergraphicus sycophanta, is mille nummum se aureūm  
 Meo datu tibi ferre, & gnato Lesbónico aiebat meo,  
 Quem ego nec qui esset noram, neq; eū antè usquam conspexi  
 prius.

- Sed quid rides? CA. meo allegatu uenit, quasi qui aurum mihi  
 Ferret abs te, quod darem tuæ gnatæ dotem, ut filius  
 Tuus quando illi à me darem, esse allatum id abs te crederet,  
 Neu quis rem ipsam posset intelligere, & thesaurum tuum  
 Me esse penes, atq; eum à me lege populi patrium posceret.  
 CH. Scitè edepol. CA. Megaronides communis hoc meus & tuus  
 Beneuolens commentu st. CH. quin collaudo consilium, & pro  
 bo.

- LY. Quid ego ineptus, dum sermonem uereor interrumpere,  
 Solus sto, nec quod conatus sum agere ago: homines colloquar.

Quis



- CH. Quis hic est, qui huc ad nos incedit? LY. Charmidem socerum suum  
Lysiteles salutatur. CA. di dent tibi Lysiteles quæ uelis.
- CH. Non ego sum salute dignus. LY. immò salue Callicles,  
Hunc priorem æquum est me habere, tunica propior pallio est.
- CH. Deos uolo consilia uestra rectè uortere,  
Filiam meam tibi desponsatam esse audio. LY. nisi tu ne uis.
- CH. Imò haud nolo. LY. sponder ergo tuam gnatum uxorem mihi?
- CH. Spondeo, et mille auri Philippû dotis. LY. dotem nihil moror.
- CA. Si illa tibi placet, placenda dos quoq; est, quam dat tibi.
- CH. Postremò quod uis non duces, nisi illud quod non uis, feres.
- CH. Ius hic orat. LY. impetrabit te aduocato atq; arbitro,  
Istac lege filiam tuam sponder mihi uxorem dari? (mei.)
- CH. Spondeo. CA. et ego spondeo idem hoc. LY. ô saluete affines
- CH. Atq; ædepol sunt res, quas propter tibi tamen succensusui.
- CA. Quid ego feci? CH. meum corrumpi quia perpeffus filium.
- CA. Si id mea uoluntate factum est, est quod mihi succenseas,  
Sed sine me hoc abs te impetrare, quod uolo. CH. quid id est?  
CA. scies,  
Si quid stultè fecit: ut ea missa facias omnia.
- Quid quassas caput? CH. cruciatur cor mihi, et metuo. CA.  
quid nam id est?
- CH. Quom ille ita st, ut esse nolo, id crucior, metuo si tibi  
Denegem quod me oras, ne te leuiorem erga me putes.  
Non grauabor, faciam ita ut uis. CA. probus es, eo, ut illum euo-  
cem.
- CH. Miserum st, male promerita, ut merita si mihi ulcisci non licet.
- CA. Aperite hoc, aperite properè, et Lesbionicum, si domi st, foras  
Euocate, ita subito st prope quod cum conuentum uolo.
- LE. Quis homo tam tumultuoso sonitu me exciuit subito foras?
- CA. Beneuolens tuus, atq; amicu st. LE. satin salue? dic mihi.
- CA. Rectè tuum patrem redijse saluom peregrè gaudeo.
- LE. Quis id ait? CA. ego. LE. tur uidisti? CA. et tute idem uide as licet.

- LE. O pater, pater mi salue. CH salue multum gnate mi.  
 LE. Si quid tibi pater laboris. CH nihil euenit, ne time:  
 Bene re gesta saluus redeo, si tu modò frugi esse uis,  
 Hec tibi pacta est Callieli filia. LE. ego ducam pater,  
 Etiam si quam aliam iubebis. CH. quanquam tibi succensui.  
 CA. Misericordia uni quidē hominī et affatim. CH. immo huic parum est.  
 Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parum est.  
 LE. At iam posthac temperabo. CH. dicis, si facias modò.  
 CA. Num quid causae est, quin uxorem cras domum ducam? CH. o-  
 ptimum est, licet.  
 Tu in perendinum paratus sis ut ducas. Plaudite.

## ANNOTATIONES.



Aec fabula & elegans est, & exemplum boni ac  
 fidelis amici proponit, & abundat utilibus sen-  
 tentijs. Commendarat liberos suos & rem fam-  
 iliarem senex, ad mercatum abiens, amico.  
 In terea alijs absumentis, aedes etiam paternas uē-  
 diturus erat filius luxu perditus. In illis aedi-  
 bus thesaurus defossus erat: id quia senex is, cuius fidei omnia  
 commissa fuerant, sciebat, prae mercatur aedes. Hoc nomine cū  
 malè audiret uulgo, castigatur ab amico quodam suo uerbis.  
 Sed facile defendit se re explicata. petebatur autem in matrimo-  
 nium filia absentis senis, ab adolescente nobili et diuite: cui que-  
 runt duo senes, quomodo dotem dare possint, cum non uellēt  
 thesaurum indicare. Et deuenitur ad fallaciam hanc, ut allegent  
 quendam, qui quasi à patre uirginis adueniat, & aureos Philip-  
 peos M. afferat. Hunc fortè rediens ante aedes conuenit ille se-  
 nex pater uirginis, & ignarus omnium quid rei sit miratur. Idē  
 cognoscit emisse amicū suum aedes, & fert iniquē. Sed mox om-  
 nibus cognitis, & fidē illius collaudat, & filiam adolescenti illi  
 cui erat desponsa, tradit, & filio ignoscit.

Luxuria & Inopia *πρόσωπα πρότατικά* assumpta sunt. *μυαρινία*  
*αυτ*, uel *πατρωνυμικός ἀπὸ τῶν μυαρίων*: uel emtor aedium, quae sunt  
*μύαρα*, *ἀαδληλῶς*, à pulcritudine, seu decore & gloria. *λυσιτελῆς*,  
 à como



à commoditare, & ut ita dicam. conducibilitate. φίλων, à caritate. λιβωίνος, à uictoria Lesbica. γάσιμος, stabilis & firmus est. χαρμίδης, à laticia & gaudio. συνοφάντης autem conductus ad fallaciam institutam, est σόωνος. Argumenti et trium statim sequentium scenarum uersus sunt Iambici senarij.

Cuius nubunt.) Etsi suspecta mihi hæc sunt, nihil ta men de scriptura antiqui libri melius comminisci potui.

Immune.) In antiquis libris est, Immene. constat autem, e longum in u ueteres mutasse: ut, Meri muri, menio munio. in Rhetoricis Ciceronis, Immane fecerunt, falso.

Artes antiquæ.) Vera scriptura. significant autem artes hoc loco, ea quæ Græcis sunt ἑπιτηδεύματα.

Sim immutare.) Alia simili sententia uerbose addit more suo Plautus. Etsi uenit in mentem mihi, rectius fortasse legi posse, Siue im.

Præsensisset canes.) Scripturam ueteris libri exprimi curauimus, ut sit una canes, sicut trabes, plebes.

Famigator iure.) Non puto hanc emendationem à uero alienam esse. In ueteribus libris est, ire, cum litura. In præcedente autem uersu, etsi emendationes aliorum me non fugiebant, exprimi tam men ueterem scripturam uolui, & iudico esse ueram.

Multas res simitu.) Versus huius scenæ, & aliquot sequentis, ita descripti sunt, ut reperimus in libro ueteri, numeris satis longè excurrentibus & confusis, & indeprehensis.

Lutulant.) Verum esse hoc puto, etsi est in antiquo libro, lat. Nā illud latitat, quod aliqui reposuere, nihil est. & paulo post est uersus uerbo composito, collutulet, et paulo antè: Quin prius me ad pluris, de scriptura ueterum librorum, coniecturam sequens, uerum esse puto, Quin prius me ad patris pen. id est maiores qui terris exceserunt.

Semper ego.) Hinc usq; ad finem huius scenæ uersus sunt τῶν μισθῶν, pleriq; καταδικτικὴ ἀρχὴ λέχουσι.

Mibi quidem.) Inseruit epistolæ ad Brutum hunc uersum Cicero, elegantissimè.

De medico.) Sententia Laconici ἀποφθίγματος, quod extat apud Plutarchum; ἰατρικὴ ἔστι κακία, ἀλλ' εἰδὼς σὺ, ἔφη, μάλλον τῶν κακῶν.

aus. Ἡ δὲ ἀσχηματισμένη σάτυρος ὁ πρῶτος μεταδίδε ἀπίος ἀργυρομαχίης  
 aus. Sed est sententia hæc immitis & inhumana, ἡ δὲ ἀσχηματισμένη.

Non opt. hæc.) Hi uersus senarij sunt Iambici. in VI. factius  
 nihilo facit, reliquimus expressum de liquida ueteris libri scri-  
 ptura.

Minus quind.) Huius scenæ uersus sunt senarij Iambici.

Minus hercle.) Liquida hæc et uera scriptura in ueteri libro  
 extat, mutata temerè in uulgatis, etiam numeris refrangenti-  
 bus.

Mille dracumarum.) Mille drachmarum, sicut mille hominum,  
 mille passuum. Dracumarum autem, & planè exaratum est in  
 ueteri libro, et numeri quatuor syllabas requirunt. Nam trape-  
 zita *ἡ δὲ ἐπισημασμένη* hoc loco, ut et alibi apud Plautum, *τρισημα-  
 σαβῆ* est. Fit autem Dracuma, sicut Mina, et Alcumena, interposi-  
 ta inter consonantes litera, i, seu u. Quæ fuerint autem dra-  
 chmæ Olympicæ, quæramus. Constat autem alijs in locis aliud  
 drachmarum precium fuisse, secundum quas et estimatio talen-  
 ti uaria fuit. fortasse uerum, Philippicum, ut in Truculento.

Qui cum.) Plana scriptura in libro ueteri, et temerè mutata.  
 Cum homines nos, inquit animam amisimus.

Interfieri.) Plana scriptura. et annotatum est à ueteribus gram-  
 maticis, fieri, alicubi habere primam syllabam longam, apud  
 Plautum.

Quid opus sit facto.) Non tam plana hæc extat scriptura in uete-  
 ribus libris, quàm colligi coniectura certa potuit de literarum  
 uestigijs.

Quomodo tu.) Versus hi sunt *τὸ τεράμιον ἐπισημασμένη ἀρχιλέγει.*  
 Atq; horum similes sunt uersus scenæ mox sequentis.

Vt uindex fieres.) In altero librorum nostrorum ueterum, uin-  
 dex, legebatur cum litura: itaq; mihi suspectus hic locus est. ue-  
 nit autem in mentem, non male legi posse, uibex.

Tum igitur tibi aqua.) Hæc liquidò exarata ad hunc modum  
 sunt in nostro libro, itemq; sequentia. In congliscat, scriptura hæ-  
 ret: quod ut non alienum esse puto, ita relinquo considerandū.  
 erit autem congliscat, suscitetur.

Vt nubi rem.) Versus huius scenæ sunt Iambici senarij.

Columem.)



*Columem.*) Quid sit, quærat. Vtrum mutilatam, & non integram, an aliud quid.

*Falsidicum confidentem.*) Etsi durius hæc cohærere uidebantur, tamen temerè scripturam libri ueteris nolimus mutare, præsertim has tot syllabas numeris exigentibus.

*Tu istuc age.*) Versus huius finis deest, in uulgatis exemplis. De scriptura ueteri hæc uerba planè conficiuntur, Nuge hæc sunt: nisi, ut aliquid amplius additum fuisse, quod Callicles dixerit, & desiderari alter uersus uideatur, qui sententiam compleat.

*Salsipotentis.*) Versus sunt quadrati, *ἡ σφραγὶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ σφραγὶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ σφραγὶς αὐτοῦ*, unus *ἄμφοτε*. Etsi autem tres primos non emendatos esse credimus, tamen scripturam ueteris libri exprimi fideliter potius, quàm incertam & dubiam correctionem aucter subijcere uoluimus.

*Quamquam domum.*) Domi alij, ut Donatus in Enochum: Quamquam domi cupio, operiar tamen: id est, cupidus sum.

*Hic ego dici.*) Versus sunt huius scenæ *ἡ σφραγὶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ σφραγὶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ σφραγὶς αὐτοῦ*. Eiusdemq; sunt generis etiam sequentis scenæ uersus.

*Census coniuatori.*) Coniuatori, suspectum est: in ueteri est, Cum iuratori.

*Esse oport.*) Huius uersus & sequentis initium in ueteri libro oblitteratum est: & uereor ut quod uerum est, id re positum sit.

*Postquam ille hinc.*) Hinc decem uersus sunt senarij Iambici.

*Strenuos præterire.*) Verbum unū in hoc uersu desideratur. fortasse rectè legetur hoc modò:

Strenuos præterire ignauos, more fit.

(*τρί.*)

*Quid hoc.*) Versus huius scenæ sunt *τρίμετροι ἰαμβικοί ἀνατάδυνα*

*Quamquam labores multos.*) Reliqua defunt, quibus & numeri & sententia absoluantur. In exemplis uulgatis confusione omnia corrupta sunt. Dicuntur autem hæc à seruo *ἀρροινός*.

*Hic homo.*) *ἄκτινός*, nam suam felicitatem adolescens lætus prædicat. Sunt autem uersus *ἡ σφραγὶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ σφραγὶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ σφραγὶς αὐτοῦ* & *ἄμφοτε* & *ἄμφοτε* uersus, numeris confusis.

(*χρῆσται.*)

*Neq; fuit.*) Versus sunt huius scenæ *ἡ σφραγὶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ σφραγὶς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ σφραγὶς αὐτοῦ*. Deos uolo.) Et hic uersus sine deficitur, ut comminisci quisq; quod uelit, possit.

## TRUCULENTVS

## DRAMATIS PERSONAE.

DINARCHVS	adolescens.
PHRONESIVM	meretrix.
GETA	seruus.
CALLICLES	senex.
ASTAPHIVM	ancilla.
STRATILAX	seruus.
STRATOPHANES	miles.
STRABAX	adolescens rusticus.
ANCILLA	altera.

## ARGVMENTVM.

Tres unam pereunt adolescentes mulierem,  
 Rure unus, alter urbe, peregrè tertius.  
 Utq; ista ingenti militem tangat bolo,  
 Clam supposuit sibi clandestino editum.  
 Vi magna seruus est ac trucibus moribus,  
 Lupæ ne rapiant domini parsimoniam.  
 Et is tamen mollitur. Miles aduenit,  
 Natiq; caussa dat propensa mûnera.  
 Tandem compressæ pater cognoscit omnia,  
 Utq; illam ducat, qui uitiatat, conuenit:  
 Summq; is repetit à meretrice subditum.

## PROLOGVS.

Perparuam partem postulat Plautus loci  
 De uestris magnis atq; amœnis mœnibus,  
 Athenas quo sine architectis conferat.  
 Quid nunc datur in estis, an non? annuunt.  
 Meditor equidem uobis me ablaturum sine  
 Mora. Quid si de uestro quippiam orem? abnuunt.  
 En me hercle in uobis resident mores pristini,  
 Ad deNEGandum ut celeri lingua utamini.



Sed hoc agamus, huc qua uentum est gratia.  
 Athenæ istæ sunt, ita ut hoc est profcenium,  
 Tantisper dum transigimus hanc comœdiam.  
 Hic habitat mulier, nomine quæ est Phronesium,  
 Hæc huius secli mores in se possidet,  
 Nunquam ab amatore suo postulat id quod datum est.  
 Sed relliquum dat operam, ne sit relliquum  
 Poscendo, atq; auferendo, ut mos est mulierum.  
 Nam omnes id faciunt, cum se amari intelligunt.  
 Ea se peperisse puerum simulat militi,  
 Quo citius rem ab eo auferat cum puluisculo.  
 Quid multa? etas huic si superet mulieri,  
 His cum anima ad eum habenti erceteritur.

DI NARCHVS adolescens.

**N**on omnis etas ad perdiscendum sat est  
 Amanti, dum id perdiscat quot pereat modis,  
 Neq; eam rationem eapse unquam edocet Venus,  
 Quam penes amantum summa summarum redit,  
 Quot amans exemplis ludificetur, quot modis  
 Pereat, quotq; exoretur exorabilis.  
 Quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ  
 Sunt? quotq; pericla uitanda? Di uostram fidem. huic  
 Quid peierandum est etiam præter munera,  
 Primum dum miros annua, is primus bolus sit.  
 Ob eam tris noctes utor. Interea loci  
 Aut æra, aut uinum, aut oleum, aut triticum  
 Tentat, benignus ne an bonæ frugi sies.  
 Quasi in piscinam, rete qui iacit, uim parat.  
 Quando abiit rete pessum adducit \*  
 Sin iecit rete, piscis ne effugiant, cauet.  
 Dum huc, dum illic reti eos impedit \*  
 Pisces usq; adeo donicum eduxit foras.  
 Uidem est amator. si id quod oratur, dedit,

Atq; est benignus potius quam frugi bone.  
 Adduntur noctes, interim ille hamum uorat.  
 Si semel amoris poculum accepit merè,  
 Ea q; intra pectus se penetrauit potio,  
 Extemplò & ipse perijt, & res, & fides.  
 Si iratum scortum fortè est amatori suo,  
 Bis perijt amator ab re atq; animo simul.  
 Sin alter alteri potitus est, itidem perit.  
 Si raras noctes ducit, ab animo perit:  
 Sin increbrauit, ipse gaudet, res perit.  
 Ita est disciplina in ædibus lenonijs.  
 Priusquam unum dederis, centum que poscat parat.  
 Aut aurum perijt, aut concissa pallula est,  
 Aut cmta ancilla, aut aliquod uasum argenteum,  
 Aut uasum abeneum aliquod, aut lectus dapsilis,  
 Aut armariola græca, aut aliquid semper est  
 Quod pereat, debeatq; amans scorto suo.  
 Atq; hæc celamus nos damna una industria.  
 Cum rem fidemq; nosq; nosmet perdimus,  
 Ne quid parentes neu cognati sentiant.  
 Quos cum celamus, si faximus conscios,  
 Qui nostræ etati tempestiuè temperent,  
 Vnde anteparta demus postpartoribus,  
 Faxim lenonum & scortorum ut plus est, minus  
 Et minus damnosorum hominum quam nunc sunt, fiet.  
 Nam nûc lenonum & scortorum plus est fere,  
 Quam olim muscarum est, cum caletur maximè.  
 Nam nusquam alibi si sunt, circum argentarias  
 Scorti lenones quasi sedent quotidie.  
 Ea nimia est ratio, quippe qui certè scio,  
 Triplo plus scortorum esse eam quam ponderum,  
 Quos quidem quam ad rem dicam in argentarijs  
 Referre habere, nisi pro tabulis, nescio,



Vbi era perſcribantur uſuraria.  
 Accipiat dico expenſa, neq; cenſeat.  
 Poſtremò in magno populo in multis hominibus,  
 Res placida atq; ocioſa uictis hoſtibus,  
 Amare oportet omnes, qui quod dent habent.  
 Nam mihi hæc meretrix, quæ hic habet, Phroneſium  
 Suum nomen omne ex pectore exmouit meo,  
 Phroneſium. nam phroneſis eſt ſapientia.  
 Nam me fuiſſe huic fateor ſummum atq; intunum.  
 Quod amanti multo peſſimum eſt pecunie.  
 Eadem poſtquam alium reperit qui plus daret,  
 Damnoſiorem, me exinde amouit loco,  
 Quem infeſtum ac odioſum ſibi eſſe memorabat, mala,  
 Babylonienſem militem. Is nunc dicitur  
 Venturus peregrè, conunc commenta eſt dolum,  
 Peperiffe ſimulat ſeſe, ut me extrudat foras,  
 Eum eſſe ſimulant militem puero patrem.  
 Atq; ut cum ſolo pergræctur milite,  
 Cum iſti ſuppoſitum puerum opus peſſimæ,  
 Mihi uerba retur dare ſe. an me cenſuit  
 Celare ſe poteſſe grauida ſi foret?  
 Nam ego Lemno aduenio Athenas nudiſtertius,  
 Legatus hinc quò cum publico imperio ſui.  
 Sed hæc quis mulier eſt? Aſtaphium eſt ancillula,  
 Cum ea quoq; etiam mihi fuit commercium.

ASTAPHIUM ancilla, DINAR-  
 CHVS idem.

**A**D fores auſcultate, atq; aſſeruate ædis,  
 Nequis aduentor grauior abeat quàm adueniat.  
 Neu qui manus attulerit ſteriles intrò ad nos,  
 Grauidas foras exportet. Noui ego hominum mores,  
 Ita nunc adoleſcentes morati ſunt. Quin ei  
 Vt ſimitu adueniunt ad ſcorta congerrones,

Consulta sunt consilia, quando in iro aduenerunt,  
 Vnus eorum aliquis osculum amice usq; aggerit,  
 Dum illi agant \* ceteri cleptæ  
 Sin uideant quempiam se afferuare, obcludunt, dum custodem  
 Oblectent per ioculum & ludum: de nostro sæpe edunt, quod  
 Fartores faciunt. sit pol hoc, & pars spectatorum scitis,  
 Pol hæc uos me haud mentiri.  
 Ibi est ibus pugnae & uirtuti, de prædonibus prædam capere.  
 At nos rursum lepidè referimus gratiam furibus nostris.  
 Nam ipsi uident, cum eorum aggerimus bona. Quin etiam ul-  
 trò ipsi aggerunt ad nos. (gesti.

- DI. Me illis quidem hæc uerberat uerbis. nam ego huic dona acco-  
 AS. Commemini. iam pol ego eū ipsum, si domi erit, mecū adducam.  
 DI. Hecus mandū Astaphii, prius q̄ abis. AS. qui reuocat? DI. scies  
 Respice huc. AS. quis est? DI. uobis qui multa bona esse uult. AS.  
 dato, si esse (ram, quisquis es.  
 Vis, saxo erunt. DI. respice huc modò. AS. lo enicas me misce-  
 DI. Pessima manc.  
 AS. Optime odio es. (manum, & pariter  
 Dinarchus ne illic est? atq; is est. it ad nos. DI. & tu ser contra  
 Gradere. AS. tibi ser uio atq; audiens sum imperij. DI. tute qd a-  
 AS. Valeo, & ualidum teneo. peregrè cū aduenis, coena detur. (gis?  
 DI. Benignè dicis. AS. at enim amabò sine me ire quò iussit ea.  
 DI. Sed quid ais? AS. quid uis? DI. istic quo iter inceptas, qui est?  
 quem arcestis? AS. Archiuam (plina.  
 Obstetricem. DI. mala foemina es. AS. solens sum, ea est disci-  
 DI. Manifestā mendacij mala te teneo. AS. quid iam amabo?  
 DI. Quia te adducturam huc dixeras eum ipsum, non campse.  
 Nunc mulier facta est ex uiro, mala es. AS. præstigiator. (tor?  
 DI. Sed tandē loquere. qui is homo est Astaphium, unus ne ama-  
 AS. Nimis ociosum arbitror hominè esse te. DI. qui nam arbitrare?  
 AS. Quia tuo uestimento & cibo alienis rebus curas.  
 DI. Vos me reddidistis ociosum. AS. quid iam amabo? DI. expedibo,  
 R. cm



- Rem perdidisti, cum re meum negotium abstulisti.  
 Si rem seruassem, fuit ubi negotiosus essem.
- AS. An tute bene rem publicani aut amoris alia lege  
 Habere se postulas? quin tu ociosus fias.
- DI. Illa, haud ego, habuit publicum, peruorse interpretaris.  
 Nam aduorsum legem, à me ob meã scripturã pecudem accepit.
- AS. Pleriq; idem quod tu facis, faciunt, rei male gerentes,  
 Vbi non est scriptura unde dent, incusant publicanos.
- DI. Male uertit res pecuaria mihi, apud uos nunc uicissim  
 Volo habere aratiunculam pro copia hic apud uos.
- AS. Non aruus hic, sed pascuus est ager, si arationes  
 Ambituris, qui arare solent, ad eos uerò ire melius est.  
 Hunc nos habemus publicum, illi alij sunt publicani.
- DI. Vtrosq; pereognoui utrobidem. AS. istoc pol tu ociosus,  
 Cum & illic & hic peruorsus es. Sed utris cū rem esse maui?
- DI. Procaciores estis uos, sed illi periuriosi.  
 Illis perit quicquid datur, neq; ipsis apparet quicquam.  
 Vos saltem, si quid quæritis, ebibitis & comestis.  
 Postremò illi sunt improbi, uos nequam & gloriose  
 Maleq;, AS. quæ in nos illosq; ea omnia tibi dicis Dinarche,  
 Et nostrã & illorum uicem. DI. qui istuc? rationem dicam.  
 Quia qui alterũ incusat probri, eum ipsum se intueri oportet.  
 Tu à nobis sapiens nihil habes, nos nequã abs te habemus.
- DI. O Astaphiũ, haud istoc modo solita es me amè appellare,  
 Sed blandè, cū illuc quodã apud uos nunc est, apud me haberem.
- AS. Dum uiuit, hominem noueris: ubi mortuus est, quiescas.  
 Te, dum uiuebas, noueram. DI. an me mortuum arbitrare?
- AS. Qui potis es, amabo, planius? qui antehac amator summus  
 Habitus est, istunc ad amicam meras querimonias referre.
- DI. Vostra hercle factum iniuria, quæ properauistis olim  
 Rapere. ociose oportuit, diu ut essem incolumis uobis. (quim)
- AS. Amator similis est oppidi hostilis. DI. quo argumento est? AS.  
 Primum expugnari potest amator, optimum est amica.

- DI. Ego fateor, sed longè aliter est amicus atq; amator.  
Certè hercle quàm ueterrimus homini optimus est amicus,  
Non hercle occiderunt mihi etiam fundiq; & ædis.
- AS. Cur obsecro ergo ante ostium pro ignoto alienoq; astas?  
Intro, haud alienus tu quidem es, nam ecastor neminem hodie  
Mæge amat corde atq; animo suo, siquidem habes fundū atq; æ-  
dis.
- DI. In melle sunt linguæ sitæ uestræ, atq; orationes,  
Lacteq; corda felle sunt sita, atq; acerbo aceto.  
E' linguis dicta dulcia datis, corde amare facitis  
Amantes, siquidem non danunt. AS. Non didici fabulare.
- DI. Non isthæc mea benignitas docuit te fabulari,  
Sed isti qui cum genijs suis belligerant parcipromi.  
Mala es, atq; eadem quæ soles illecebr \* AS. ut expectatus  
Peregrè aduenisti, nam obsecro, cupiebat te heræ uidere.  
Quæ tandè te unū ex omnibus amat. DI. euge funde & ædis  
Per tempus subuenistis, sed quid ais Astaphium? AS. quid uis?
- DI. Est'ne intus nunc Phronesium? AS. tibi quidem intus \*  
DI. Valètnè? AS. immò edepol melius credo fore, ubi te uidebit.
- DI. Hoc nobis uitium maximum est, cum amamus, tum perimus,  
Si illud quod uolumus dicitur, palàm cum mentiuntur  
\* Verum esse insciti credimus, ne ut in æstu mutuamur ira.
- AS. Eia haud ita est res. DI. Ain tute me amare? AS. immò unice  
unum.
- DI. Peperisse eam audiui. AS. ah obsecro tace Dinarche. DI. quid.  
AS. Horresco misera, mentio quoties fit partionis. (iam?)
- Ita penè tibi fuit Phronesium, i intro iam anabò,  
Vise illam, atq; opperire ibi, iam exibat, nam lauauit.
- DI. Quid ais tu? quæ nunquam fuit pregnans, qui parere potuit?  
Nam equidem uterum illi nunquam extumere sensi.
- AS. Celabat, metuebatq; te illa, ne sibi persuaderes  
Vi abortioni operam daret, puerumq; ut enecaret.
- DI. Tum pol isti puero quis est pater? AS. Babyloniensis miles,  
Cuius nunc ista aduentum expectat. immò adèò ut nunciatū sit,



- Iam hic affuturum aiunt cum, nondum aduenisse miror.
- DL Ibo igitur intrò? AS. quippini? tã audacter, quã domum ad te.  
Nam tu edepol noster es. etiam nunc Dinarche \*
- DL Quã mox te recepisti? iã hic eras. AS. propè est profecta quò
- DL Redi uerò actutum. ego interim te apud uos opperibor. (sum.
- AS. Ha ha ha. hercle quicui, quia introiuit odium, tandem sola sum.  
Nunc quidem meo arbitratu loquar liberè quæ uolam, & quæ  
lubebit.

Huic homini amanti mea hera apud nos dixit neniã de bonis:  
Nam fundi & ædis obligatæ sunt ob amoris prandium. uerum  
Apud hunc mea hera consilia summa loquitur liberè, magisq;  
Adeo ei consiliarius hic amicus est, quã auxiliarius.

Dum fuit, dedit. nunc nihil habet. quod habebat, nos habemus.  
Iste nũc id habet quod nos habuimus: humanum facinus factu è.  
Actutum fortunæ solent mutarier. uaria uita est.

Nos diuitem cum meminimus, atq; iste pauperes nos.

Verterunt sese memoriæ, stultus sit qui id admiretur.

Si eget, necesse est nos patiatur ali, ita æquum factu est.

Piaculum est, misereri nos hominum rei malegerentum.

Bonis esse oportet dentibus lenam probam: arridere,

Quisquis ueniat, blandeq; alloqui, malè corde consultare,

Bene loqui lingua, meretricem esse similem sentis condecet,

Quenquam hominem attigerit profecto aut malũ, aut dari.

Nunquam amatoris meretricem oportet caussam noscere,

Quin ubi nil det, pro infrequente eũ mittas militia domum.

Nec unquam quisquam probus erit amator, nisi qui rei inimici  
st suæ.

Nugæ sunt, nisi quod modò cum dederit, dare iam iubeat denuò.

Is amatur apud nos, qui quod dedit, id oblitus datum.

Dum habeat, tum amet: ubi nihil habeat, aliũ questum coepiat.

Aequo animo ipse si nihil habeat, alijs qui habent det locum.

Probus est amator, qui relictis rebus rem perdit suam.

At nos malè agere prædicant uiri solere secum,

Nosq; esse auaras, quæso nunqui malè nos agimus tandem?  
 Nam ecceator nunquã satis dedit suæ quisquam amicæ amator?  
 Neq; pol satis accepimus, neq; ulla satis poposcit.  
 Nam quando sterilis est amator à datis \*  
 Si negat se habere quod det, soli \*  
 Nec satis accipimus, satis cum quod det, non habet.  
 Semper datores novos oportet quærere,  
 Quid de thesauris integris demum danunt.  
 Velut hic agrestis est adolescens qui hic habet,  
 Nimis pol mortalis lepidus, nimisq; probus dator.  
 Sed is clam patre etiam hanc noctem illac \*  
 Per hortum transfiliuit ad nos, eum uolo conuenire.  
 Sed est huic unus seruus uolentissimus,  
 Qui ubi quanq; nostrarum uidet prope ædis, hæc si aggredias,  
 Item ut de frumento anseres, clamore absterret, abigit.  
 Is item est agrestis, sed fôres, quicquid est futurum, seriam.  
 Ecquis huic tutelam ianue gerit, ecquis intus exit?

S T R A T I L A X seruus, A S T A  
 P H I V M ancilla.

**Q**uis illic est, qui tam poteruè nostras ædis arietat?  
 Ego sum, respice ad me. S T. quid ego? nõn ne ego ui-  
 deo: uæ tibi,

- Quid tibi ad hæc accessio est ædis propè, aut pultatio est?  
 A S. Salue. S T. satis mihi est tuæ salutis. nihil moror, non salueo.  
 Aegrotare malim, quàm esse tua salute sanior.  
 Id uolo scire, quid debetur nostræ tibi domi. A S. comprime.  
 S T. Spero me am quidem hercle, tu quæ solita es comprimas.  
 Imprudens per ridiculum, ut rustico suadet stuprum.  
 A S. Iram dixi. S T. ut esse cœpisti, si dem, si est una altera.  
 A S. Nimis hic quidem truculentus. S T. pergin malè loqui mulier  
 mihi?  
 A S. Ecquid tibi ego autè dico? S T. quia enim truculentum nominas.  
 Nunc adeò nisi abis actutum, ac dicis quid queras citò,



Iam hercle ego hic te mulier quasi sus catulos pedibus proterā.

AS. Rus merum hoc quidem est. ST. pudendum ne? tu uerò clurinum pecus,

Aduenisti huc nos tentatum cum exornatis osibus.

Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam.

(ces;

An co bella es tu? quia accepisti arme aduenias. AS. nunc pla-

Cum me illi uel in mentiri dicis. ST. quid quod te rogo?

Mancupi uin quia accipias gesta tecum henos annuos?

AS. Dignis dant. ST. lauiniæ hic sunt, quas habes, uictorias?

AS. Ne attigas me. ST. tangam ne ego te? ita me amabis sarculum,

Vt ego me ruri hamaxari mauelim patulum bouem,

Cūq; eo ita noctem instrumentis pernoctare perpetim,

Quam tuas centum coenatas noctes mihi dono dari.

Rus tu mihi opprobras, ut nacta es hominem quem pudeat pro  
bri?

Sed quid apud nostras negocij mulier est ædis tibi?

Quid tu hoc occurfas in urbem quotiescunq; aduenimus?

AS. Mulieres conuenire uolo uostras. ST. quas tu mulieres

Mihi narras? ubi musca nulla scemina est in ædibus.

AS. Nulla ne istic mulier habitat? ST. rus inquam abierunt. abi.

AS. Quid clamas insane? ST. abire hinc ni properas grandi gradu,

Iam ego istos fistos, compositos, crispas cicinnos tuos

Vguentatos usq; ex cerebro expellam. AS. quā nam gratia?

ST. Quia adeò fores nostras unguentis uncta es ausa accedere,

Quiaq; istas buccas tam belle purpurissatas habes.

AS. Erubui mecastor misera, propter clamorem tuum.

ST. Itā ne erubuiisti? quasi uerò corpori reliqueris

Tuo, potestatem coloris ulli capiendi, mala.

Buccas rubricæ, cera omne corpus intinxit tibi,

Pesumæ estis. AS. quid est quod uobis pesumæ hæc uia \*

ST. Scio ego plus quam me arbitrare scire. AS. quid id est obsecro

Quod scias? ST. herilis noster filius apud uos Strabax

Vt percat, ut cum illiciatis in malam fraudem & premium.

- A S. *Sanus si uideare, dicis contumeliam.  
Nemo hominū hic perire solet apud nos, res perdunt suas.  
Vbi perdidere res, abire hinc si uolunt, tum illis licet.  
Ego non hunc noui adolescentem uestrum. ST. ueron? serior?*
- ST. *Quin maceria illa ait in horto quæ est, quæ in noctes singulas  
Latere fit minor, qua iste ad uos damni permensus est uiam.*
- A S. *Non mirum est, uetus est maceria, lateres si ueteres ruunt.*
- ST. *Ain tu, mala, lateres ueteres ruere? nunquam edepol mihi  
Quisquam homo mortalis posthac suarum rerum creduit,  
Ni ista ego uestra hero maiori facta denarrauero.*
- A S. *Est ne ille uiolentus? ST. suam non enim ille meretriculis  
Molliendis rem coegit, uerū parsimonie,  
Duritiaq; quæ nunc ad uos iam exportatur pessima.  
Em tu es exungula, malè uiuitis. ego ne hic musitem?  
Iam enim eccere ibo in forum, atq; hæc facta narrabo seni.  
Neq; istuc in se gestit, ergo coget exanimem mali.*
- A S. *Si ecastor hic homo sinapi uicitet, non censeam  
Tam esse tristem posse. at pol hero beneuolens ut is est suos  
Verū ego illū quanquam uiolentus est, spero mutari potest  
Blandimentis, ornamentis ceteris meretricijs.  
Vidi equidem ex iumentis domita fieri, atq; alias beluas.  
Nunc ad heram reuidebo. sed eccum odium progreditur meum.  
Tristis exit, haud conuenire etiam hic uelim Phronesium.*

DINARCHVS adolescens. ASTA-  
PHIVM ancilla.

**P**iscis ego credo, qui, usq; dum uiuunt, lauant,  
Minus diu lauere, quam hæc lauat Phronesium.  
Si proinde amentur mulieres, diu quam lauant,  
Omnes amantes balneatores sient.

- A S. *Non quis parumper durare, opperirier?*
- DI. *Quin hercle lassus iam sum durando miser.  
Mibi quoq; præ lassitudine opus est ut laucm.  
Sed obsecro hercle Astaphium, i intrò, ac nuncia*



Me adesse, tu i properè, & suade iam ut satis lauerit.

AS. Licet. DLaudin etiam? AS. quid uis? DL. di me perduint,  
Qui te reuocauit, non tibi dicebam, i modò.

AS. Quid iam me reuocabas improbe, nihilq; homo?  
Quæ tibi mille passuum peperit moræ mora.

DL. Sed quid hæc hic autem tamdiu ante ædis stetit?

Nescio quem prætolata est, credo, militem.

Illud est, uide ut iam quasi uolturij triduo

Prius prædiuinant, quo die esuri sient.

Illum inbiant omnes, ille est animus omnibus.

Me nihilo magis respiciet, ubi iste huc uenerit,

Quàm si hinc ducentos annos fuerim mortuus.

Vt rei seruire suaue est. uæ misero mihi,

Post factum flector, quia antè partum perdidit.

Verum nunc si qua mihi obtigerit hæreditas

Magna atq; luculenta, nunc postquam scio

Dulce atq; amarum, quid sit ex pecunia,

Ita ego illam edepol seruem, itaq; parcè uictitem,

Vt nulla faxim cis dies paucos fiet.

Ego istos, qui nunc me culpant, confutauerim.

Sed est uocis sat, sentio aperiri fores,

Quæ obsorbent quicquid uenit intra pessulos.

PHRONESIVM meretrix. DINAR-

CHVS idem.

**N**VM tibi nam amabò ianua est mordax mea,

Quò introire metuas, mea uoluptas. DL. uer uide,

Vt tota floret? ut olet? ut nitidè nitet?

PH. Qui tam infacetus Lemno adueniens, qui tuæ

Non des amicæ Dinarche suauium?

DL. Vah uapulo hercle ego nunc, atq; adè malè.

PH. Quò te auertisti? DL. salua sis Phronesium.

PH. Salue, hic ne hodie coenas saluus cum aduenis?

DL. Promisi. PH. ubi coenabis tu? DL. ubi tu iusseris.

Hic

- Hic. PH. me lubente facies. DI. edepol me magis.  
Nempe tu crīs hodie mecum mea Phroncium.
- PH. Velim, si fieri possit. DI. cedo soleas mihi,  
Properate auferte mensam. PH. amabo sanus es?
- DI. Non edepol bibere possum iam, ita animo malè est.
- PH. Mane, aliquid fiet, ne abi. DI. ah aspersisti aquam.  
Iam redijt animus, deme soleas, cedo  
Vinum. PH. idem es ecastor qui soles. sed dic mihi,  
Benè ne ambulauisti? DI. huc quidem hercle ad te bene,  
Quoniam tui uidendi est copia. PH. complectere.
- DI. Libens. ah hoc est mel melli dulci dulcius.  
Hoc tuis fortunis Iuppiter præstant meæ.  
Dane suauium? PH. immò uel decem. DI. haud istoc  
pauper es,  
Plus pollicere tu quàm ego à te postulo,  
Utinam à principio rei item parsiſsem mea,  
Ut nunc reparcis suauijs. PH. si quid tibi  
Compendij facere possum, factum edepol uelim.
- DI. Iam lauisti? PH. iam pol mihi quidem atq; oculis meis.  
Num tibi sordere uideor? DI. non pol mihi quidem.  
Verùm tempestas memini cum quondam fuit,  
Cum inter nos sorderemus unus alteri.  
Sed quod ego facinus audiui adueniens tuum?  
Quod tu hic absente me noui negotij gesseris?  
Cumq; bene prouenisti salua, gaudeo.
- PH. Tibi mea consilia summa semper credidi.  
Equidem nec peperī puerum, nec prægnas fui,  
Verùm assimulaui me esse prægnatem.
- DI. Quapropter ô mea uita? PH. propter militem  
Babylonensem, qui quasi uxorem sibi  
Me habebat annum dum hic fuit. DI. ego senseram.  
Sed quid istuct cui reite assimulare retulit?
- PH. Ut esset aliquis laqueus & redimiculum,



Reuerſionem ut ad me faceret denuò.  
 Nunc huc remiſit nuper ad me epiſtolam,  
 Seſe experturum quanti ſeſe penderem:  
 Si quod peperiffem, id educarem & tollerem,  
 Bona ſua me habiturum omnia. DI. auſculto lubens.  
 Quid deniq; agitis? PH. mater ancillas iubet,  
 Quoniam iam decimus menſis aduentat propè,  
 Aliam aliorſum ire, præmandare & quærere  
 Puerum aut puellam, qui ſupponantur mihi.  
 Quid multa uerba facimus? tonſtricem Suram  
 Nouiſti noſtram, quæ modò erga ædem ſeſe habet.

- DI. Noui. PH. hæc una opera circumit per familias,  
 Puerum ueſtigat clanculum, ad me detulit.  
 Datum ſibi eſſe dixit. DI. ô merces male.
- PH. Eum nunc non illa peperit, quæ peperit prior.
- DI. Sed tu poſterior. PH. omnem rem tenes.  
 Nunc, ut præmiſit nuncium miles mihi,  
 Non multo poſt hic aderit. DI. nunc tu te interim  
 Quæſi pro puerpera hic procuras? PH. quippim?  
 Vbi ſine labore res geri pulcrè poteſt,  
 Ad ſuum queng; æquum eſt quæſtum eſſe callidum.
- DI. Quid me futurum eſt, quando miles uenerit?  
 Relictus ne abs te uiuam? PH. ubi illud quod uolo  
 Habebo ab illo, facilè inuenero, quomodo  
 Diuortium & diſcordiam inter nos parem.  
 Poſtidea ego tota tecum, mea uoluptas, uſq; ero  
 Aſiduò. DI. immò hercle uerò accubuo mauelim.
- PH. Quin diſ ſacrificare hodie pro puero uolo  
 Quinto die, quod fieri oportet. DI. cenſeo.
- PH. Non audes aliquod dare mihi munuſculum?
- DI. Lucrum hercle uideor facere mihi, uoluptas mea,  
 Vbi quippiam me poſcis. PH. at ego ubi abſtulit?
- DI. Iam faxo hic aderit, ſeruolum huc mittam meum.

Sic faci-

- PH. Sic facito. DI. quicquid autem erit, boni consulas.  
 PH. Ecce tunc munus te curaturum scio,  
 Ut, cuius me non poeniteat, mittas mihi.  
 DI. Num quippiam me vis aliud? PH. ut quando ocium  
 Tibi sit, ad me reuifas tu. DI. ualeas. PH. uale.  
 DI. Prò di immortales, non amantis mulieris,  
 Sed sociæ unanimantis, fidentis fuit  
 Officium facere, quod modò hæc fecit mihi  
 Suppositionem pueri, quæ mihi credidit,  
 Germanæ quod sorori non credit soror.  
 Ostendit mihi iam sese medullitus,  
 Se mihi infidelem nunquam, se uiua, fore.  
 Ego ne illam ut non amem? ego ne illi ut non bene uelim?  
 Me potius non amabo, quàm desit huic amor.  
 Ego isti non munus mittam? iam modò ex hoc loco  
 Iubebo ad istam quinque perferri minas.  
 Præterea obsonari duntaxat ad minam.  
 Multo illi potius bene erit, bene quæ uult mihi,  
 Quàm mihi met, omnia qui mihi facio mala.

## PRONESIUM meretrix.

**P** Vero isti date mammam: ut misera matres, sollicitæq;  
 Ex animo sunt, crucianturq;. edepol commentum malè.  
 Cumq; eam rem in corde agito, nimio minus perhibemur (to.  
 Malè, quàm sumus ingenio. ego prima de me modò ista dicti-  
 Quanta est cura in animo? quantum corde capio dolorem?  
 Dolus ne occidat morte pueri, mater dicta quòd sum, eo magis  
 Studeo uitæ, quæ ausa sum tantum clam dolum aggredi.  
 Lucri causa auara probrum sum executæ, alienos dolores  
 Mihi supposui, nullam rem oportet dolosè aggredi, nisi  
 Astutè accurateq; exequare: uosmet iam uidetis,  
 Ut ornata incedo puerperio, ego nunc me esse ægram asimulo.  
 Malè quod mulier facere incepit, nisi id efficere perpetrat,  
 Id illi morbo, id illi senio est, ea illi misera miseria est.

Si bene



Si bene facere incepit, eius eam citò odium percipit.  
Nimisquàm pauca sunt defessæ, malè quæ facere occeperunt:

Nimisquàm pauca efficiunt, si quid occeperint benefacere.  
Mulieri nimio male facere melius est onus, quàm bene.

Ego, quòd mala sum, matris opera mala sum, et meapte malicia,

Quæ me grauidam esse a simulavi militi Babylonio,  
Eam nunc maliciam accuratam miles inueniat uolo.

Iste hic haud multo post credo aderit, nunc prius præcaueo  
sciens:

Eumq; gero ornatum, ut grauida quasi puerperio cubem.

Date mihi huc stactam atque ignem in aram, ut Venirem Lucinam meam

Hic apponite, atq; abite ab oculis. ò Pithecium

Face ut accumbam, adiutare sic decet puerperam.

Soleas mihi date, pallium inijce in me huc Archilis.

Vbi est Astaphium? fer huc uerbenam mihi, tus, & bellaria.

Date aquam manibus. Nunc ecastor uenerit miles uelim.

STRATOPHANES miles. PHRONESIVM meretrix. ASTAPHIVM ancilla.

**N**E expectetis spectatores meas pugnas dum prædicem,  
Manibus duellis prædicare soleo, haud in sermonibus.

Scio ego multos memorauisse milites mendacium.

Et Homeroidam & post illa mille memorari potest;

Qui & conuicti & condemnati falsis de pugnis sient.

Non laudandus cui plus credit qui audit, quàm qui uidet.

Non placet cum illi plus laudant qui audiunt, quàm qui uident.

Hh

Pluris

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.  
 Qui audiunt, audita dicunt: qui uident, planè sciunt.  
 Non placet quem scurræ laudant, manipulares musitant.  
 Neq; illi, quorum lingua gladiatorum aciem præstringit domi.  
 Strenui nimio plus profunt populo, quam arguti & cati.  
 Facile sibi facunditatem uirtus arguta inuenit.

Sine uirtute argutum ciuem mihi habeam pro præfica,

Quæ alios collaudare absentes, sese uerò non potest.

Nunc ad amicam decimo mense post Athenas Atticas  
 Viso, quam grauidam reliqui meo compressu, quid ea agat.

PH. Vide quis loquitur? A S. iã propinquè miles, mea Phronesium,  
 Tibi adest Stratophanes. Nunc tibi opus est egram ut te asinu-  
 ies. PH. tace.

S T. Peperit mulier, ut ego opinor. A S. uin ad eas hominem? PH.  
 uolo. (phanes,

S T. Euge Astaphiũ eccam, it mihi aduersum. salue ecastor Strato-  
 Venire saluum. S T. scio, sed peperit ne obsecro Phronesium?

A S. Peperit puerum nimium lepidum. S T. ecquid mihi simili st. A S.  
 rogas?

Quin ubi natus st, iam machæram & clypeum poscebat sibi.

S T. Meus est, scio iam de argumentis, nimium quidẽ simili st. papa  
 iam magnu st? iam ne electat legiones quas spoliare uelit?

A S. Here nudiusquintus natus quidem ille est. S T. quid tum postea,  
 Inter tot dies quidem hercle iam actum aliquid oportuit.

Quid illi ex utero exitio est, priusquam poterat ire in præliũ?

A S. Consequere, atq; illam saluta, & gratulare illi. S T. sequor.

PH. Vbi illa obsecro est? quæ me hic reliquit atq; abstulit?

A S. Assum, adduco tibi exoptatum Stratophanẽ. PH. ubi is est ob-  
 secro?

S T. Mars peregrè adueniens salutat Nerienem uxorem suam.

Cum tu rectè prouenisti, cumq; es aucta liberis,  
 Gratulor, cum mihi tibiq; magnum dedisti decus.

PH. Salue, qui me interfecisti penè uita & lumine,

Quidq;



Quiq; uim magni doloris per uoluptatem tuam  
Condidisti in corpus, quo nunc etiam morbo misera sum.

ST. Eia haud ab re, mea uoluptas, tibi obuenit istic labor:

Filium peperisti, qui ædis spolijs opplebit tuas.

PH. Multo ecastor magis oppletis opu' st' tritici granarijs,  
Ne ille priusquam spolia capiat, hic nos extinxit fumes.

ST. Habe bonum animum. PH. sauium sis pete hinc à me, nequeo  
caput

Tollere, ita dolui, itaq; ego nunc doleo, neq; etiam quoc

Pedibus mea sponte ambulare. ST. si plane ex medio mari

Satium petere tuum tibeas, petere haud pigeat me, mel meum

Id ita esse experta es, nuncq; experiere, mea Phronesium,

Me te amare, adduxi ancillas tibi eccas, ex Suria duas,

lis te dono, adduce hoc tu istas. Sed iste reginae domi

Sue fuere ambæ, uerum patriam ego excidi manu.

lis te dono, pœnetet ne te quod ancillas iam?

PH. Quin etiam ne insuper adducas, quæ mihi comedint cibum.

ST. Hoc quidem hercle si ingratiū est donū, cedo tu mihi istā puere,

Hem mea uoluptas, attuli eccam pallulam ex tibi

Tene tibi. PH. hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari?

ST. Perij hercle, iam mihi auro contra constat filius,

\* Etiam num me uilipendit? addit purpuram exarat tibi

Attuli \* Ponto amœnas, tene tibi uoluptas mea.

Accipe. huc adduce hasce in \* conspectum Suras,

Ecquid amas me? PH. nihil ecastor, neq; meres. ST. nihil ne huic

Ne mihi unum uerbum quidem dixit, uiginti minis (Sat est?)

Venire illæc posse credo dona quæ ei dedi.

Vehementer nunc mihi est irata, sentio atq; intelligo.

Verum adibo, quid ais nunc tu? num ne uis me uoluptas mea,

Quò uocatus sum ire ad cœnam? mox ad te huc cubitum iuero.

Quid taces? planisumè edepol perij. Ecquid illuc boni est?

Quis homo est qui inducit pompam tantā? certu' st' quò ferant,

Obseruare. huic credo fertur. Verum iam scibo magis.

M. ACCII PLAVTI  
 GETA *seruus*. PHRONESIVM *meretrix*.  
 STRATOPHANES *miles*.

**I**Te ite hac simul mulieri, damnigeruli foras gerones,  
 Bonorum hamaxagoga. Satinne qui amat, nequit quin nihili  
 Sit, neq; improbis sese artibus expoliet. Nam hoc qui sciam, ne  
 quis

Id quærat ex me, domi est qui facit improba facta amator,  
 Qui bona sua pro stercore habet. foras iubet ferri metuit  
 Publicos mundissimum sit. Puras sibi esse uult ædes, (se it,  
 Domi quicquid habet, ueritur <sup>et</sup> quãdoquidẽ ipsus perditũ  
 Secreto hercle equidem illum adiut abo, neq; mea ille quidem  
 Opera unquam nihilominus properẽ quã potest peribit.  
 Nam iam de hoc obsonio, de mina una deminui,  
 Modò quinq; numos, mihi detraxi partem Herculanam.  
 Nam hoc aßimile est quasi de flumio qui aquam deriuat sibi,  
 Nisi deriuetur, tamen omnis ea aqua abeat in mare.  
 Nã hoc in mare abit, misereq; perit sine omni bona gratia. hæc  
 Cum uideo fieri, suffuror, suppilo, de præda prædam  
 Capió. Meretricem ego item esse reor mare, ut est, quod des de  
 uorat, nec unquam

Abundat, at hoc saltem seruat \* Vbi est ea apparet. huic des  
 Quantumuis, nusquam apparet neq; datori, neq; acceptrici.  
 Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in  
 Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore atq; amicis.  
 Attat eccam adest propinquẽ, credo audisse hæc me loqui.  
 Pallida est ut peperit puerum, alloquar quasi nesciam.  
 Iubeo uos ualere. PH. noster Geta, quid agis, ut uales?

GE. Valeo, & uenio ad minus ualentem, & melius qui ualeat fero.

Herus meus, ocellus tuus, ad te ferre me hæc iussit tibi  
 Dona, quæ illos ferre uides, & has quinq; argenti minas.

PH. Pol haud perit, quod illum tantum. GE. iussit orare ut hæc  
 grata haberes tibi.

PH. Grata acceptaq; ccastor habeo, iube auferri. intrò i Cyame.  
 Ecquid



- Ecquid auditis hæc quæ imperata sunt? GE. ah? nolo, auferant:  
 Desiccari lubet, immò pudet ecastor \*
- Tu ne ais impudentem me esse? quæ sis stabulum flagitij?
- PH. Dic, amabo te, ubi est Dinarchus? GE. domi. Ph. dic ob hæc dona  
 Ad me miserit, me illum amare plurimum omnium hominum. (quæ  
 \* Vniq; honorem illi me habere omnium maximum, (est  
 Atq; ut huc ueni at obsecra. GE. i licet. Sed quis nam illic homo  
 Qui ipsus se comest, oculis malis, tristis? animo hercle homo suo  
 est miser, (nouisti, obsecro?
- Quisquis est. PH. dignus est mecastor ille. GE. quid est. PH. non  
 \* Qui illic apud me erat, huius pater pueri illic est usq; adiecta  
 lusit ali. mansi, auscultavi, obseruavi. GE. quem per \* (cultu  
 Noui hominẽ nibili, illic queso ẽ? PH. illic est. GE. me intuetur  
 Traxit ex intimo uentre suspiriũ. hoc uide dentibus (gemens.  
 Frẽdit. icit femur. num obsecro nã ariolus est? qui ipsus se uerbe
- ST. Nunc ego meos animos uiolentos, meãq; iram ex pectore (rat.  
 Ian promam. loquere, unde es? cuius es? cur ausus inclementer  
 Mihi dicere? GE. lubido est. ST. istuccine mihi respondes?
- GE. Hoc, non ego te floccifacio. ST. quid tu? cur ausa es alium te  
 Dicere amare hominẽ? PH. lubitũ est. ST. ain tandem? istuc pri  
 mum experiar,
- Tun tantilli doni caussa, olerum atq; esearum, & poscarum  
 Mœchum malacum, cicimatu, umbraticolam. tympanotribam,  
 Amas? hominem nõ nauici? GE. queso hercle, meo ne hero tu im  
 probe \*
- Male dicere audes? fons uitij & periurij. ST. uerbum unum  
 Adde istoc, iam hercle ego te hic hac offatim offutiam. GE. tãge  
 Modò, iam ego te hic agnũ faciam, & mediũ distruncabo, si tu  
 Ad legionem bellator clues, at ego in culina cluco.
- PH. Si æquum facias, haud \* meos incuses, quorum mihi  
 Dona accepta grataq; habeo, tuaq; ingrata, quæ abs te accipi.
- ST. Tum pol ego & donis priuatus sum, et perij. GE. plane istuc est.  
 Quid nunc ergo huic odio es \* busteus

ST. Perij hercle hodie, nisi hunc à te abigo. GE. accede huc modò,  
 Adi huc modò. ST. etiam scelus uiri mimitare, quem ego  
 Offatim iam iam iam concipilabo. Quid tibi huc uentio est?  
 Quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio est inquam?  
 Amicam meam. emoriere ocyus, si manu niceris,  
 Quid manu nicerim, fac quod iussim: mane, iam ego te hic  
 Offatim conficiam. GE. occidi optimum est, captio est, istam  
 Macharam longiorem habes quam hæc est. sed uerum  
 Sine dum petere, siquidem belligerandum est tecum.  
 Ibo domum. Ego tecum bellator arbitrum æquum cæperim.  
 Sed ego cesso me hinc amoliri, uentre dum saluo licet?

PHRONESIVM meretrix. STRATO-  
 PHANES miles.

D Ate solcas, atq; me intro actutum ducite.  
 Nam mihi de uento misere condoluit caput.  
 ST. Quid mihi futurum est, cui due ancille dolent,  
 Quibus te donauit iam ne abijstithem sic datur,  
 \* Quo pacto excludis quasos? potius planius  
 Quam exclusus nunc sum pulcre ludificor. sine  
 Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest?  
 Ut ego his suffringam talos totis ædibus.  
 Num quippiam auarum mutat mores mulierum?  
 Postquam filiolum peperit, animos sustulit:  
 Num quasi mihi dicat, nec te iubeo, nec ueto,  
 Introire in ædis. At ego nolo, non eo,  
 Ego saxo dicat me in diebus pauculis  
 Crudum uirum esse. sequere me hac, uerbum sat est.

STRABAX rusticus adolescens, ASTA-  
 PHIVM ancilla.

R V S mane dudum hinc ire iussit pater,  
 Ut bubus glandem prandio depromerem.  
 Post illuc ueni quam aduenit, si dis placet,  
 Ad uillam argentum meo qui debebat patri,  
 Qui ouis Tarentinas erat mercatus de patre.

Querit



Querit patrem, dico esse in urbe. interrogo  
 Quid eum uelit. homo crumenam sibi de collo detrahit,  
 Minus uiginti mihi dat, accipio libens,  
 \* Condo in crumenam. ille abiit, ego perperaminas  
 Ouis in crumena hac in urbem detuli.  
 Fuit edepol Mars meo periratus patri,  
 Nam oues illius haud longè absunt à lupis.  
 Nunc ego istos mundulos urbanos amafios  
 Hoc ictu exponam, atq; omnes eijciam foras.  
 Eradicare est certum cumprimis patrem,  
 Post id locorum matrem. nunc hodie efferam  
 Ad hanc argentum, quam mage amo quàm matrem meam.  
 Tat ecquis est? nulla est? ecquis aperit hoc hostium?

A S. Quid istuc alienum est? amabo mi Strabax,

\* Qui non extemplò ire si anne oportuit  
 Ita te quidem qui es familiaris. S T. ibitur,  
 Ne me morari censeas. A S. lepidè facis.

STRATILAX seruus, ASTA-  
 PHIVM ancilla.

**M**irum uidetur rure herilem filium  
 Strabacem non rediisse, nisi si clanculum  
 Collapsus est hic in corruptelam suam.

A S. iam pol ille me in clamabit, si aspexerit.

S T. Nimio minus se uis iam sum Astaphium, quàm fui,  
 iam non sum truculentus, noli metuere \*

Quid uis? A S. quid? tuam expecto truculentiam.

S T. Dic, impera mihi, quid tibi ex quo uis modo.  
 Nouos omnes mores habeo, ueteres per didi.  
 Vel amare possum, uel iam scortum ducere.

A S. Lepidè me castor nuncias. sed dic mihi,  
 Habent? S T. parasitum te fortasse dicere.

A S. Intellexisti lepidè quid ego dicerem.

S T. Heus tu, iam postquam in urbem crebro comneo,

Hh 4

Dicax

- Dicax sum factus, iam sum cauillator probus.
- AS. Quid id est amabo? ist. ecce ridicularia  
Cauillationes uis fortasse dicere?
- ST. Ita ut pauxillum differt à cauillulis.
- AS. Sequere intrò me, amabo, mea uoluptas. ST. tene hoc tibi,  
Rabonem habeto, mecum ut hanc noctem sies.
- AS. Perij, Rabonem. quam esse dicam hanc beluam?  
Quin tu arabonem dicis? ST. at facio lucri,  
Vt Prænestinis conia, est ciconia.
- AS. Sequere obsecro. ST. Strabacem hic operiar modò,  
Si rure ueniat. AS. is quidem apud nos est hic strabax,  
Modò rure uenit. ST. prius ne quàm ad matrem suam?  
Heu edepol hominem nihili. AS. anne autem ut soles?
- ST. Immò nihil dico. AS. i intrò amabo, cedo manum.
- ST. Tene, in tabernam ducor diuersoriam,  
Vbi malè accipiar mea mihi pecunia.

## DINARCHVS adolescens.

**N**eq; gnatur st, neq; progignetur, neq; potest reperirier,  
Cui ego nūc dictum aut factum melius quàm Veneri ue  
Dij magni ut ego letus sum, & leticia differor, ita (lim.  
Ad me magna nunciauit Cyanus hodie gaudia,  
Mea dona deamata accepta q; habita esse apud Phronesium.  
Cum hoc iam uolupte st, tum hoc nimio magnæ mellinæ mihi,  
Militis odiosa ingrata q; habita. totus gaudeo,  
Mea illa est, si repudiatu miles, mulier mecum erit.  
\* Saluus sum, quia pereor: si non peream, pane uicem qui foras  
Nunc speculabor quid ibi agatur, quis eat intrò, qui foras  
Veniat: procul hinc obseruabo miles quid fortunis fuit  
\* Quia nihil habeo unū animos moui mihi, omnia agā precario.

ASTAPHIVM ancilla. DINAR-  
CHVS adolescens.

**L** Epidè efficiam mea hera officium, uide intus modò ut tu  
tuum

Item



Item efficias. ama id quod decet rem tuam, istum exinaniui.

Nunc dum isti lubet, dum habet, tempus ei rei secunda.

Prome uenustatem amanti tuam, ut gaudia compares.

\* Ego interim hic restiti tricis præsideo, iste, dum sic faciat.

Domum ad te exagogā, nec quenquam interim istoc ad uos,

\* Qui sit odio, intromittam: tu perge ut lubet ludin istos.

Qui est iste? D I N. cia Astaphium, indica qui perit. A S T. ama  
bo hiccine tu

Eras? D I N. molestus ne sum. A S T. nunc magis quam fuisti. nā  
si qui haud

Nobis usui est, nobis molestus. Sed obsecro da mi operam, ut

Narrem que uolo. D I N. nam quid est? A S T. nam ea refert nō  
musset

Intus bolos quos dat. D I. quid amator nouus quispiam?

A S T. Integrum & plenum adorta est thesaurum. D I. quis est? A S T.  
eloquar.

Sed tu taceto. Nouistin tur hunc Strabacem? D I. quid nī?

A S. Solus summam habet hic apud nos. nunc is est fundus nobis.

Animo bono male rem gerit. D I. perij hercle ego. \* Stultus es,

Qui facta infecta facere uerbis postules. Thetis quoq; etiam

Lamentando lessum fecit filio. D I. Non ego nunc intro

Ad uos mittar? A S. quidum quam miles magis?

D I. Quia enim plus dedi. A S. plus enim es intromissus, cum dabas.

Sine uicissim qui dant operam ob id quod dant operis utier.

Litteras didicisti: quando scis, sine alios discere,

D I. Discant, dum mihi argumentari liceat, ni oblitus siem,

Qui dedi. A S. interea magister dum tu commentabere,

\* Volt interim illa itidem commentari, quid rē accipere identidē.

D I. Dedi equidem hodie ei quinq; argenti de ferri minas,

Præterea unam in obsonatum. A S. idem istoc delatum scio.

De eo nunc bene sumus tua uirtute. D I. illi ne ut inimici mei

Bona istic edant. mortuū hercle me quam ut id patiar mauelim.

A S. Mauelim mihi inimicos inuidere, quam me inimicis meis.

Nam inuidere alij bene esse, tibi male esse, miseria est.

Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem habent.

Stultus es. D I. quid est? A S. operire. D I. quid iā? A S. quia pol.

D I. Non licet de obsonio saltem me participem fieri?

A S. Si uolebas participare, auferres dimidium domum.

Nam itidem ut Acherunti hic ratio accepti scribitur.

Intro accipimus: quando acceptum est, non potest ferri foras.

Bene uale. D I. resiste. A S. amitte, sine. D I. amitto intro. A S. ad te quidem.

D I. Immò istoc ad uos. A S. ire non potes tu nimium pati.

D I. Experiri sine. A S. immò opperire. D I. melius experier.

Dicā a desse. D I. ubi est? A S. occupata est. D I. resiste. A S. abeo, frustra es. D I. redin,

An non redis? A S. sed uocat me que in me plus potest. D I. quam potest,

Vno uerbo eloquere, mittin me intro? A S. mendax es, abi.

Vnum aiebas, tria iam dixi uerba, atq; mendacia.

D I. Abijt intro, hinc iuit. ego ut hæc mihi patiar fieri?

Iam hercle ego tibi illecebra ludos faciam clamare in uia,

Que aduersum legem accepisti à plurimis pecuniam.

Iam hercle apud omnes magistratus faxo erit nomen tuum.

Postidea ego te manum iniiciam, quadrupli uenefica

Suppostrix puerū. ego edepol iam tua probra aperibo omnia.

Nihili me, perdidit omne quod fuit, fio impudens.

\* Nec mihi adest ad illum pensiam quos capiam calceos.

Sed quid ego hic clamo? quid si me iubeat intronittier?

Conceptis, me non facturum, uerbis iurem, si uelit.

Nuge sunt. Si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet.

De nihilo nihil est irasci, que te non flocci facit.

Sed quid hoc est? prò di immortales, Calliclem uideo senem,

Alteram tonstricem huius, alteram ancillam suam, meus

Qui affinis fuit, ancillas duas constrictas ducere.

Pertimui, postquam una cura cor meum mouit modò,



Timeo ne male facta antiqua mea nunc inueniam omnia.

CALLICLES senex. ANCILLAE duæ.

DINARCHVS adolescens.

**E**Go ne tibi maledicam, aut tibi adeò malè uelim, ut animus meus sit.

Propemodum expertæ estis, quàm ego sim mitis tranquillusq;  
Rogitauit ego uos uerber\* pendentibus simul, (homo.

Commenini quo quicq; pacto sitis confessæ, scio.

Hic nunc uolo scire eodem pacto si sine malo fateamini.

Quanquam uos colubrino ingenio ambæ estis. edico prius,

Ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues uos necem.

Nisi si ad Tintinnaculos uoltis uos educi uiros.

AN. Vis subegit uerum fateri, ita lora lædunt brachia.

CA. At si uerum mihi eritis fassæ, uinclis exolucmini.

DI. Etiam nunc quid sit negotij, falsus incertusq; sum,

Nisi quia timeo tamen ego, nec quid peccaui scio.

CA. Omnium primum diuersæ state. hem sic, istuc uolo.

Ne uic inter uos significetis. ego ero paries, loquere tu.

AN. Quid loquar? CA. quid puero factū est, mea quem peperit filia,

Meo nepoti? capita rerū mihi expedite. AN. istæ dedi.

CA. Iam tace. accepisti in puerum tu ab hac? AN. accepi. CA. tace,

Nihili moror præterea, satis est fassa. AN. inficias non eo.

CA. Iam liuorem tute scapulis istoc concinnas tuis.

Conueniunt adhuc utriusq; uerba. D. Luæ misero mihi,

Mea nunc facinora aperiuntur, clam quæ speraui fore.

CA. Loquere tu, quis dare te huic puerū iussit? AN. hera maior mea.

CA. Quid tu? cur eum accepisti? AN. hera me rogauit minor,

Puer ut afferretur, eaq; ut celarentur omnia.

CA. Loquere tu. Quid eo fecisti puero? AN. ad meam herã detuli.

CA. Quid eo puero tua hera fecit? AN. hera meo exempto dedit.

CA. Cui malū heræ? AN. Duæ sunt istæ. CA. caue tu nisi quod te ro

ga quæ exquiro. AN. mater filie dono dedit inquam. (go, nisi

CA. Plusquam dudum, inquam, loquere. AN. plus tu rogatas. CA.

responde ocyus.

Quid

- Quid illa, cui donatus est? AN. supposiuit. CA. cui? AN. sibi  
 Pro filiolo. CA. pro filiolo? DI. i obscuro nostram fidem,  
 Ut facilius alia quàm alia unde est, puerum alienum parit.  
 Hæc labore alieno puerum peperit sine doloribus.  
 Puer quidem beatus, matres duas habet, & auias duas.  
 Iam metuo patres quot fuerint. uide sis facinus mulicbre.  
 AN. Magis pol hæc malitia pertinet ad uiros, quàm ad mulieres.  
 Vir illam, non mulier prægnatam fecit. CA. idem ego istuc scio.  
 Tu bona ei custos fuisti. AN. plus potest qui plus ualet.  
 Vir erat, plus uolebat, uicit. quod petebat, abstulit.  
 CA. Et tibi quidem hercle idem attulit magnum malum.  
 AN. De istoc ipsa, et si tu taceas, reapse experta intelligo.  
 CA. Nunquam te facere hodie quiui, ut is quis esset diceres.  
 AN. Tacui, at nunc non tacebo, quando adest, necesse est indicem.  
 DI. Lapideus sum, commouere me miser non audeo.  
 Res palam omnis est, meo illic nunc fiunt capiti comitia.  
 Meū illuc facinus, mea stultitia est. timeo quàm mox nominer.  
 CA. Loquere filiam meam quis integram stuprauerit?  
 AN. Video ego te propter. CA. mala\* qui est? AN. patronus parietis.  
 DI. Neq; uiuus neq; mortuus sum, neq; quid nunc faciã scio.  
 Neq; ut hinc abeam, neq; ut hunc ad eam scio, timore torpeo.  
 CA. Dicin an non? AN. Dinarchus. cui illã prius desponderas.  
 CA. Vbi is homo est quem dicis? DI. assum Callicles. per tua obscuro  
 Genua, ut tu istuc insipienter factum sapienter feras,  
 Mihiq; ignoscas, quod animi impositi uini uitio fecerim.  
 CA. Non places. in mutum culpam confers, quod nequit loqui.  
 Nam uinum si fabulari posset, se defenderet.  
 Non uinum hominibus moderari, sed uino homines solent,  
 Qui quidem probi sunt. uerū qui improbus est, aquã si bibit,  
 Siue adeo caret temeto, tamen ab ingenio est improbus.  
 DI. Scio equidem quæ nolo. multa mihi audienda obnoxia.  
 Ego me tibi obnoxium esse fateor, culpæ comitem.  
 AN. Callicles, uide quæso homini ne facias iniuriam,



Reus solutus causam dicit \*

- CA. Soluite istas. agite abite, tu domum, & tu item domum,  
Eloquere hæc heræ tuæ, puerum reddat, si quis cum petat.  
Eamus tu in ius. DI. quid uis in ius me ire? tu es prætor mihi.  
Verum te obsecro, ut tuam gnata des mihi uxorem Callicles.
- CA. Eundem pol te iudicasse quidem istam rem intelligo.  
Nam haud mansisti dum ego darem illam, tute sumsisisti tibi.  
Nunc habeas ut nactus. uerum hoc ego te multabo bolo,  
Sex talenta magna à dote demam pro ista inscitia.
- DI. Bene agis mecum. CA. filium istinc tuum te melius est repetere.  
Ceterum uxorem quamprimum potest, abduces ex ædibus.  
Ego adeo iam illi remittam nuncium affini meo,  
Dicam ut aliam conditionem filio inueniat suo.
- DI. At ego ab hac puerum reposcam, ne mox insicias eat.  
Nihil est. nam ipsa hæc ultrò ut factum est, fecit omnè rē palam.  
Sed nimium pol opportunè ecce ab se seegreditur foras.  
Næ illa stimulum longum habet, quæ usq; illinc cor pungit meū.

PHRONESIVM meret. DINARCHVS

adol. ASTAPHIVM ancilla.

**B**Litea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in uino ad rem  
suam.

Si alia membra uino madeant, cor sit saltem sobrium.  
Nam mihi diuidia est, tonstricem meam sic multatam malè.  
Ea dixit, cum Dinarchi puerum esse inuentum filium.

\* Vbi id audiuit, quanquam penes est mea omnis res & liberi,

\* Video eum qui manstutorem me adoptauit bonis.

\* DI. Mulier assum. profectus est. PH. quid agitur uoluptas mea?

DI. Non uoluptas. aufer nugas. nihil ego nunc de istac re ago.

PH. Scio mecastor, quid uelis, & quid postules, & quid petas.

Me uidere uis, & me te amare, puerum petis.

DI. Di immortales ut planilo qua est? paucis ut rem ipsam attigit.

PH. Scio equidem sponsam tibi esse, & filium ex sponsa tua.

Et tibi uxorem ducendam iam esse, alibi iam animum tuum.

Et me quasi pro derelicta sis habiturus. sed tamen  
Cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia,  
Aetatem qui uni cubili nunquam committit suam.

Quia si unum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit.

DI. Ocium ubi erit de istis rebus, tum amplius tecum loquar.

Nunc puerum redde. PH. immò amabo ut hos dies aliquos sinas  
Eū esse apud me. DI. Minimè. PH. iam amabo. DI. quid opus est?

PH. è re mea

Triduum hoc saltem, dum aliquò miles circumducitur.

In eam rem, si quid habebo, tibi quoq; etiam proderit.

Si auferes puerum, à milite omnis tū mihi spes animum effla-

DI. Factum cupio. nam re facere si uelim, non est locus. (uerit.

Nunc puero utere & procura, quia unde procures habes.

PH. Multū amabo te ob istam rem mecastor. ubi domi metues malū,

Fugito huc ad me, saltem amicus mihi esto manubiarius.

DI. Bene uale Phronesium. PH. iam me tuum oculum non uocas?

DI. Id quoq; interim futatim nomen commemorabitur.

PH. Nunquid uis? DI. facultas operæ ubi mihi erit, ad te uenero.

PH. Ille quidem hinc abiit, abscessit, dicere hic quiduis licet.

Verum est uerbū, quod memoratur: Vbi amici, ibidē sunt opes.

Propter hunc spes etiam se hodie \* militem

Quem ego ecastor magis amo quam me, dum id quod cupio, in  
de aufero.

Quæ cū multū abstulimus, haud multū apparet quod datū est.  
Ita sunt gloriæ meretricū. A S. Aha tace. PH. quid est obsecrot

A S. Adest, pueri. PH. sine eū ipsum adire huc, sine, si is est modò.

Sine eum ipsum adire ut cupit ad me,

Næ istum ecastor hodie astutis confectum fallacis.

STRATOPHANES miles. ASTAPHIVM

ancilla. PHRONESIVM meretrix.

STRABAX adolescens rusticus.

E. O mihi amare, fero supplicium damnis ad amicam meam.  
Ut illud acceptum sit quod perdidi, hoc addam in super.

Sed



Sed quid uideo? heram atq; ancillam ante edis. adeunda est haec mihi.

Quid hic uos agitis? PH. ne me appella. S T. nimirū sauis. PH. sic sine.

Potin es ut mihi molestus ne sies? S T. quid Astaphylitium est?

A S. Meritò ecastor tibi succenset. PH. egon? atq; isti etiam parum

Male uolo. S T. ego mea uoluptas, si quid peccaui prius

\* Supplicium ad te hanc minam fero auri, si mihi ride spice

Manus uetat priusquam penes sese habeat quicquam credere.

Puero opu' st cibum, opus est matri autem qua puerum lauit,

Opus nutrici autem utrem ut habeat ueteris uini largiter,

Vt dies noctesq; potet. opu' st igne, opus est carbonibus.

Fascijs opus est, puluinis, cumis, incinabulis.

Oleum opus est, farina puero opus est, opu' st totum diem.

Nunquam hoc uno die efficiatur opus, quin opus semper fiet.

\* Non enim possunt militares pueri & a uio educere.

S T. Respice ergo, accipe hoc, qui istuc exefficias opus. PH. cedo,

Quanquā parum est. S T. addā minā adhuc istuc postea. PH. pā

S T. Tuo arbitratu quod iubebis, id dabitur, da nunc sauiū. (rū est.

PH. Mitte me inquam, odiosus es. S T. nihil fit, nō amor. teritur dies,

Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidit.

PH. Accipe hoc, atq; auferto intrò. S T. ubi amica mea est gentium,

Neq; ruri neq; hic operis quicquam factò, corrumpor situ.

Ita miser cubando in lecto hic expectando obdurui.

Sed eccam uideo. heus amica quid agis? S T. quis illic homo?

PH. Quē ego mecastor magis amo quā te. S T. quā me? quomodo?

PH. Hoc modo, ut molestus ne sies. S T. iā abis postquā aurū habes.

PH. Condidi intrò quod dedisti. S T. adest. amica te alloquor.

PH. At ego ad te ibam. S T. ad me delicia. hercle uerò seridò.

Quanquam ego tibi uideor stultus, gaudere aliqui me uolo.

\* Nam quanquam es bella, malo tuo nisi tu ego aliqui gaudeo.

PH. Vin te amplectar, & sauium dem? S T. quiduis face, gaudeam.

S T. Meos ne ante oculos ego illam patiar alios amplectarier?

- Mortuum hercle me \* satius. Abstine hoc mulier manum.  
 Nisi si te mea manu ui in machera & hunc uis mori.  
 STrab. Nihil p̄uax̄ p̄v̄ satius est miles, si te amari postulas.  
 Auro, haud ferro deterere potes me, amet Stratophanes.
- ST. Qui malū bella aut faceta es, quæ ames hominem istiusmodi  
 PH. Venit' ne in mentem tibi quod uerbum in cauca dixit histrio,  
 Omnes homines ad suum quæstum callent & fastidiunt.
- ST. Hunc cecine hominem te amplexari, tam horridū atq; squalidum.  
 PH. Quanquā hic horridus est, quanquā hic squalidus sit, at est bellus
- ST. Dedin ego aurum? PH. mihi? dedisti filio cibaria. (mihi.)  
 STr. Nunc si hanc tecum esse speras, alia opus est auri mina.
- ST. Malam rem i, & magnam. STr. magno opere serua ibi uaticū.  
 Quid ista debet nisi tria? ST. quæ tria? nam? STr. unguenta, no-  
 Par pari respondet. uerum nunc saltem si amas\* (stem, sauium.)  
 \* \* \*
- Caue faxis uolnus, tibi iam cui sunt dentes ferrei.  
 Vulgo ad se omnes intromittit, abstine istac tu manum.
- \* Iam hercle iam magno tu uapula uir strenuus.
- S Tr. Dedi ego huic aurū. ST. at ego argentum. STr. at ego pallam et  
 purpuram.
- ST. At ego oues, & lanam, & alia multa quæ poscet dabo.  
 Melius te minis certare mecum quā minacijs.
- PH. Lepidus ecastor mortalis est. Strabax mi perge obscuro.  
 Stultus atq; insanus damnis certant, nos saluæ sumus.
- ST. Age prior tiro da aliquid. STr. immo tu prior perde & peri.  
 ST. Hem tibi talentum argenti, Philippicum est, tene tibi.
- PH. Tanto melior. noster esto, sed de uestro uiuito.
- ST. Vbi est quod tu das? solue zonas. PH. prouocatur. ST. quid tim  
 STr. Tu peregrinus, hic habito nunc \* non ego ambulo (mes?  
 Pecua ad hanc collo in crumena ego obligata defero.
- ST. Quid dedi? ut distinxerim hominē. STr. immo ego uerō qui dedi.
- PH. Inunc intro amabo et tu ergo hac mecum. ST. tu eris mecum quōdē.
- S Tr. Quid tu quid ais: cum hoc cecine\* ST. ego posterior dedi.



- PH. Tu dedisti, iam daturus est. istuc habeo, hoc expeto.  
 Verum utriq; mos geratur, amborum ex sententia.
- ST. Fiat ut rem gratam uideo, hoc accipiendum est quod datur.
- STr. Meum quidem te lectulum certè occupare non sinam.
- PH. Lepidè ecastor aucupauit, atq; ex mea sententia.  
 Meamq; ut rem \* gestam, uestram rursus bene geram.  
 Verum amabo, si quid animatum est facere, fac iam ut sciam.  
 Veneris causa applaudite, eius hæc in tutela est fabula.  
 Spectatores bene ualete, plaudite, atq; exurgite.

F I N I S.

LOCI EX XII. A  
 MISSIS FLAVI CONCORDII  
 Grammaticæ Latine

ADDI





## DE PLAVTO TE-

STIMONIA VE-  
terum.

1. Varro dicit Musas, Aelij Stylonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui uellent.
2. In argumentis Cecilius poscit palmam, in Ethesi Terentius, in sermonibus Plautus.
3. Duplex omnino est iocandi genus. Vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum. Alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum: in quo genere non modò Plautus noster, & Atticorum antiqua comœdia, sed etiam philosophorum Stoicorum libri referti sunt.
4. Animaduerto duos quos eloquentissimos antiqua ætas tulit, Comicum Plautum & oratorem Tullium, eos ambos etiam ad iocorum uenustatem ceteris prestitisse. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortẽ eius Comœdiæ, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse de iocorum copia noscerentur.
5. Plautus linguæ atq; elegantie in uerbis latinæ princeps.
6. Plautus uerborum latinorum elegantissimus.
7. Plautus linguæ latinæ decus.

## LOCI EX XLI. A-

MISSIS PLAVTI COMOEDIIS,

à Grammaticis Latinis

citati.

ACARISTVDIVM. SVSPICA-

ri, ut opinor, licet, esse ἀχαι

studium.

1. Quam ego tanta pauperavi per dolum pecunia.

Kk

ADDI-

## ADDICTVS.

1. Sed enim Saturionē, & Addictum, & tertiam quandā, cuius nunc mihi nomen nō suppetit, in pistrino eum scripsisse, Varro & plerique alij memorie tradiderunt.

## AGRICVS.

1. M. Varro in libro de Comædijs Plautinis primo actu uerba hæc ponit: Nam nec Gemini Lenones, nec Condaliū, nec Anus Plauti, nec Bis compressa, nec Bæotia unquā fuit, neque adeò Agricus, neq; Commorientes, sed M. Acutici.

## AMBROICVS.

1. Quasi lupus ab armis ualeo, clunes infractos gero.

## ANVS.

## ARTAMON.

1. Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adest superstes.

## ASTRABA.

1. Est autē astraba, uehiculū, *ωαγαὰ τὸ μὴ ὑπέπεσαι*, quo titulo & Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi uehiculis inductæ.

2. Legerat ille, apludam ueteres rusticos frumenti surfurē dixisse: idq; à Plauto in Comædia, si ea Plauti est, quæ Astraba inscripta est, positum esse.

3. Apludas frumenti surfures dicunt rustici ueteres. hoc in antiquis inuenitur, quorū in dubio est authoritas: quanquā & Plautus in Astraba fabula ita dixerit, cuius incertum est an sit ea Comædia, atq; ideo uersus eiusdem ponere superse dimus.

4. Sequere, adsequere, Polybadisce, meam spem cupio cōsequi. Sequor hercule quidem: nam libenter mea spe, rata consequor.

5. Axitiose ammonam caram è uili concinnant uiris.

6. Quasi tellenon aut pilum Græcū reciprocis plana uia.

7. Cum incuriosum locaretur, terebratum quidem peratundis.



3. Dare pedibus protinam sese ab his regionibus.

BIS COMPRESSA

BOEOTIA.

1. Ut illum dii perdant, primus qui horas repperit,  
Quiq; adeò primus statuit hic solarium,  
Qui mihi comminuit misero articulatum diem.  
Nam me puero uterus hic erat solarium  
Multo omnium istorum optimum & uerissimum,  
Vbi iste monebat esse, nisi cum nihil erat.  
Nunc etiam quod est, non estur, nisi soli lubet.  
Itaq; adeò iam oppletum 'st oppidum solarijs,  
Maior pars populi aridi reptant fàme.

CAECVS, SIVE PRAEDONES.

1. Spectaui ludos magnificè atque opulenter.
2. Plure altero tanto, quanto eius fundus est uelim.
3. Peregre est.
4. Velim te arbitrari factum. R. sedulum est, submouentur  
hostes, remouentur lapides.
5. Nihil feci secus, quàm me decet.
6. Quis tu es, qui ducis me? Mu. Perij hercle, Afer est.
7. Nihil quicquam factum nisi fabre, nec quicquam positũ  
sine luco auro, ebore, argento, purpura, picturis, s̄sol ijs,  
tum statuis.
8. Neque eam à me inuito unquam abduces.

CALCEOLVS.

1. Molluscam nucem super eius dixit impendere tegulas.

CARBONARIA.

1. Secundum ipsam aram, aurum abscondidi.
2. Patibulum ferat per urbem, deinde affigatur cruci.
3. Sic ego pernam, sumen, sue, spectile, callum, glandia.

CHRYSALVS.

1. Fortè ego ut in stega confederam.

## COLAX.

1. Colacem esse Næui & Plauti ueterem fabulam.
2. Batiolam auream octo pondo habebat, accipere uoluit.

## COMMORIENTES.

1. Synapothnescontes Diphili Comœdia est, Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
2. Saliam in puteum præcipes.

## CONDALIVM.

1. Tan crepusculo ferè ut ament, lampadas accendite.

## CORNICVLARIA.

1. Olunt ædes Arabicas.
  2. Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio.
  3. Latrocinatus annos decem mercedem.
  4. Pulcrum & luculentum hodie euenit prælium.
  5. Litaueram, Lauernam ni furis scelera scit manus.
  6. Qui amant ancillam meam Sedulium oculitus.
  7. Te obsecro Lyde pileũ meũ, mi sodalis, mea salubritas.
  8. Millies aduentu, quem circumcunt ludentes.
- Quid cessamus ludos facere? Circus noster ecce adest.

DACHARIA. Sed emendari uideo,  
ut fiat Bacharia.

1. Quis est mortalis tanta fortuna affectus unquam,  
Quam ego nunc sum? cuius hæc uentri portatur pompa?  
Vel nunc, qui mihi in mari acipenser latuit antehac,  
Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.

## DYSCOLVS.

1. Virgo sum, non didici uerba nupta dicere.

## FOENERATRICIVS.

1. Quæ ego populabo properè.

## FRETVM.

1. Hoc illud est,  
Quod arietini responsum magnis ludis dicitur.

Peribo,



Peribo, si non fecero: si saxo, uapulauero.

## FRIVOLARIA.

1. Commodo dictitemus.
2. Is mihi erat bilis, aqua intercus, tuſſis, febris.
3. Vbi rorarij estis? en sunt. ubi accensit ecce.
4. Nauè agere oportet, quod agas, non ductarier.
5. Sequimini me hac sultis legiones omnes Laurnæ.
6. Superaboq; omnes argutando præficas.
7. Tunc papillæ primum sororiabant: illud uolui dicere, fra  
terculabant.

## FUGITIVI.

1. A grege specta, ui de uiuices quantas, iam inspexi quid  
essent.

GESTIO. Animaduerto emendari,  
ut fiat Restio.

1. Cerastribula, ut de lumbo obscenabis.

## HORTVLVS.

1. Præco ibi asit cum corona, cuiq; liceat ueneat.

## LENONES GEMINI.

1. Dolet hic puellus sese uenum ducier.

## LIPARGVS.

1. Nihil moror mihi fucum in aluo, apibus, qui peredit ci-  
bum.

## MEDICVS.

1. In conspicilio asseruabam pallium.
2. Parasito cum uirgis caseum radi potest.
3. Domi reliqui exoletam uirginem.

## MOECHVS.

## NERVOLARIA.

1. Scobinam ego illam actutum adraſi.
2. Prohibent quòd mœnia alia unde ego fungor in ea.
3. Productè prodigum esse in amatorem addecet.
4. Vinum subleſtiſſimum.

5. *Insanum ualde uterque deamat.*
6. *D. obolares, schanicula, miracula.*
7. *Scrantia, scrupeda, scritabilla, tantilla.*
8. *Non quasi ut hæc sunt hic limaces, liuida.*
9. *Siratea, scrupeda, stratiuola, sordida.*

PATINA, SEV PATINARIA.

1. *Nam quid ille nunc diutius remorantur remeligenes?*

PARASITVS PIGER.

1. *Domum ire coepit tramite dextra uia.*
2. *Migro hinc inde, bene potus primo crepusculo.*
3. *Ambo magna laude lauti, postremò ambo sumus non nauci,*
4. *Addite lopades, echinos, ostreas.*

PHAGON.

1. *Honos Syncrasto perit pernis gladio.*

PHASMA.

1. *Nec rectè si illi dixeris.*
2. *Eadem præcipio super rebus nostris loqui te.*

PLOTINVS.

1. *Nam coloratam frontem habet petilis labris.*

SATVRIO.

1. *Catulinam carnem esitauisse, hoc est comedisse Roma nos, Plautus in Saturione refert.*
2. *Retrabi nequitur quoquò progressa est semel.*
3. *Mile tibi euenisse uideo, glaber erat tanquam rien.*
4. *Succenturia, centum require, qui te delectent domi.*

SCEMATICVS.

1. *Nam pater tuus nunquam cū illa etiam limabit caput.*

SITELITERGVN.

1. *Mulieres uxorculauit, ego noui, scio axitiosam.*

TRIGEMINI.

2. *Ni fugissem, medium credo præmorisset.*

VAC



VACCIA S. De quo uerbo dubito: nam  
adducuntur alicubi hæc ex Plauti  
Bacchide.

1. Efffer nasiternam cum aqua foras.

VIDVLARIA.

1. Nescio quid seruos è myrteta profsiluit.  
2. Paupera hæc res est.  
3. Apposita est clasendix? at ego dicam signi quid sit.  
4. Animaduertite amâbo, si uultis, uidulū hic apponite:  
ego seruabo quasi sequestro detis, neutri reddibo, do-  
nicum res dijudicata hæc crit.  
5. Inopiam, luctum, mœrorem, paupertatem, famem:  
6. Eiusdem Bacchæ fecere nostram nauim Pentheum.  
7. Nunc ut apud sequestrum, uidulum posuimus.  
8. Nunc seruos argentum à patre expalpabitur.  
9. Malim moriri meos, quàm nunc mendicariet,  
Boni ministrantur, illum nunc irident mali.  
10. Signum rectè comparebat, huius contendi anulum.  
11. Quid multa uerba? plurimum luctauimus.  
12. Iube hunc insui culleo, atq; in altum deportari, si uis  
annonam bonam.  
13. Ibi ut piscabar fuscina, ici uidulum.

LOCI ALII EX AÆ  
MISSIS CITATI, NON AD-  
dito Comœdię no-  
mine.

1. Agite nunc, subsidite omnes, quasi solent triarij.  
2. Illud enim extemplò acceptum, me negato & filium.  
3. Epeum, fomicum cocum.  
4. Gannuit odiosus omni toti familiæ.  
5. Licet uos abire curriculo.  
6. Iam tibi tuis meritis crassus corius redditus est.

7. D<sup>i</sup> bene uortant, tene cruminam, minuerunt triginta  
mine.
8. NVLLAM REM citiorē apud homines esse, quā  
famam, re or.
9. Stultus est aduersus etatem & capitis canitudinem.
10. Corruspare tua consilia in pectore.
11. Nā modō mihi oculi cœcultiāt, est ne hic noster Hermio.
12. Eiurauit militiam.
13. Sic me subes cotidie, quasi fiber salicem.
14. Herbam do, cum ait Plautus, significat, uictum me fa-  
teor: quod est antiquæ & pastoralis uitæ indicium.
15. Inist te nunquam febris?
16. Neq; mineralem legem, neq; lenoniam, rogata fuerit  
nec ne, flocci facio.
17. Perfidiose captus, eo ædepol neruo ceruices probat.
18. Muriaticam uideo in uasis stagnis, naricam bonam &  
cauatam, & taguma quas fartas conchas piscinarias.
19. Non ego te noui naualis scriba columbari impudens.
20. Occidamus Plautus ponit, pro contrā cedamus.
21. Putitium Plautus dixit pro stulto.
22. Perediam & Bibestiam, Plautus finxit sua consuetudi-  
ne, cum intelligi uoluit cupiditatem edendi & bibendi.
23. Persicum portum Plautus cum ait, mare Euboicum ui-  
detur significare, quod in eo classis Persarum dicitur ste-  
tisse non procul à Thebis.
24. Nihil deconciliare sibi, nisi qui Persicus sapiis.
25. Olim huic puello se Venum ducier:
26. Sacrum aut prophanum habeas, parui penditur.
27. Vlcerosam, compeditam, subuerbustam, sordidam.
28. Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam.
29. Capulo proximos.
30. Glirium examina.
31. Nam coloratum fr ontē habet petilis.



32. Sed leno egredietur foras, hinc ex occulto sermonem sat  
tis sublegam.
33. Nec macheram audes dentes frondere.
34. Meam uxorem mittam catillatum.
35. Floccipendo quid rerum geras.
36. Argentum hinc facite.
37. Confosio rem te faciam soricina nenia.
38. Clandestine, ut caletur consuetudo.
39. Fortasse te amare suspicauere.
40. Instare factum.
41. Inimicus esto, donicum ego reuenero.
42. Quia sciebam pistrinum in mundo fore.
43. Pedibus, aduerbialiter.
44. Corpus tuum uirgis inscribam.
45. Nunquam ad ciuitatem uenio, nisi cum infertur pe-  
pulum.
46. Scelerare manus, pro polluere, Plautinus sermo, ho-  
die non in usu.
47. Ipsa sibi auis mortem creat.
48. Capularis senex.
49. Pro laruatore circumferam.
50. Paupera est mulier.
51. Si qua forte cautio est, ubi cum hietare nondum in men-  
tem uenit.
52. Exite & ferte fustes priuos in manu.
53. In pellis periculum protenditur.
54. Cedite mihi.
55. Mecum habet pagus, morbus, es.
56. Quid est hoc, rugat pallium, amictus non sum com-  
modè.
57. Exi tu Daue, age  
Sparge, mundum esse hocce uestibulum uolo.  
Venus uentura est, nostra nolo hoc pulueret.

58. Termentum apud Plautum, detrimentum.  
 59. Vesperna apud Plautum, coena intelligitur.

## LOCI EX COMOEDIIIS

QUAE EXTANT CITATI,  
 Qui hodie in nostris codicibus non inveniuntur.

### AMPHITRVO.

1. Optimo iure infringatur aula cineris in caput. (put.
2. Ne tu postules matellā unam tibi aquae infundi in ca-
3. Herus Amphitruo occupatus.
4. Laruatus aedepol hominem miserum medicū quæritat.
5. Tu certè aut laruatus es, aut ceritus.
6. Vno ut labore exsoluat ærumnas duas.
7. Cuiq; me absente corpus uulgauit suum.
8. Animam comprime.
9. Nisi hoc ita factum est, perinde ut factum esse autumo, non caussam dico, uerūm ne insimules probri.
10. Quasi aduenienti morbo medicati iuuenem.
11. Qui nequeas nostrorū uter sit Amphitruo decernere.
12. Prius ipse mecum etiam uolo hic meditari.
13. Manifestum hunc obtorto collo teneo furem.
14. Ibi scrobes effodito duplos sexagenos in dies.

### ASINARIA.

1. Hic aderit credo congerro meus, et collusor meus.
2. Pelle crebris pernicijs.
3. Qui etiam me miserum famosum facit suis flagitijs.

### AVLVLARIA.

1. Nec noctu nec diu quietus unquam eam, nunc dormiam.
2. Homa ebriacus somno sanari solet.



3. Quin mihi olera cruda ponunt, haec danunt.
4. Vbi quanque pedem uidebat, suppurabatur omnis.
5. Ego cefodiebam in die denos scrobes.
6. Hic quidam peruicus custodem addidit.
7. Pro illis crocotis strophijis, sumtu uxorio.
8. Ut admemordi hominem. (dixit, & neutro.)
9. Plautus in aulularia Myrtam etiam foeminino genere

## CAPTEIVI.

1. Pileum quem habuit, diripuit, cumq; ad caelum tollit.

## CVRCVLIO.

1. Auctionem facio parasiticam.

## CASSINA.

1. Perij, flacco habebit iam illic lumbos meos.
2. Intro ad uxorem, sufferamq; meum tergum ob iniuriam.

## CISTELLARIA.

1. Non quasi ut haec sunt limaces liuidae.
2. Qui nisi iteres, nimium is uegrandi gradu.
3. Prohibet diuitijs maximis, dote altrii atq; optima.
4. Et dolosi, idem conquinisce si istice ueto simul.
5. Expurgabo hercle omnia ad raucan rauim.
6. Quae quasi carnificis angiporta purgitaris.
7. Pol accubituram mater magis sum exercitare, quam  
a cursura sum tardiuscula.
8. Illum amatorem tibi proprium futurum in uita.
9. Intro ad bonam meretricem, astare in uia solum, pro-  
stibula sanè est.
10. Malum aufer, bonum mihi opus est.
11. Meminere officium suum.
12. Potir'es tu homo facinus facere strenuum,  
Aliorum est affatim qui faciant. sanè ego me  
Volo fortem perhiberi uirum.
13. Tu ne igitur mea matercula?
14. Cum extortis talis, cum crocotillis crusculis.

15. Germa-

15. Germana mea sororcula.  
 16. Siquidem impares pro copia, pro recula.  
 17. Datores bellissimi negocioli senecis uos soletis esse.  
 18. Adhinnire equulam possim ego hanc, si detur sola soli.

## EPIDICVS.

1. In latebras condas pectori penitissumè.

## BACCHIDES.

1. Illa mea cognominis est.  
 2. Ecquis euocat cum nasiterna & cum aqua istum impu-  
 risimum.  
 3. Quæ sodalem atq; me exercitos habet.  
 4. Nam credo cuius excantare cor potest.  
 5. Vincla, uirga, molle seuitudo mala sit peior.  
 6. Cor meum, spes mea, mel meum, suauitudo, cibus, gau-  
 dium.  
 7. Limaces uiri, qui atterant & consumant.  
 8. Nec cum quoquam alio acciperes mercedem annuam,  
 Nisi ab sese, nec cum quoquam limares caput.  
 9. Quibus ingens in animo utibile est modicum, et sine uer-  
 militate.  
 10. Cupido te conficit, an ne amor?  
 11. Prænestinum opinò esse, ita erat gloriosus.

## MILES.

1. Siue animo obsequere mecum, atq; onera te hilaritu-  
 dine.  
 2. Viden oculis tu illam uenaturam facere, atq; aucupiū  
 auribus.  
 3. Modicè sapis.  
 4. Itã ne nos nostramq; familiam habes exercitam?

## MERCATOR.

1. Noctūq; & diu ut uiro subdolasiss.

## PSEVDOLVS.

1. Itur ad me.

2. Pecus



2. Pecus neutro & masculino.
3. Ni carcerem effregeritis uestram domum.

## POENVLVS.

1. Quæ est illa anus?

## PERSA.

1. Theatrum lepidum cum decora schema.

## RVDENS.

1. Quid murmirillas tecum, & te discrucias?
2. Quo in loco sis nescius, nescias pessumus.
3. Ollas abstollas.

## STICHVS.

1. Publicitus.
2. Fami, in datiuo casu.

## TRINVMVVS.

1. Fulmentas iubeam supponi foco.

## TRVCVLENTVS.

1. Dum abeam quodam, & ubi nihil coepiam.
2. Factus sum extimus à uobis.

## DESIGNATIONES LO-

CORVM A PLAVTO CI-  
tatorum.

## TESTIMONIA DE

PLAVTO.

1. Quintilianus lib. 10. cap. 1.
2. Varro in Parmenone, citatur apud Nonium.
3. Cicero lib. 1. Off.
4. Macrobius lib. 2. Sat. in initio.
5. Gellius lib. 7. cap. 17.
6. Idem lib. 1. cap. 7.
7. Idem lib. 19. cap. 8.

## ACARISTVDIVM.

ADDI-

1. Nonius, Pauperavit.

ADDICTVS.

1. Gellius lib. 3. cap. 3.

AGRICVS.

1. Gellius, ibidem.

AMBROICVS.

1. Festus & Nonius, Clunes.

ANVS.

1. Gellius lib. 3. cap. 3.

ARTAMON.

1. Festus, Superstites. Helenius, in 1. Epod. Horatij.

ASTRABA.

1. Probus in uita Virgilij.

2. Gellius lib. 11. cap. 7.

3. Nonius, Apludas.

4. Varro de LL. libro 5.

5. Idem libro 6.

6. Festus, Reciprocare.

7. Nonius, Exterebrare.

8. Idem, Protinam.

BIS COMPRESSA.

1. Gellius lib. 3. cap. 3.

BOEOTIA.

1. Idem eodem libro & capite.

CAECVS, SIVE PRAEDONES.

1. Charisius lib. 2. Opulenter.

2. Ibidem, Plure.

3. Ibidem, Peregre,

4. Ibidem, Sedulum.

5. Ibidem, Secus.

6. Ibidem, Mu.

7. Ibidem, Fabre.

8. Ibidem, Inuito.



## CALCEOLVS.

1. *Macrob. lib. 3. Sat. cap. 18.*

## CARBONARIA.

1. *Priscianus lib. 10.*
2. *Nonius, Patibulum.*
3. *Festus, Spectile.*

## CHRYSALVS.

1. *Ignotus grammaticus ad Calcidium.*

## COLAX.

1. *Terentius in prologo Eunucho.*
2. *Nonius, Batiola.*

## COMMORIENTES.

1. *Terentius in prol. Adelphorum.*
2. *Prisc. lib. 6.*

## CONDALIVM.

1. *Varro de LL. libro 6.*

## CORNICVLARIA.

1. *Diomedes lib. 1. Oleo.*
2. *Varro de LL. libro 6.*
3. *Nonius, Latrocinari.*
4. *Idem, Luculentum.*
5. *Idem, Lauerna.*
6. *Idem, Oculitus.*
7. *Idem, Pileus.*
8. *Varro de LL.*

## DACHARIA, VEL BACHARIA.

1. *Macrob. lib. 4. Satur. cap. 16.*

## DYSCOLVS.

1. *Festus, Nupta uerba.*

## FOENERATRICIVS.

1. *Diomedes lib. 1. de impersonalibus.*

## FRETVM.

1. *Gell. lib. 3. cap. 3.*

## FRIVOLARIA.

1. Char. lib. 2. Commodò.
2. Prisc. lib. 6. Festus, Querquera.
3. Varro de LL. 6.
4. Festus, Nauus.
5. Idem, Sultis.
6. Nonius, Præfica.
7. Festus, Sororiare.

## FVGITIVI.

1. Varro de LL. 6.

## GESTIO, VEL RESTIO.

1. Idem ibidem.

## HORTVLVS.

1. Festus, Sub corona uenire.

## LENONES GEMINI.

1. Prisc. lib. 6. Gell. lib. 3. cap. 3.

## LIPARGVS.

1. Priscian. lib. 10.

## MEDICVS.

1. Nonius, Conspicillum.
2. Idem, Cascum.
3. Prisc. lib. 10.

## NERVOLARIA.

1. Varro de LL. libro 6.
2. Festus, Mosnia.
3. Idem, Prodigere.
4. Idem, Sublesta.
5. Nonius, Insanum.
6. Varro de LL. lib. 6.
7. Idem ibidem.
8. Idem ibidem.
9. Gellius lib. 3. cap. 3.

## PATINA.

1. Festus,



2. Festus, Remcligenes.

PARASITVS PIGER.

1. Varro de LL. lib. 6.  
 2. Idem ibidem.  
 3. Festus, Nauci.  
 4. Nonius, Lopades.

PHAGON.

1. Varro de LL. lib. 6.

PHASMA.

1. Festus, Nec.  
 2. Idem, Super.

PLOTINVS.

1. Nonius, Petilis.

SATVRIO.

1. Festus.  
 2. Idem, Nequitum.  
 3. Rienes.  
 4. Succenturiare.

SCEMATICVS.

1. Nonius, Limari.

SITELITERGVN.

1. Varro de LL. lib. 6.

TRIGEMINI.

1. Gell. lib. 7. cap. 9.

VACCIAS. \*

1. Ignotus grammaticus ad Calcidium.

VIDVLARIA.

1. Priscianus lib. 4.  
 2. Idem lib. 5.  
 3. Idem eodem libro.  
 4. Idem lib. 6. & 13, Nonius, Reddibo.  
 5. Idem lib. 6.  
 6. Idem lib. 7.

7. Idem lib. 10.
8. Nonius, Expalpare.
9. Idem, Mendicariet.
10. Idem, Contendere.
11. Idem, Deluctaui.
12. Ignotus gram. ad Calcidium.
13. Nonius, Icit.

**LOCI EX AMISSIS**  
CITATI, AMISSO COMOEDIAE  
nomine.

1. Varro de LL. lib. 4.
2. Idem lib. 6.
3. Idem ibidem.
4. Idem ibidem.
5. Festus, Curriculo.
6. Idem, Corius.
7. Idem, Crumina.
8. Idem, Citior.
9. Idem, Canitudo.
10. Idem, Corruspari.
11. Idem, Cæcultant.
12. Idem, Eiuravit.
13. Idem, Fiber.
14. Idem, Herbam do.
15. Idem, Inijt.
16. Idem. Muneralis lex.
17. Idem, Ncruum.
18. Idem, Narica.
19. Idem, Naualis scriba.
20. Idem, Occidamus.
21. Idem, Putitium.
22. Idem, Peredia.

23 Idem,



23. Idem, *Perficum.*
24. Idem, *ibidem.*
25. Idem, *Puellus.*
26. Idem, *Profanum.*
27. Idem, *Subuerbusta.*
28. Idem, *Suasum.*
29. *Nonius, Capulum.*
30. Idem, *Glis.*
31. Idem, *Frons.*
32. Idem, *Legere.*
33. Idem, *Frondere.*
34. *Ignotus gram. ad Calcidium.*
35. Idem *ad eundem.*
36. *Donatus in Phormionem.*
37. Idem *in Eunuchum.*
38. Idem *in Adelphos.*
39. Idem *in Hecyram.*
40. Idem *in Andriam.*
41. *Charistus lib. 2. Donicum.*
42. Idem *ibid. In mundo esse.*
43. Idem *ibid. Pedibus.*
44. *Seruius in 1. Arceidos.*
45. Idem *ibidem.*
46. Idem *in 3.*
47. Idem *in 6.*
48. Idem *in 6. et 11.*
49. Idem *in 6.*
50. Idem *in 3. et 12.*
51. *Diomed. 5 lib. 1.*
52. *H. Lenius in lib. 2. Serm. Sat. 4.*
53. Idem *in lib. 1. Serm. Sat. 6.*
54. *Phocas.*
55. *Macrob. lib. 5. Sat. cap. 19.*

56. Gellius lib. 18. cap. 12.  
 57. Idem eodem in loco.  
 8. Festus, Terminum.  
 59. Idem, Vesperna.

LOCI EX COMOE-  
 DIIS QVAE EXTANT CITATI,  
 qui hodie non inveniuntur  
 in codicibus no-  
 stris.

AMPHITRVO.

1. Nonius, Aula.
2. Idem, Matella.
3. Idem, Occupatus.
4. Idem, Laruatus.
5. Idem ibidem.
6. Idem, Nixum.
7. Idem, Vulgavit.
8. Idem, Anima.
9. Idem, Autumo.
10. Idem, Laruatus, & Aduenire.
11. Idem, Decernere.
12. Idem, Meditari.
13. Idem, Furtum.
14. Idem, Scrobes. Scruius in 2. Georg. Item  
 Prisc. lib. 5. & 7.

ASINARIA.

1. Nonius, Gervæ.
2. Idem, Pernicijs.
3. Idem, Famofus.

AVVLARIA.

1. Nonius, Diu.
2. Idem, Ebriacus.
3. Idem, Halec.

4. Idem,



4. Idem, Pedis.
5. Idem, Scrobes.
6. Idem, Peruico.
7. Idem, Strophium.
8. Gellius lib. 7. cap. 9.
9. Prophyrio in lib. 2. Carm. odam 38.

## CAPTEIVI.

1. Nonius, Pileum.

## CVRCVLIO.

1. Ignotus gram. ad Calcidium.

## CASINA.

1. Nonius, Destaccare.
2. Idem, Sufferre.

## CISTELLARIA.

1. Varro de LL. lib. 6.
2. Festus, Vægrandis.
3. Nonius, Altilis.
4. Idem, Conquiniscere.
5. Idem, Rauis.
6. Idem, Angiporta.
7. Idem, Cursura.
8. Idem, Proprium.
9. Idem, Prostibula.
10. Idem, Opus est illam rem.
11. Idem. Accusatiuus pro genitiuo.
12. Gellius lib. 7. cap. 10.
13. Priscianus lib. 3.
14. Idem lib eodem. Festus, Crocotillum. Idem, Todi.
15. Prisc. lib. 3.
16. Idem ibid.
17. Idem lib. 3. & 6.
18. Idem lib. 3.

## EPIDICVS.

1. Charisius lib. 2. Penitissime.

## BACCHIDES.

1. Seruius in 6. Aen.
2. Festus, Nasiterna.
3. Nonius, Exercitum. Charisius lib. 2. Atq;
4. Idem, Excantare.
5. Idem, Seuitudo.
6. Idem, Suauitudo.
7. Idem, Limari.
8. Idem, ibidem.
9. Idem, Modicum.
10. Idem, Cupido.
11. Idem, Opino.

## MILES.

1. Nonius, Hilaritudo.
2. Idem, Venatura.
3. Idem, Modicè.
4. Ignotus gram. ad Calcidium.

## MERCATOR.

1. Nonius, Diu.

## PSEVDOLVS.

1. Donatus in Andriam.
2. Charisius lib. 1.
3. Seruius in 1. Aen.

## POENVLVS.

1. Seruius in 8. Aen.

## PERSA.

1. Prisc. lib. 6.

## RVDENS.

1. Nonius, Murmurillum.
2. Idem, Nescius. Gellius lib. 9. cap. 12.
3. Diomedes lib. 1.



915  
STICHVS.

1. Charistus lib. 2.
2. Idem ibidem.

TRINVMVVS.

1. Nonius, Fulmentum.

TRVCVLENTVS.

1. Nonius, Cœpere.
2. Priscianus lib. 3.

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA IO-  
ANNIS HERVAGII ET BERNHARDI  
Brand, Anno Salutis humanæ M. D.  
LVIII. Mense  
Iulio.



1871  
1. ...  
2. ...  
3. ...  
4. ...  
5. ...  
6. ...  
7. ...  
8. ...  
9. ...  
10. ...

1871

RECEIVED BY THE  
OFFICE OF THE  
SECRETARY OF THE  
NAVY  
WASHINGTON, D. C.  
JAN 1 1871





#3011<sup>s</sup>

